Digitized by Google

Bayerische Staatsbibliothek



38000643120017

A. lat. c.

130 ᶜ (Suppl.

Hbf
910
cp.
2023






Digitized by Google

# GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII.

SVPPLEMENTVM

CONTINENS

# ANECDOTA HELVETICA

EX RECENSIONE

HERMANNI HAGENI



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLXX

Digitized by Google

# ANECDOTA HELVETICA

QVAE AD

GRAMMATICAM LATINAM SPECTANT

EX BIBLIOTHECIS

TURICENSI EINSIDLENSI BERNENSI

COLLECTA EDIDIT

HERMANNVS HAGEN

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLXX

Digitized by Google


BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

LIPSIAE TYPIS B. G. TEVBNERI.

Digitized by Google

IN

# HENRICI KEILII

HONOREM

Digitized by Google

In hoc anecdotorum Helueticorum ad artem grammaticam spectantium uolumine conficiendo, quod grammaticorum Latinorum editioni nouae quasi supplementum adici uoluit Teubneri amicorumque doctorum prudentia, duplicem rationem secutus sum, ut et colligerem excerperemue, quae hactenus incognita in bibliothecis Helueticis Turicensi Einsidlensi Bernensi latuerant, et, si quid ad eos libros, qui iam extant in noua Henrici Keilii editione ad codicum fidem recogniti, illustrandos uideretur ex iisdem fontibus deriuari posse, quam accuratissime congererem. Itaque, ne proteruo pede incurrerem in alienos labores nondum ad finem perductos, omnia ea scripta consulto praetermisi, quae, quod est uiri doctissimi nouae editionis auctoris atque auspicis consilium, proximis haud dubie uoluminibus luce donabuntur, quorum in numero orthographi praesertim et rei metricae scriptores erunt. Sed praecipuam operam in eo collocaui, ut primam operum, quotquot inuestigare potui, medio aeuo scriptorum notitiam praeberem, alia integra, ut erant, alia ex parte describerem uel summatim percurrerem.

Quibus si, quia intra Heluetiae fines inueneram, anecdotorum Helueticorum nomen indidi, non uereor, ne, qui ceteris bibliothecis eius generis scriptorum seruatricibus uel Parisinae uel Monacensi uel Leidensi uel cuilibet alii praesunt, si forte eadem uel his similia in suis quoque codicibus inueniri uideant, ereptum sibi nomen ipsis potius debitum querantur. Quis enim Crameri anecdota Oxoniensia uel Parisina Parisinorum tantummodo uel Oxoniensium librorum auctoritate et beneficio ad nostram aetatem peruenisse contendat? Quamquam anecdotorum Helueticorum nomen ob hanc maxime causam amplexus sum, quoniam, cum ne una quidem pagina Helueticorum librorum auctoritate careat, tum longe maxima libri pars, quatenus peregrinorum a uiris doctis commemoratorum notitia mihi patebat, a nostris solis repetenda est. Immo in eo potius reprehendar, quod non


BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

Digitized by Google

ceterarum quoque Heluetiae urbium bibliothecas adii, Sangallensem dico, Basileensem, Geneuensem: nam illius claustri, cui Angelorum Mons nomen est, Frowino duce saeculo duodecimo conditi, cum Galli Morelii Einsidlensis schedas bibliographicas liberaliter concessas perscrutans non nisi unum librum inuenissem extremo medii aeui fine perscriptum (plut. VI, 27: liber grammaticalis Georius dictus saec. XV), meo iure nullam rationem habui. Sed haec postero fortassis tempore, cum non uiuere solum, sed peregrinari quoque litterarum causa per nummos licuerit, expediri poterunt. Ceterum libri Sangallensis prae ceteris maxime memorabilis, quo Dosithei Magistri praecepta continentur, hoc ipso anno princeps quae uocatur editio Keilio auctore Halis prodiit.

Nec fieri omnino poterat, ut ea ipsa, quae ex tribus, quas nominaui, bibliothecis collegeram, omnia publici iuris facerem, cum accrescente in dies apographorum excerptorumque cumulo, ne fasciculorum spatium a bibliopola liberalissimo concessum longius excederem, nonnulla prorsus relinquenda essent, multa artioribus finibus constringenda uel tenuissimis lineamentis adumbranda. Itaque, quo longius in opere conficiendo et expoliendo progrediebar, eo plus a pristino consilio alias commentationes non tam a codicum hactenus incognitorum uel neglectorum auctoritate profectas, quam ad emendanda grammaticorum olim editorum scripta institutas, quae ueterum studiis grammaticis explicandis inseruirent, interponendi uel corollariorum instar subiciendi recedebam, quia ne Cledonianis quidem, quae promiseram, studiis locus relinquebatur. Ferebat enim animus, emendationes Cledonii gramm. Lat. uol. V p. 681 seq. propositas causis rationibusque firmare, quod ipsum in praesens differendum fuit. Item omnia illa praetermittenda esse ratus sum, quae inde a duodecimo saeculo usque ad medii aeui finem grammatici excogitauerunt, quibus non pauci libri cum alii tum Bernenses repleti sunt, non quo inutilia ista esse arbitrarer, quippe quae ad illorum temporum sentiendi et dicendi morem illustrandum satis multum conferre confiderem, sed quia de his Carolus Thurotus Parisinis ceterarumque Galliae bibliothecarum libris perquisitis optime meritus plurimos illarum litterarum fontes iam retexit. Praeterea de medii aeui studiis grammaticis quaerenti ea potissimum auctorum scripta maximi momenti esse uidebantur, quibus ueterum grammaticorum praecepta aut repetita aut expressa erant, id quod de extremorum saeculorum scriptoribus nequaquam praedicari potest, cum excepto Vergilio Marone eiusque

asseclis ceteros saeculorum octaui noni decimi auctores grammaticos ex antiquorum fontibus licentius quam cautius hausisse pateat. Sed ut ne hoc quidem scriptorum genus plane abesset a nostro opusculo, librum Turicensem C 58 (275) Eduardo Woelfflino auctore describentes tertiam fere partem operis a Petro Riga de praeteritorum formis scripti excerpsimus.

Iam quod alia scripta integra in hunc librum recepi, aliorum singulos locos excerpsi, praeter causam supra dictam, qua inter certos me fines continere cogebar, eo ducebar consilio, ut, quid unumquodque utilitatis habere uideretur, pro uirili parte examinato relinquerem, quaecunque in tritioribus, quam quae ferri typisque mandari possent, rebus argumentisque uersarentur. Cuius generis si in iis quoque, quae produxi, nonnulla inueniri iudicentur, ea, ubi opusculorum, de quibus agebatur, conspectum uniuersum proponi certis de causis e re fore uidebatur, facili animo ceteris immisceri patiebar. Excerpsi autem ex artibus hactenus incognitis, quae ob rerum uilitatem uaframque exponendi prolixitatem integrae exhiberi non poterant, omnes illos locos, quibus ad maiorem sese cuiusque scriptoris ingenium doctrinam extulerat aut ueterum praecepta minus diuulgata referendo aut singularibus poetarum aliorumque exemplis rem illustrando. Itaque, ut uno exemplo hac re defungar, cum Clementis qui uocatur Scoti artem codicis Bernensis 123 f. 1 seq., quam integram edere minus utile uidebatur, tali consilio percurrerem, Probi nonnulla atque Sergii aliorumque auctorum aliqua hactenus incognita collegi uirorum doctorum attentione non indigna. E contra commenta in Donatum Einsidlensia tria ideo ad codicis fidem integra expressi, ut uno exemplo insigni atque luculento proposito totum illud Remigianum explicandi genus illustrarem.

Sed ne hanc quidem operam, quotiens singula perscrutantem laetiorum fructuum spes initio suscepta fallebat, penitus me perdidisse ducebam, propterea quod, qui labor utique serius ocius subeundus erat, ut, si quid inde ad augendam litterarum scientiam peti posset, diligenter uideres, hoc me defunctum esse non sine quadam animi laetitia sentiebam. Est sane permagna artium illa aetate scriptarum pars ita conparata, ut ex earum cognitione plus taedii concoquas, quam laetitiae percipias, sed insunt passim, quae tollere uelis melioris notae frustula, quamquam multum abest, ut iuuenili illo quidem, sed excusando Angeli Maii amore, quo futilem Vergilii Maronis artem auct. Vatic. tom. V praef. p. VI amplexus est, omnia prosequenda

Digitized by Google

esse censeam. Nam neque Vergiliis in hoc libro locus patebat, nisi Maii editionem multis numeris emendari supplerique posse uidissem, neque Bonifacios edidimus. Quae cum ita sint, non curo istorum subsannationem, qui, si hunc librum omissis praefationis anfractibus otiose perlustrantes nonnulla, quibus artium elementa parum docte traduntur, forte fortuna euoluerint, haec iamiam pueris sibi nota fuisse oblique perstringentes naso hanc operam suspendisse satis habituri sint. Neque enim, cum hunc laborem subibam, ea ducebar opinione, quasi nouam quandam ista litteris, quae ad antiquitatem spectant, lucem antea neque uisam neque auditam essent adlatura, sed id egi, ut medii aeui studia grammatica quam certissimis plurimisque librorum manuscriptorum uestigiis innixus qualia fuissent demonstrarem, quae si ueterum, quorum notitia ad nos peruenit, scriptorum artes non tam superasse, quam ex his ipsis magnam partem fluxisse, nonnulla crasso filo pinguique Minerva absoluisse uidebuntur, illorum ingenii uitium est, nos certe, quid in posterum de his iudicandum sit, euicimus. Sed si insuper uideas, ipsam nostram earum rerum scientiam talibus quaestionibus rite institutis reuera locupletari, quoniam medii aeui magistros ex iis quoque fontibus, qui maliuola temporis rapacitate iam praeclusi sunt atque obruti, multa hausisse certissime demonstrari potest, iam quid esse dicam, cur hunc laborem a me susceptum quisquam uel grauetur inique uel maligne irrideat?

Sed insunt huic libro nonnulla, quae, quia iam erant nota, num iure anecdotorum uolumini inseruerim, merito quaeri posse uideo. Quorum orthographias Bernenses primam et tertiam iam edendas curaueram, cum in Thuroti librum, in quo ista proposita sunt, incidi; neque tamen omisi, quod Thuroti librum parum diuulgatum esse sciebam et quia codicibus Bernensibus suam manere proprietatem uidebam, praesertim cum adiectis glossarii magni excerptis totam rem melius illustrari posse animaduertissem. Differentiae autem sermonis quamquam maximam partem collectionibus a Gothofredo Areualo Handio editis continentur, ob insignem ordinis inparilitatem uerborumque singulorum dissonantiam et noua aliqua additamenta hactenus incognita, quo rectius, qualis fuisset omnium harum collectionum fons communis, perspici posset, has quoque recipiendas esse ratus sum.

Quae uero mihi praefanda fuerant, ea in tres partes diuisi, quarum illa, quae medium locum obtinet, ipsius libri singuli tractatus examinabuntur, quatenus pro rerum nouitate mearumque uirium paucitate tali consilio satis fieri posse uidebatur. Primae parti librorum

Digitized by Google

manuscriptorum, quotquot Bernae, in Heremo sacra, Turici adseruata grammaticum prae se ferunt argumentum, descriptionem delegaui additis, ut incidebam in res hactenus incognitas, suis cuiusque opusculi excerptis. Iam tertio loco non tam librorum, quam auctorum habito respectu ea collegi, quae certis certorum auctorum nominibus insignia occurrebant aut plane non cognita adhuc aut iusto minoris habita uel parum accurate descripta. Quo factum est, ut, quamquam non pauca insunt inedita, huic certe parti supplementorum magis, quam anecdotorum nomen conueniret. Quem quidem supplendi laborem eo minus respuebam, postquam totum hunc librum pro grammaticorum Latinorum a Putschio Keilioque editorum supplemento et posse haberi et habitum iri uidebam.

Sed haec omnia summopere dubito num feliciter occipi riteque peragi potuerint, nisi uirorum optimorum, qui Heluetiorum bibliothecis praesunt, Cornarii Turicensis, Patris Galli Morelii Einsidlensis, Caroli Ludouici de Steigero Bernensis beniuolentia adfabilitasque uias mihi ad illos thesauros patefecisset. Atque Gallus Morelius meus, 'iam senior, sed cruda uiro uiridisque senectus', non solum, cum duobus abhinc annis per triduum monasterii Einsidlensis bibliothecam perscrutarer, summo me fouit amore effusaque prosecutus est librorum subministrandorum liberalitate, sed, postquam breue illud temporis spatium intra claustri atque adeo 'clausurae' moenia consumptum operis suscepti longitudinem minime aequare uisum est, benigne satis amplam librorum manuscriptorum inpressorumque copiam in hanc ciuium Bernensium sedem misit eadem semper usus, ut inter amicos, si amicum appellare fas est uirum humana nos generatione antecedentem, iucundissima animi suauitate. Proinde, si largior per hos annos peruenit peruenietque etiam ad uiros doctos armarii Sancti Meinradi notitia, en illum uirum uenerabilem habeto auctorem!

Sed longe maxima libri pars in codicum Bernensium memoria praedicanda uersatur. Qua in re si Sinnerum catalogi ante hos centum annos confectorem ducem secutus forem, res quin minus prospere processura fuerit, nullus dubito, propterea quod ad nouum catalogum conficiendum singulis ex ordine libris deinceps euolutis multa inuenta sunt, quae illum prorsus fugerant, qui ne singularum quidem schedarum, quarum magna copia est, ullam omnino mentionem fecisset. Quae neque retexissem neque iuste percensere atque pertractare potuissem, nisi Steigerus uir nobilis atque comis singulari erga me

Digitized by Google

usus obseruantia et officiositate remotis, quotquot obstabant, adeundi difficultatibus amplissimum, in quo laetus exspatiarer, studiorum campum mihi ostendisset. Atque horum officiorum pia memoria in hoc libro ipso collocata est.

Iam ex uirorum doctorum numero Woelfflinus amicus de codicibus Turicensibus C 37 et 58 accurate mihi respondit, Buechelerus alterius codicis, qui Sedulium continet, adhibendi nullo meo rogatu copiam fecit, Keilius aliquot librorum rarissimorum notitiam subministrauit, Vsenerus denique de rebus orthographicis quaerentem benigne adiuuit transmissa, quam olim accurate fecerat, codicis Bernensis 16 lemmatorum orthographicorum ad orthographiam Bernensem primam pertinentium collectione. Sed iis quoque uiris, qui auctoritate atque hortatu, dum his incumbebam, fortiter me sustentarunt, summas ago gratias. Inter quos Henricus Keilius uir amicissimus, cum haec ob eximiam uenerationem sibi data dicataque perleget, si neque temere neque frustra hunc laborem susceptum esse iudicabit, uoti conpos ero.

Dabam Bernae a. d. XVIII Kal. Sept. anni CIↃIↃCCCLXX.

Digitized by Google

# PRAEFATIO.

## PARS I.

DE BIBLIOTHECARVM BERNENSIS EINSIDLENSIS TVRICENSIS LIBRIS GRAMMATICIS.

ACCEDVNT EX EISDEM EXCERPTA.

Digitized by Google

Digitized by Google

# A.

## DE LIBRIS BERNENSIBVS.

---

### 1) Cod. Bern. 207.

*Cod. Bern. nr. 207 saec. IX—X formae maximae et oblongae continet folia centum et nonaginta septem (CXCV habet uetus paginatio, in qua duo folia, quae nunc sunt II et III, numeris 264 et 257 insignita erant), paucis exceptis eadem omnia, ut uidentur, manu conscripta.*

*Quae f. 1ª scripta olim fuerint, minus liquet, quia paene omnia putredine deleta sunt: sed in altera paginae parte litterae:*

AVCT · MIHI · AE · QVAT

*forma maiuscula scriptae apparent, in altera:* LITTERAE LITTERATVRA LITTERATVS LITTERATE. Litterae sunt quas doceo. Litteratura ipsa quae doceo. Litteratus quem docuero. Litterate qui docte tractauerit .... informo .... *et nonnulla alia, quae iam legi nequeunt.*

*F. 1ᵇ litteris maiusculis libri index proponitur in hunc modum:*

| | |
|---|---|
| AVCTORV̄ | DONATI |
| CVRAVI | ASPERI |
| ADFIGE | PRISCIANI |
| RENOMI | SERGII |
| NAHO | PROBI |
| RVM | |
| HVIC | ISIDORI |
| LIBELLO | SOPHI |
| QVEMNI | BEDAE |
| | PETRIQ |
| MIOSIDORE | MARTIS |
| CONPEGI | ERVLI |

Digitized by Google

*Quorum quae in sinistra parte leguntur, hexametri dactylici esse uidentur neque non alterius lateris pars superior: cetera nomina octonario trochaico conprehendi diceres, si illud 'que' deesset. Nam pedestri sermone illa nomina enumerari ideo minus credas, quia non eodem ordine in ipso libro scripta sunt. Versus ipsos male conpositos esse non est quod moneam.*

*F. 2 et f. 3, quae ad deperditam codicis partem pertinuisse numeri 264 et 257 antiquitus additi coarguunt, diuersum omnino a reliquo libri habitu grammatico argumentum prae se ferunt; nam f. 2ª de loquela digitorum agitur mutilato ab initio tractatu sic:*

leua digitum inflectens in medium palmae artum infiges, cum dicis duo, secundum a minimo flexum ibidem inpones — *f. 2ᵇ med.*: eundem pene numeri figurandi quem scribendi alphabeti ordinem sequentes hoc modo.

*Secuntur diuersa alphabeta, unum Graecum suprascriptis ubique numeris Romanis, alterum Hebraicum suprascriptis litterarum nominibus, alia deinde tria uel quattuor Gothica ad secretam scribendi rationem adcommodata, quas runas uocant, quibus subiuncta sunt litterarum nomina mystice sonantia haec:*

ach. berc. chen. dei. egch. fego. gobo. haorl. ish. kalod. loto. man. net. os. per. quella. ret. sinl. ti. ur. uch. uir. ear.

*Postremo f. 2ᵇ loco aliud alphabetum scriptum est, quod Aethico philosopho cosmographo tribuit Hrabanus Maurus, ita ut post signum quodlibet litterae cuiusque nomen scriptum sit, quae quidem litterarum nomina ita se habent:*

alamoi. becac. caiti. delfoi. efoti. foiti. garpoi. hirconi. intolat. k.... lethmi. malathi. nabeleth. oithi. pithirin. quorizeth. rchoniti. s..... tothimos. uzaict. ethmi. yofiti. zothichin.*)

*Atque huius alphabeti signis usus est scriptor f. 81ᵇ ad artis alicuius titulum conficiendum.* **)

*) Similia et signa et nomina habes in Hrabani Mauri Abbatis Fuldensis libello, qui est 'de inuentione linguarum et notis antiquis', cf. Goldasti Alamannicarum rerum tom. II p. 92 (a. 1606).

**) Notis secretis iam antiquos Romanos usos esse ex celeberrimis illis Suetonii locis cognoscitur, quibus de Caesaris (cap. LVI) et Augusti (cap. LXXXVIII) more egit, cf. Gell. XVII 9. Hinc explicatur, quod in cod. Einsidlensi 326, qui notas Papianas continet, INCIPIVNT NOTAE IVLII CAESARIS suprascriptum est. Quamquam hoc ipsum Mommsenus aliter interpretatus est, qui IVLII CAESARIS ex notis I. C. (iuris ciuilis) male intellectis fictum esse diceret, Gramm. Lat. IV p. 315. Certe Hrabanus Maurus de ipso Iulio Caesare cogitauit, cum l. l. p. 92 propositis aliquot notis haec subiungebat: 'Istiusmodi genus descriptionis «Notae Caesaris» appellatur, quod cum litteris, quae antiqua manus appellatur, perficitur' etc. Neque tamen notarum specimina quae ad unam omnes inter Papianas, quas uocant, leguntur ex ipso cod. Einsidlensi petiuit, sed ex libro uel Parisino (cf. Mommsen. l. l. p. 315) uel eius simillimo, quod conlatis inter se notis singulis certissime euincitur.

Per medii uero aeui tempora nouam quandam sententias suas operiendi uiam ingressi coenobiorum incolae litterarum alphabeto ita utebantur, ut consonantium ui

*F. 3ª parte superiori quaedam de declinationum agnitione scripta sunt:* Quas priscianus bene commemorat. Quarta declinatio. Que est agnitio quarte declinationis, cuius genetiuus singularis et nominatiuus et accusatiuus et uocatiuus plurales in us pro ꝯ desinunt — quinta declinatio quot litteras termina.

*Reliqua paginae pars aliis alphabetis secretis repleta est, sed recentiori ista manu saec. X utique scripta esse uidentur.*

*F. 3ᵇ cycli paschalis descriptio habetur:*

IN XPĪ NOMINE INCIP̄ CYCLUS PASCHALIS XUIIII | SCĪ APUD BITHINIAM IN SINODO NICENA · TEMPORIB; | estque exordium huius supterscribti cycli dcclxxviiii anno|rii anni sunt.

*Post tabulam, qua indictionum et epactarum fit mentio, sequitur eius expositio:* INCIPIUNT de titulis pascalis aegyptiorum iu. Si uis nosse quotus annus sit ab incarnatione domini nostri ihū xpī — DE INDICCION̄· Si uis scire quota sit indictio sume annos ab incarnatione domini his semper adde III regulares quotus inueneris partire per XV.

*In summo eius paginae margine manu recentiore saec. X Optatiani Porphyrii quattuor uersus:* Ardua componunt felices carmina musę *etc. scripti sunt.*

*Sequentis folii 4, quod antiquam paginationem sequentes secundi nomine significari maluimus, pars reuersa titulum continet praeclara quadam pingendi arte exornatum:* in nomine dei sanctissimi incipit ars Donati grammatici urbis Romae —, *ita, ut subter singulis uerbis uulgaribus litteris conpositis idem scriptum sit litteris Gothicis secretis illis, quas f. 2ᵇ alphabetum Hebraicum excipere diximus.*

*Itaque f. 2ᵇ — 17ª continentur* Donati scripta, ars prima, de litteris etc., de barbarismo, *omissa arte maiore de octo partibus orationis, quae quidem ipsa infra f. 101ª seq. legitur.*

---

integra remanente uocales expellerentur earumque in locum quae deinceps secuntur consonantes succederent. Hunc igitur scribendi morem, cuius auctorem Sanctum Bonifacium archiepiscopum fuisse Hrabanus Maurus narrat l. l. p. 93, in duobus codicibus Helueticis deprehendi, quorum alter est Einsidlensis 302 saec. X scriptus, qui cum alia, tum Boetii philosophiae consolationem continet glossis Germanicis manu antiqua in istum modum passim suprascriptis, ut: assuefaciunt] gfvufunbut = gevvenunt; conquaesta est] chlbgptb = chlagota, aliaque id genus plurima; alter est Turicensis C 58 (275) saec. XII scriptus, de quo infra accuratius dicturi sumus: in eius igitur p. 288 margine inferiori haec extare carmina *αἰνιγματώδη* Eduardus Wölfflinus docuit:

LVX.

Fklkb sxm splks 7 sxm cxm splf crfbtb
Sxm dfckfs qxknqxf sxm qxknqxf dfcfmq; xpcbtb
Soluere qui poterit, soluat et eius erit.

In altera uero marginis parte iidem uersus lepidissimi ita scripti sunt:

Filia sum solis, sed sum cum sole creata
Sum quinquaginta, sum quinque decemque uocata
Sum decies quinque, sum quinque.)

*Discrepant autem ista Donati opuscula ab editis saepenumero: iam in fine tractatus de nomine similia leguntur atque illa, quae p. 356 Keilius ex codice Monacensi edidit, in hunc modum concepta:* 1 singulari *om.* 2 prima quae ae litteris terminatur ut hęc musa 3 secunda quae i littera terminatur ut hic magister huius magistri et est producta. Tertia quae is terminatur ut hic sacerdos huius sacerdotis et est correpta. Quarta quae us uel u terminatur ut hic uersus huius uersus. hoc cornu huius cornu et est producta. Quinta quae ei terminatur ut hic dies huius diei et est semper producta.

*Deinde f. 7ᵃ — 7ᵇ post tractatum de uerbo: 'passiui commune et deponens' p. 362, 13 haec inserta sunt a uulgari Donati forma quam maxime aliena:*

## DE VERBIS INPERSONALIBVS.

Inpersonalia uerba quae sunt? Vt sedetur curritur. A quibusdam et declinari uerbum inpersonale potest ut sedeo sedes sedet curro cūrris currit certo certas certat. Est aliud genus inpersonalis uerbi, ex quo personale fieri non potest, ut tedet piget pudet libet. Non facit enim tedeo tedes tedet. Item inpersonalia uerba sunt quae non habent certam personam sed adiectis pronominibus ad personam adcomodantur. Dicimus enim libet mihi libet tibi libet illi.

Declinatio uerbi ex quo inpersonale fieri non potest. Modo indicatiuo tempore praesenti pudet me te illum, pudet nos uos illos. Preterito inperfecto pudebat me te illum etc. — *f. 7ᵇ med.* praesentis temporis pudere, praeterito puduisse.

Declinatio inpersonalis uerbi de quo personale fieri non potest. Modo indicatiuo tempore praesenti itur a me a te ab illo. Itur a nobis a uobis ab illis etc. — eodem modo tempore futuro cum itum erit a me a te ab illo, cum itum erit a nobis a uobis ab illis. Hec uerba tribus casibus seruiunt, accusatiuo ut pudet me te illum, ablatiuo ut itur a me a te ab illo, datiuo ut libet mihi tibi sibi illi.

*Sequitur f. 10ᵇ post artem minorem ea pars artis maioris, qua agitur de littera etc., sed omissa sunt, quae de uoce leguntur p. 367, 5—7.*

*F. 11ᵃ post uerba: 'syllaba apud metricos semipes nominatur' p. 369, 15 haec inserta sunt sermone continuato:*

Accedunt unicuique sillabae tenor spiritus tempus et numerus litterarum. Tenor acutus grauis uel circumflexus in dicione certus absque ea incertus non potest tamen sine eo. Spiritus asper uel lenis. Tempus unum uel duo uel etiam a (*leg.* ut) quibusdam placet unum semis et duo semis et tria. Tamen in metro necesse est unamquamque sillabam uel unius uel duorum accipi temporum, breuem unius, longam uero duorum. Numerus litterarum quia ab una incipiens non plus quam ad sex litteras procedere ‖ f. 11ᵇ ‖ sillaba potest in latino sermone ut a ab ars mars stans stirps. Habet etiam unaquaeque sillaba altitudinem latitudinem et longitudinem. Altitudinem in tenore, crassitudinem uel latitudinem in spiritu, longitudinem in tempore.

*Sequitur tractatus:* DE FINALIBVS SILLABIS, *hic quoque a Donati libris alienus, quem sub Seruii nomine olim edidit editor Basileensis a. 1528 (cf. Keil. p. XLV uol. IV) quemque inde repetiit Putschius p. 1799—1810.*

Digitized by Google

*Quam libelli Seruiani de finalibus formam a uulgari, quam subinde expressit Putschius p. 1810—1816 Keiliusque repetiuit p. 449, maxime abhorrentem, quamquam codices Palatinus 1753 et Valentianus M. 6. 10 atque ex parte Sangermanensis 1180 exhibent (cf. Keil l. l.), tamen Keilius in noua editione neglegendam esse putauit. Ego, quae inde in cod. Bernensi extant, ad Putschii editionem conlata proponenda esse statui, ut haec quoque ad ueteris codicis manuscripti fidem emendatiora exhiberentur.*

*Seruii igitur tractatus inde a f. 11ᵇ usque ad f. 12ᵇ legitur ab extremo mutilus: 'A terminatus nominatibus — De uerbo. In omnibus modis', p. 1803 med. — p. 1807, 1 P.*

p. 1803, 7. A terminatus nominatibus singularis breuis est ut musa. E finitus 30 i terminatus 31 o terminatus in nominatiuo 32 tantum *om.* 35 quae in genitiuo a littera corripiuntur 36 breuis est ut annibal annibalis. In his quae 38 equidem longus est auctoritate 39 nam *om.* iuuenalis conducit comites sellamque ceruical amicus. El terminatus breuis est ut mel fel. Il terminatus corripitur ut uigil 43 tantum *om.* tonaquil 44 longus est ul terminatus 45 terminatum breuis, *corr.* breue est ut templum 47 repperire

p. 1804. ut titan. Latino uero nomen inueniri non potest in hac sillaba. En terminatus 2 in aliis autem generibus quae non sicut neutra declinantur (*in marg.* apud latinos longus est *signo omissionis adposito*) et in grecis ut siren lien exceptis his pecten flamen pollen fidicen rien tibicen cornicen tubicen. On finitus 5 ut memnon ciron 7 ut mar nar far licet in his longus sit quae a in genitiuo ante ultimam 9 producunt 10 ut coclear sublegar. iuuenalis tyrsumque tenens et sublegar accusatiui. Er finitus 13 uero *om.* 14 breuis est ut doctor autor (*sic*) et in grecis licet hector. Vr terminatus corripitur ut murmur femur ebur 18 tunc tantum corripitur 20 ut arcas arcados 21 ancises 22 fuerit 23 producuntur, *corr.* producitur ut dies si tertiae fuerit tunc longus est 25 ut clades pubes nubes uulpes labes || f. 12ª || clabes uel cum crescens e productum ante ultimam sillabam habuerit ut quies 28 t in i mutet (t *eras., suprascr.* lit) uel breuem habuerit ut seges segetis corripitur exceptis 30 ceres res pes spes et quae ab ipsis figurantur 32 bipes tripes et aliquo ex poli sillabis ut uaries paries abies. Is finitus docilis agilis facilis 34 glis uis lis. Os terminatus 35 genitiuus diptongos terminatur ut delos andros delo. In latinis 37 breuis est 38 sillabam o non habuerit 39 genitiuos effertur ossis exceptis uos compos et impos flos mos producuntur monosillabum ac per hoc adiaforos est sicut et cetera. US finitus 40 ut doctus locus lectus 41 crescentia horrescentia u productum 42 ante nouissimam sillabam ut uirtus uirtutis mus salus 44 et in uno indeclinabile pus unde Vergilius ait limsoque palus obducat pascua iunco (*Verg. Ecl. I 48*). T terminatum 46 tantum ut alec alii alex quia longum est 48 declinatione dubitatur lac quidam enim hoc lacte declinant in Plauto (platone) positum est et Probus confitetur se in Varrone (uarone) de lingua latina legisse lact (*de Probo cf. catholica p. 7, 5 K*).

p. 1805. De genitiuo casu. Genitiuus 5 in grecis uero 6 corripitur *om.* 8 de datiuo *om.* Datiuus singularis in latinis nominibus semper longus est ut pompeio comiti. in grecis tunc corripitur 12 de accusatiuo *om.* 15 ut doctum molem in grecis autem tunc tantum 16 uel on tunc fuerit 18



Digitized by Google

de uocatiuo *om.* 19 in omnibus latinis nominibus uel in grecis 21 ut nauta tabula musa in masculinis grecis longus est 22 E uocatiuus terminatus 24 ut dide 25 terminatur ut phoebos phoebe. I uocatibus terminatus in latino longus est ut 27 ut nai ambrosi. O uocatiuus terminatus 28 breuis est 29 longus est ut dido erato. V uocatiuus 28 (f. 12 b) regulam 35 de ablatiuo singulari *om.* 37 absque cum e terminatur 38 quae tertiae fuerint declinationis ut a pariete 41 de nominatiuo et uocatiuo plurali *om.* 45 masculinum uel femininum 46 fluctus clades musae curae. Cum neutri generis fuerint breues sunt ut moenia. In grecis uero as uel a terminati fuerint corripiuntur ut hii rectores o rectores. haec poemata o poemata aliter.

p. 1806, 4 de genitiuo plurali *om.* 5 in latinis *om.* 6 ut rectorum doctorum. In grecis longus est si tamen grecae sunt declinationes ut pilenon. 10 de datiuo et ablatiuo plurali *om.* 11 cum is terminatur longi sunt ut his doctis cum bus ut his et ab his agilibus et si greca sit declinatio datiuus in terminatus corripitur ut arcasin (*optime*: ut Arcadibus *Putschius!*) 16 alioquin — Musis *om.* 17 de accusatiuo plurali *om.* 21 et feminini ut doctos musas cum generis neutri breuis est 22 in grecis si·as·fuerit 24 singulari uenerit os finitus 25 ut arcados arcadus alias productiones mutantur ut musas. De pronomine. Nominatius singularis in omnibus corripitur pronominibus exceptis duobus 34 i uel e ut mei uel meae 35 singulariter semper productus est 37 his *om.* sibi aut cum pronomen e littera terminatur uocalis statim subsequitur. tantum hic comunis est sillaba. nam hoc hunc alia ratio est. O finitum quodcumque inueneris adiaforos est hoc est comunis absque datiuo et ablatiuo casu. Accusatiuus singularis 39 ut illum illam exceptis me te se. 44 terminata 45 pluralis semper corripitur ut illorum ipsorum 46 si bus fuerint terminati breues sunt ut quibus et a quibus. si is producuntur ut illis et ab illis. De uerbo. In omnibus modis.

*Tali igitur Donato usus est Iulianus grammaticus, cum artem suam scribebat, cf. Iuliani excerpta Gramm. Lat. uol. V p. 320 K. Neque igitur iam opus est, ut illud, quo Keilius confugerat praef. ad Iulian. p. 315, amplectamur, Iulianum Donati nomine Victorinum de finalibus explicasse. Haec enim non ex alio quodam Victorini libro Iulianum petiisse, sed ex aliquo Donati ipsius codice libri Bernensis consimili forma praeclare confirmatur. Atque id ita se habere inde quoque uides, quod, quae Iulianum p. 320 K. in eam partem commentatum esse cernimus, in artigraphi Iuliano similis codice Bernensi, eodem ipso libro 207, p. 18 b seq. ita scripta sunt, ut cum isto Donati additamento Bernensi ad uerbum paene conspirent, cf. infra partis tertiae cap. VII.*

*Inde a f. 13 a Donati ars uulgaris continuatur ab initio mutila: incipit enim a uerbis: 'productam uocalem habebunt' p. 371, 10 K., ut si, quae ex tractatu de finalibus relicta sunt, consideres, duo fere folia intercidisse suspiceris: et reuera hodie f. 12 et f. 13 medio ternionis loco posita sunt, cum alias quaterniones iusti habeantur, ut uerum nos coniecisse pateat, quae quidem duo folia antiquo iam tempore periisse inde efficitur, quod uetusta illa paginatio ad saeculum decimum quartum aut quintum referenda lacunam omnino neglexit. Reliqua usque ad finem barbarismi f. 17 a cum editis plane consentiunt.*

Digitized by Google

*Sequitur f. 17ᵃ — f. 18ᵇ:* IT DE PARTIBUS ORATIONIS IN BREUE COLLECTUM *ars quaedam anonyma crassi fili rerumque omnino tritissimarum, ita conparata, ut uniuscuiusque orationis partis exemplo proposito aliquot quaestiones ad singulas partes pertinentes peragantur, cuius hoc est specimen:*

Codex quae pars orationis est? Nomen est. Vnde (f. 17ᵇ) hoc scis? Quia res nota est et per casus inflectitur. Cuius qualitatis nomen est? Appellatiuae etc. Quomodo? Quia multi codices sunt. Corporalis qualitas est aut incorporalis? Corporalis. Quomodo? Quia uidetur et tangitur. Generale nomen est aut speciale? Speciale. Principale aut ex arte descendens? Principale quia aliunde non trahit originem ut mons fons. Diriuatur aut diminuitur? Et diriuatur et diminuitur: sic dicitur codicellarius et codicellus. Recipit conparationem? Non. Quare? Quia nec qualitatem animi nec quantitatem corporis illum habere (*suppleas* dixi, *uel simile quid*). Cuius generis nomen est? Masculini. Qui numerus? Singularis. Quomodo? Quia unum codicem dixi. Quae figura? Simplex. Quomodo? Co nihil est, dex similiter. Qui casus? Nominatiuus et uocatiuus. Declina ipsud nomen. Nominatiuo hic codex genetiuo huius codicis etc. — ab hoc codice. Quotae declinationis nomen est? Tertiae. Vnde hoc scis? Quia (qui) genitiuus singularis is terminatur. Correptum aut productum? Correptum. Ablatiuus singularis qua littera terminatur? E. Correptum aut productum? Correptum. Quomodo? Quia genitiuus singularis is terminatur et est tertiae declinationis nomen, ideo ablatiuus singularis e terminetur correptum. Quotae formae nomen est? Pentaptotae (pentabtote). Quomodo? Nominatiuus et uocatiuus faciunt unam formam et alii singuli singulas. Qui pes est? Spondeus. Quomodo? Ex duabus longis: co auctoritate longum est, dex finalium ratione longum est. Qualis accentus? Acutus. Vbi habet accentum? Paenultimo loco, sic et cetera nomina per proprietatis generum querebis et declinabis. DE PRONOMINE. Ego quae pars orationis est etc.

*Eodem fere modo ceterae quoque partes pertractantur; proponuntur uocabula: lego foris legens porro extra — p. 18ᵇ* sic et ceteras praepositiones perquirebis cuius casus sint, si accusatiui, si ablatiui, si utriusque. *Cetera desunt.*

*Sequitur f. 18ᵇ* INCIPIVNT PARTES MAIORES DONATI. Partes orationis quot sunt? Octo. Quae? Nomen pronomen etc. — *f. 77ᵃ* Ex tribus et duobus ionicis. Da eius exemplum. Bona iustis sua semper deus ‖ f. 77ᵇ ‖ affert. Item bona iustis deus affert *commentum in Donati artem minorem, de litteris etc., de barbarismo etc. Iuliani Toletani, ut uidetur, grammatici siue illius simillimi, de quo infra seorsim agere institui.*

*Haec excipit f. 77ᵇ — 80ᵇ Seruii centimetrum, cui is titulus praescriptus est:* INCP̄ MARTIS eruli grāmatici, *quo deleto manus recentior* centimetrum Seruii honorati grāmatici *superscripsit. Martis istius Eruli nomen nouum sane atque inauditum, quod et in libri catalogo f. 1ᵇ legitur, inde effectum est, quod Marii Seruii nomen litteris maiusculis neglegenter scriptum erat hunc fere in modum:* MARIIS˜ERUII, *quo facto non mirum est, illud* MARTIS ERULI

*hinc natum esse.**) *Desunt centimetri initium p. 456, 3—10 atque finis p. 467, 18—19.*

*Eius centimetri scripturae discrepantiam qui exhibuit Philol. tom. III p. 373 sq. W. T. Streuberus Basileensis, recte uidit, Putschium, cum in praef. 'ex libris Bongarsii plurimis locis auctam et restitutam' de centum metris artem se edere profiteretur, reuera Bongarsii libris atque ipso hoc codice 207 usum esse. Id uero non animaduertit, multa insuper, quae hodie iam non nisi ex editionibus quae uocantur principibus innotuerunt, quas Putschium in auxilium uocasse consentaneum est, ibidem reperiri scripta. Dolendum igitur, quod Keilius nescio qua causa ductus Streuberi conlationem adnotationi suae criticae non inseruit, aut certe quae grauiora uidebantur, excerpsit, quamquam eius mentionem fecerat p. XLVI. Quapropter, cum Streuberi quoque conlatio ob breuem quandam eius codicis consuetudinem atque usum aliquot uitiis laboret, grauiora inde denuo cum Keilii editione conlata excerpam:*

p. 457, 2 metrorum genera digessi = ς *Putschius* (P) 3 quo metrum nascatur, metrum *in ras.*: quo metrum noscatur P 4 quam sutilitatis, *leg.* subtilitatis 6 *Graeca uerba desunt* = ς P 6 solutionem autem esse 8 hac (= ac) deinde = P 9 hac deinde 11 similiter *om.* = P sequitur sillaba. Acatalecticum uersum, *mediis om.*, *quae in Keilii quoque codicibus praeter Darmstadiensem desunt*, *adsunt in uulgatis editionibus et apud Putschium.* 14 ypercatalecton ubi supra legitimos pedes sillaba crescit = P 23 producit uoluntas, *corr. ex* uoluptas: producit uoluptas P

p. 458, 11 nacca 16 alcómanium 17 toro, *corr.* toros *m. II* = ς P 30 non tamen uaca, *corr. m. II* uocas: non tamen uacas P

p. 459, 3 fines (i *supra*) iambe salue uindici doctor melior: uindice doctor meliori P 14 uacca iungit hii ores, *corr.* bacche iunge tigres *m. II in marg.* 17 alcomanium 23 rex paterque iupiterque deorum: rex pater qui Iuppiter et deorum P 32 enarrat = ς P

p. 460, 12 et interdum ultimo loco trochaeum = ς P

p. 461, 4 Marcia cede domi tua carmina foebi: Marsya cede domi tua carmina Phoebi P *et* ς, *ut uidetur* 11 uulnera bella tube numera conduntur omeri: uulnera bella tubae numero conduntur Homeri ς P 14 rustica siluestrium — cantum: rustica siluestrem — cantum P 22—23 *om.* = P 31 tremicium: trinicium P thirinicium ς

p. 462, 7—8 *om.* = P 9 fuge moenia tela omnia deç: fuge moenia tela omnia deo P 11 mellifluam: melliflua ς P 14 deas omnifero baca cursiculos te lucet: dea somnifero bona cursiculo relucet P 28 date uina bona mihi = P 23—26 *desunt*

p. 463, 15 omnipotens romulidum ut uenias praecamur = P 20 Phan-

*) Idem olim Martinum Hertzium, amicum uenerabilem, statuisse non sine quadam animi laetitia ex Streuberi tractatu Philologi tomo III p. 372 seq. inserto postea cognoui, qui et ipse non 'Mauri' sed 'Marii' cognomen latere bene intellexit. Simile scribendi uitium commisit is, qui in Glossario Bernensi No. 16 fol. 111ᵇ col. 2 Isidori orig. II 29 hoc titulo praemisso excerpsit: DIUISIONE DEFINITIONUM EX MARII UICTORINI · LIBRO ADBRIBIATS.

Digitized by Google

nium = P 21 f||uni semidorum numen adest 25—26 *om.* = P 27 infandum cecidit

p. 464, 15 sed ex pluribus quinque = P 16 ueneris = P 18—19 *om.* = P 24 fenus = P domum sole: donum solae P 25 alcimaniuin 3 (*Ionici a maiore, ut apud Putschium, post ionicos a minore transpositi sunt*) solutionemque ex se patienter 11 intendet laborem: intendito laborem P

p. 465, 1 DE DIVERSIS METRORVM GENERIBVS = ς P 2 dehinc per se metra 6 seraenae reparas 15 quam prolabitur 25 eroum constat spondio et dactilo ita ut pirricio concludatur 30 nomen pregecit 31 faleucium constat spondio dactilo et tribus troceis ut est hoc: Non hic men non quos canemur indos, *corr. m. II* canimus, *pro quibus legas*:

Non hic Memnona, non canemus Indos.

*Sequitur* Safficum constat etc. *Hunc igitur locum perquam memorabilem inmerito uiri docti neglexerunt, si quidem in ceteris codicibus atque in editionibus aliud omnino exemplum inuenitur productum hoc*:

Hermus (Isthmos) diuitibus superbit undis.

p. 466, 13 carmina uella magis uellem sonare: carmina bella magis uellem sonare P 17 alcaicum spondeum constat — dactylis = P 27 cum duobus troceis aut iambis = P

p. 467, 4 et coicum = P 6 gratias malis: gratia malis ς

*Deinde f. 80^b — f. 81^a* INCP̄ EXCERPTV̄ DE PANEGIRICO PORFIRII FACTVM IN CONSTANTINO AVGVSTO. In hac pagina primus uersus ex disillabis partibus orationis constat — VNDIQVE CONFVSIS CONSTABVNT SINGVLA VERBIS *habes excerpta nonnulla ex Porphyrii Optatiani panegyrico Constantino dicto, de quibus aliquando disputabit Lucianus Muellerus in sua, quam molitur, Optatiani editione.*

*Iam inde a f. 81^b usque ad f. 101^a sequitur commentum anonymum quoddam in Donati artem maiorem, quod quo iure Iuliani grammatici uel eius simillimi esse opus, a Keilio excerpt. Iuliani praef. p. 314 not. desideratum, contendam, infra peculiari disputatione ostendam partis tertiae cap. VII. Cuius artis titulus secretis litteris scriptus adhibita claui illa, quae ima f. 2^b pagina (cf. p. XVI) extat, ita resoluitur:* de partib̄s oratiō, *atque ipsa ars incipit a uerbis*: Partes orationis sunt octo. Nomen etc. Octo sunt partes orationis, sine quibus loquutio esse non potest — *desinitque in haec*: sicut in peregrinis uerbis autin barbaris nominibus accentus certi non sunt ita et in interiectionibus.

*Tum sequitur f. 101^a — f. 112^a praemisso titulo:* IT̄ DE PARTIB: ORATIONIS *sine ulla nominis significatione ars Donati maior de octo partibus orationis p. 372, 25 — p. 392, 3 K., quae artis maioris pars altera in libri initio nescio quo pacto omissa fuerat, cf. supra p. XVII. Summam habet iste codex cum libro S Berolinensi Santenii cognationem, praesertim in singulis singulorum commatum titulis interponendis. Hanc Sinnerus anonymi esse artem dixit cat. Bern. I p. 433.*

*Cui subiungitur noua quaedam ars anonyma f. 112^a* INCIPIT DE LITTERA. Genera litterarum diuersa sunt qui . a diuersis locis et aucte-

Digitized by Google

ribus sunt inuentae — *f. 127ª* aut admirationem ut papae aut metum ut at tat et siqua sunt his similia, — *ex qua haec placuit excerpere:*

f. 112ª INCIPIT DE LITTERA. Genera litterarum diuersa sunt, quia (qui a) diuersis locis et auctoribus sunt inuentae. Nam ante diluuium Enoch inuenisse litteras credimus, quibus textum prophetiae suae illis temporibus ostendisse non dubium est testante epistola, quae catholica nominatur. Prophetauit autem: Ait septimus ab Adam Enoch dicens: 'Ecce dominus ueniet' et reliqua, quae ibi scribuntur; per quas etiam studia sua in duabus columnis scribere post diluuium homines curauerunt; sed postea repperit litteras Cham filius Noe; deinde Abraham Syrorum et Chaldeorum litteras inuenit. Hebreorum litteras Moyses inuenit in monte Sinai, quibus et legem scribtam digito dei suscepit, sed non illis litteris nunc utuntur Hebrei, utuntur autem eis litteris, quas inuenit Esdras propheta sub Zorobabel, filio Salathihelis. Gr(a)ecarum litterarum usum primi F(o)enices inuenerunt: Cadmus (chatmus) Agenoris filius Gr(a)ecas litteras inuenit, non tamen omnes, sicut nunc sunt XX et IIII, sed aliquae postea additae sunt, de quibus dicendum est. Latinas litteras repperit Carmentis (carmentes) nimpha Nicostrata, mater Euandri, quae diuiduntur in ‖ f. 112ᵇ ‖ duas partes principaliter apud Latinos. Quomodo? In uocales et consonantes. Iterum consonantes diuiduntur in duas. Quomodo? In semiuocales et mutas. Vocales dictae sunt, quia uocem integram habere uidentur. Sunt autem quinque a e i o u. Semiuocalas uero sunt VII: f l m n r s x. Et dictae sunt semiuocales, quia mediam uocem habere cernuntur, non quod figura mediae sint, sed quia plenum sonum non habent et excitant sonum suum ab e uocali et in semet ipsis cadunt, sicut dicimus 'semideos' et 'semiuiros', non quod semis, idest medii dii sint uel medii uiri, sed quod perfecti (perfectae *cod.*) dii et perfecti uiri non sint: sic et semiuocales, quia perfectum sonum non habent, ideo nuncupatae sunt. Mutae dictae sunt duabus ex causis. Quomodo? Vna, quia ad conparationem uocalium, idest ad id, quod uocales sonare possunt, istae mutae sunt, altera, quia si subtrahas illis auxilium uocalis, intra hospicium oris moriuntur. Sunt autem VIIII: b c d g h k p q t. Y et z propter Gr(a)eca nomina adsumsimus, quae frequenter in Latina regula occurrunt. Sciendum est, quibus modis littera dici potest. Quinque. Quomodo? Dicitur enim apud Hebreos sepher, apud Gr(a)ecos gramma, apud philosophos (phylosofos) atomus, apud oratores legitera, apud Latinos littera. Et dicta est littera eo, quod legentibus iter ad legendum ostendat. Atomus (ath-) uero ideo nuncupatur, quia diuidi non potest. Omne enim, quod indiuisibile (inuisibile *cod.*) est, apud philosophos atomus nuncupatur; pro hac ratione et † atlonato minima pars dicitur. Hoc sciendum est, quare antiqui litteras elementa (aelim-) uocauerunt: ad conparationem elementorum mundi, quia, sicut mundus ex quattuor elementis conpositus est, sic et litterae in unum iunctae litteralem faciunt uocem. Atomos (ath-) apud philosophos ideo dicitur littera, quia, cum oratio soluatur in uerba et uerba soluantur in pedibus, et pedes soluantur in sillabis, sillabae soluantur in litteris, littera non habet, in quo soluatur neque diuidi potest: ideo atomus et pars minima dicitur. Sciendum est, quod atomorum genera sunt quinque, idest atomus in sole, atomus in re, atomus in nu‖ f. 113ª ‖mero, atomus in tempore, atomus in littera. Quomodo? Atomus in sole est, cum uidemus in radiis (-ios) illius minutissimum puluerem, qui nec teneri nec diuidi potest. Fit atomus in re, cum granum sinapis diuidimus in multas partes, et pars eius, quae diuidi non potest, atomus dicitur. Atomus in numero fit, cum (sicut *cod.*) quattuor diuiduntur in duos et duo diuiduntur in unum, unum quia non habet, ubi diuidatur, atomus est. Atomus in tem-

Digitized by Google

pore fit, cum (sicut) annus diuiditur in tempora, tempora in menses, menses in ebdomadibus, ebdomas in diebus, unus dies non diuiditur: atomus est.

Donatus dicit de octo partibus orationis.

Dicit Donatus: 'partes orationis sunt octo. Quae? Nomen' etc. Sciendum est, quid est oratio, uel quare dicatur oratio aut quibus modis dicatur oratio, aut quot sint orationis genera (genera orationis). Oratio est structura uerborum cum plena significatione sensus. Oratio dicitur elocutio, quasi oris ratio, eo quod ore et ratione consistat. Oratio, sicut Sanctus Augustinus dicit, duobus modis dicitur. Quomodo? Idest, quando aliquid rationabiliter loquimur, uel quando pro peccatis aut pro uita deum rogamus etc. (*cf. Petri grammatici artem huius libri p. 161, 14*).

. . .

## DE PRIMA DECLINATIONE.

. . .

|| f. 113ᵃ || Et sciendum est, quia tribus litteris (-as) terminalibus finitur prima declinatio a s m et octo sillabis finalibus terminatur, ta ut poeta, sa ut Musa, ca ut Pascha, ga ut collega, na ut aduena, am ut Adam, Abraham, as ut (A)eneas, es ut Anc(h)ises, sicut dicit Vergilius:

Anchises genitor, Dauni miserere senectae

(*Aen. XII 934*; ancise genitor danaum misereresce nettae, *corr.* natae *cod.*, *cf. Petri grammatici excerpta huius libri p. 164, 4*).

. . .

## DE SECVNDA DECLINATIONE.

. . .

|| f. 114ᵃ || Et sciendum est, quod tribus finialibus terminatur secunda declinatio: s m et r et XIIII sillabis finialibus terminatur, idest tus et nus et ger et um et er et ir *et* ter (et *om.*) et prus et xus (*addendum*: et ber et ur et bus et dus et mus *cf. seq.*). In tus ut doctus, in nus ut alnus, in ger ut niger piger, in um ut praeceptum indicium, in er ut puer, in ir ut uir, in ter ut magister, in prus ut Cyprus, in xus ut taxus, de qua dicit Vergilius:

taxi torquentur in arcus

(*Georg. II 448*) et alibi ipse Vergilius:

fugiant examina taxos

(taxus *cod.*, *Ecl. IX 30*). In ber ut faber, in ur ut satur, in bus ut albus, in dus ut candidus, in mus ut heremus (in us *cod.*).

. . .

## DE NOMINE.

. . .

|| f. 115ᵇ || Species uocis alii duas esse dixerunt, alii quattuor. Illi, qui duas esse dixerunt, hoc adfirmare conati sunt: una species uocis est articulata, altera confusa. Articulata, inquiunt, dicitur, quae litteris scribi et articulis conprehendi potest || f. 116ᵃ ||, ut ars pars eloquium sapientiae et reliqua. Artus uero dicuntur membra maiora, a quo nomine et articuli digiti nuncupati sunt. Confusa est, quae nec litteris scribi potest, nec articulis conprehendi, ut mugitus boum, sibilus serpentium uel suricum. Illi, qui IIII species dixerunt, hoc notare conauerunt dicentes: est uox articulata et inarticulata, litterata et inlitterata. Articulata uox est, quae cum artis ratione, inarticulata, quae cum nulla ratione profertur, ut est rusticorum loquutio. Litterata est, quae

Digitized by Google

scribi potest, inlitterata est, quae scribi non potest. Quaerendum est, si potest inueniri (-re) uox litterata, quae scribatur et non intellegatur. Potest, ut croax, sera. Et iterum quaerendum est, si possit inueniri (-re) uox inlitterata, quae non scribatur et tamen intellegatur: ut sibilus hominum et gemitus et ructatus (ruptatus *cod.*), quia et per sibilus cantio intellegitur, per gemitus dolor, per ructatum (rupt-) uentris (uentũ) emissio.

. . .

|| f. 116 b | Scire cupimus, 'Puplipor' (pupllor *cod.*) quae pars orationis est. Nomen est. Quis modus? Conpositum est et ex duobus conponitur (conpos est . ex duobus ponitur *cod.*). Quomodo? A Puplio et puero. Quomodo fit genetiuus eius? 'Puplipòris', hoc est Puplii pueri (puer *cod.*). Sic declinatur et Marcipor, idest Marci puer. Sed 'Marci' (mar *cod.*) integrum est, 'por' corruptum (correptum) est, hoc est ex integro et corrupto. 'Ador' quae pars orationis est? Nomen est. A qua parte orationis diriuatur? A uerbo, quod est 'adoro'. Quomodo fit genetiuus eius? 'Adoris', sed in usu (usi *cod.*) frequenti non est. 'Ador' productam o habet an correptam? Productam. Quare productam? Quod a uerbo diriuatur, quod producit o, non debuit 'ador' aliter habere, quam uerbum, a quo diriuatur, ut Vergilius:

adorea liba per herbam

(*Aen. VII 109*, erbam *cod.*). Possumus dicere 'pueram', sicut 'puerum', et 'puellum', sicut 'puellam' an non? Possumus. Vnde probabis? Liuius dicit:

Puerarum manibus

(libius *cod.*, *cf. Prisc. I p. 231, 12 H.*). Plautus dicit Geminis:

Dolet puellus sese uenum ducier

(gemini, *cf. Prisc. I p. 231, 22*). Lucilius ait:

Cumque hic tam formosus homo apte dignus puellus

(*cf. Prisc. I p. 232, 1*). Scire debemus, quae sunt collectiua nomina. Quae singulari numero multitudinem significant, ut populus plebs grex gens et horum similia. Quae sunt diuidia nomina? Diuidia dicuntur, quae duobus uel amplioribus ad singulos (-us) habent relationem, uel plures in numeros pares distributos, ut uterque alteruter, ut singuli uel terni centeni. Tractiua quae sunt? Quae in diuersas (-sis) species possunt diuidi, ut animal arbor (albor *cod.*). Specialia quae sunt? Quae a genere diuiduntur, ut homo equus uitis laurus.

. . .

Absolutiua quae sunt? Quae per se intelleguntur et non egent alterius coniunctione nominis, ut 'distractio'.

. . .

*Quae f. 117ª de pronominis 'ego' forma tractantur, similia leguntur apud Petrum grammaticum huius libri p. 165, 23, sed ita, ut utrumque auctorem inter se conferre non nullius sit pretii:*

Hoc scire debemus, quare Gr(a)ecum pronomen, quod est 'ego', adductum est in Latina regula, cum potuisset illud seruari, quod aput antiquissimos grammaticorum fuit. Non enim 'ego' fuit, sed 'met'. Et sciendum est, quare met proiectum est et positum est loco eius 'ego'; ideo sic factum est, quod uidentes posteri grammatici, quod haec pars, idest 'met', ab m inchoans et in t desinens regulam sola continere non potuisset, expulerunt 'met' Latinum pronomen et posuerunt 'ego', quod est Gr(a)ecum, per reliquos casus declinationem pristinam reseruantes.

*Quae si cum Petro conferas, uidebis, Petrum ab huius artis auctore certe non adhibitum fuisse: illud uero non ita audenter contendam, contra*

Digitized by Google

*accidisse, praesertim cum apud Petrum multa inueniantur insuper commemorata, quae apud hunc non inueniuntur: satius est igitur, ut communem utrique fontem fuisse statuamus. Nam e. g. cum huius artis auctor f. 113ª (cf. supra p. XXV) primam declinationem octo syllabis finalibus terminari dicat, Petrus uero p. 164, 5 septem tantummodo iisdem propositis exemplis enumeret et, si forte amplius potuerint inueniri, se non contradicturum contendat, sed istas se posuisse, sicut a uiris eruditissimis maneret conpertum, sincere adfirmet, ne Petrum quidem huius artis auctore usum esse credi fas est.*

. . .

| f. 117ᵇ || 'Ille' aliquando est finitum pronomen, aliquando est minus quam finitum. Finitum pronomen est, quando persona (-am *cod.*) iungitur, ut est hoc:

Ille ego Origenis doctor uerissimus olim,
Quem primum fidei Graecia clara dedit

(*cf. artis Bernensis Iuliano similis excerpta cod. 207 f. 26ª praef. partis tertiae cap. VII*).

. . .

## DE VERBO.

|| f. 119ª || Verbum est pars orationis cum tempore et persona sine casu, aut agere aliquid aut pati aut neutrum significans. Verbum quare dictum est? Quod uerberato aëre efficitur. Ergo si pro hac ratione dicitur, et omnes partes orationis 'uerba' dici possunt. Nullum enim sermonem eructare possumus absque uerberatione aëris. Et si ideo uerbum dicitur, quod uerberato aëre efficitur, et omnes partes orationis uerba dici potuerunt. Sed manifesta ratione ostenditur, quia, cum uerbum uerberato aëre motuque linguae efficiatur, plus eam (*sic*) in elocutione utimur, quam ceteris partibus.

. . .

f. 121ª || Multi adfirmant, quod ideo 'frequentatiua' dicatur, quod paenultima praetunditur.

. . .

Modus a quodam (quadam) moderamine sui nuncupatus est, quoniam, quod indicamus uel imperamus siue optamus, quibusdam discriminibus coniugationum et temporum atque personarum certis numeris et generibus moderatur. Augustinus*) dicit: 'Modus est quaedam (quendam) uis declinationum ratione peracta, quo uaria temporum || f. 121ᵇ || personarum numerorum generumue conclusio definitur (dif-)'. Modi dicti sunt, quibus uerbum certa lege moderatur, ne in declinatione extra rationis ordinem progredi cognoscatur. Cum enim per modos iuxta suam naturam inflectitur, nisi modis (modus) cohercéatur et certa stringatur ratione, insulse (-ae) et inutiliter ordinatur et ideo, ne errore in declinatione frangatur eius ratio, modorum freno restringitur, ne illuc ei cadere liceat, ubi nullus regulae trames (-is) permittit. Et ideo modi a quodam moderamine dicti sunt, per quod uerba restringere cognoscuntur.

*) Non extat is locus neque apud Weberum neque apud Keilium.

Digitized by Google

Modos uerborum alii quinque, alii septem, nonnulli nouem, plures decem esse arbitrantur. Qui quinque modos esse putant, ita dicunt: indicatiuum imperatiuum optatiuum coniunctatiuum infinitiuum. Qui septem, inpersonalem et gerendi modum addunt; qui nouem, promissiuum et concessiuum iungunt; qui decem, pronuntiatiuum superinponunt. Sed eorum procacitas respuenda est. Nam quicquid uel uerbialibus regulis ostenditur, per septem modos posse fieri conprobamus. Indicatiuum modum ob hoc dictum esse putamus, quoniam per eum indicium agentis aut patientis uerbiali (uerbialia *cod.*) significatione ostendimus. Hunc quidam modum pronuntiatiuum dixere, quod per uarias temporum species agentis seu patientis effectum significat. Dictus item imperatiuus, quod per eum officium imperantis in praesenti aut in futuro ostenditur (*cf. Petri excerpta p. 166, 9*). Hunc quidam (quidem *cod.*) dominicum appellauerunt, quod proprium dominorum est imperare; et hic modus primam personam non habet, quod nemo semet ipsum imperat. Sicut enim in pronomine uocatiuus defecit, ita in uerbo imperando prima persona abnegatur; nemo enim se ipsum uocat aut sibi ipso imperat. Optatiuus modus dicitur, quoniam per eum optandi officium significamus, non pro eo, quod optantis aduerbium habet, sed quod in sese optandi significationem gestat. In hoc modo singula uerba binis temporum significationibus ostenduntur (binas t. significationes ostenditur *cod.*). Coniunctatiuum modum ab hoc dictum esse credimus, quoniam si aliquibus modis non adiungatur, pleni intellectus officium in se non habet, ut, cum dicimus: 'cum inuocarer' 'cum clamarem', aperte conspicere possis, quoniam in se integritatem sensus manifestare nequit, nisi sibi adiungas indicatiuum, ut ita dicas: 'cum inuocarer, audiui', 'cum clamarem ad dominum, exaudiuit me'. Sed errant, qui hunc modum coniunctatiuum dictum esse adfirmant, quod coniungitur ei particula 'cum'. Si enim ob hanc rationem coniunctatiuus diceretur, et optatiuus coniunctatiuus dici || f. 122[a] || potuit, quoniam ei 'utinam' aduerbium optantis coniungitur (*cf. Petri excerpta p. 166, 14—20*). Sunt uerba, quae 'tipicialia' dicuntur, idest similitudinis, quoniam similitudinem participiorum in se ostendunt, cum sint uerba et non participia. Tria enim uerba 'amandi' 'amando' 'amandum' similitudinem participii passiuae significationis futuri temporis ostendunt. 'Amatum' uero similitudinem participii praeteriti temporis passiuae significationis (-em *cod.*) gestat.

. . .

Sunt alii, qui huius modi uerba ad passiuam significationem magis, quam actiuam (actiuuam) scribi confirmant ob hoc maxime, quoniam a participiis passiuorum diriuari uidentur. Sed tamen praeuidendum est, quoniam non minus actiua (actiuae *cod.*) significatio in his uidetur, quam passiua. Dicimus enim: 'legendi causa ueni' actiua scilicet significatione, et dicimus: 'causa legendi crucior' (crutior), hoc est 'dum ab aliis legor', et 'sciendo lego' et:

cantando rumpitur anguis

(*Verg. Ecl. VIII 71*), non 'dum cantat' (cantet), sed 'dum cantatur'.

. . .

'Deponens' uerbum ideo nominatur, quoniam, ut quibusdam uidetur, r litteram non deponit et actiuam significationem in se continet, ut meditor meditaris, confiteor confiteris, loquor loqueris, metior || f. 122[b] || metiris. Sed si ob hoc dicitur, quoniam r litteram non deponit, et commune (communi) deponens dici potest, quod r litteram non deponit. Sed uerius ideo deponens dicitur, quoniam deponit plenitudinem significationis actiui passiui neutri communis, sed ab his omnibus partem subtrahens omnia penitus deponit, ita ut, cum dicimus 'loquor', non hic actiui seu passiui uel neutri seu communis

Digitized by Google

uerbi plenam significationem conspicere possumus, sed partem inde et inde conspicere possumus.

. . .

|| f. 123ᵃ || Sunt uerba regulis corrupta (correpta *cod.*), ut fero infero adfero confero suffero refero exfero aufero profero praefero affero effero transfero antefero perfero circumfero, edo ambedo comedo † aedo, uolo malo, sum, fio, odi noui memini pepigi. Sunt uerba, quae rite declinari (-e) non possunt, ut cedo aue salue forte infit sis sodes ferit amabo inquam aio meio qu(a)eso cesso c(o)epi faxo pando sisto.

*Quae de aduerbio, de participio, de coniunctione aguntur et maior pars eorum, quae ad praepositiones spectant, ad uerbum paene conspirant cum arte Petri grammatici huius libri p. 166 seq., ut uel pro tertio codice (C) in excerptis emendandis adhibere potuerim.*

*Sequitur post interiectionem f. 127ᵃᵇ tractatus de nominibus mobilibus* (De nomina mobilia [*sic*]: Sunt nomina tota mobilia ut doctus docta doctum et ideo mobilia dicuntur, quod mouentur (mouent) per tria genera — inueniuntur et nomina, quae in prima positione fixa sunt nec mouentur per genera et tamen in diriuatione mobilia sunt, ut est mons fons sc(h)ola. Non enim flectuntur per genera, cum sint principalia. Cum autem dixerimus eorum (earum *cod.*) diriuationem, mouentur per genera, ut montanus montana montanum, fontanus etc., sc(h)olasticus etc.), *quem excipit expositio de casuum nominibus* (Quaerendum est, quare casus dicti sunt. Casus dicti sunt a cadendo etc.; f. 127ᵇ: nominatiuus quare dicitur? Quod per eum nominamus, quem uolumus, ut 'Vergilius scribsit Bucolica' (boc-); 'Terentius (terr-) pr(a)eceptor meus fuit') *in haec uerba desinens:*

Ablatiuo, ut (aut) 'aufer a magistro', 'ablatum est a uobis iugum'. Hoc superius scribendum est. EXPLICIT.

*Quibus quidem uerbis auctor uel librarius uidetur significare uoluisse, omnia ista, quae post interiectionem scripta sunt, cum ad nominis expositionem pertinerent, superiore loco inserenda fuisse.*

*f. 127ᵇ — f. 129ᵇ sequitur ars conpendiaria eodem fere modo scripta, quo illa, quam f. 17ᵃ — 18ᵇ supra p. XXI extare docuimus:* INCIP̄ DECLINATIONES . . . . . . . . . . . Q. PARTIVM. Doctus quae pars orationis est? Nomen est. Vnde hoc scis? — DE ADUERBIO. Deinceps quae pars orationis est — qui accentus? acutus. quomodo? In trisyll̄ et tetrasyll̄ et deinceps si penultima positione longa fuerit, ipsa acuetur. Quota diuisio? Sescupla et cetera secundum suum explicans ordinem.

*Quae ex illa arte desunt, f. 195ᵃᵇ extant. Sed totus hic tractatus alia prorsus manu, quam cetera, scriptus est.*

*Inde a f. 130ᵃ — f. 140ᵃ legitur Asperi ars grammatica, quam huius libri p. 39—61 edidimus, cf. p. 39 adnot. et p. 61 adnot.*

*Tum f. 140ᵇ — f. 148ᵃ Sergii in Donati artem explanatio ab editis diuersa, quam et ipsam huius libri p. 143—158 proposui, cf. p. 143 adnot.*

Digitized by Google

*Post Sergium sequitur nullo auctoris nomine adposito sine ulla tituli significatione* alia ars grammatica *f. 148ª — f. 168ª:* ORATIO DN̄ elocutio QUASI ORIS ratio eo quod ore et ratione consistat — cum aliquid dolore cordis uel laetitia uel admiratione uel metu referimus etiam longo tractu finiatur. Ipsa eloquutio interiectio dicenda est. DO GRATIAS.

*Hanc artem* Petri grammatici cuiusdam *esse inde efficitur, quod eadem in cod. Bern. 522 addito in fine operis f. 68ᵇ Petri nomine extat, cf. huius libri p. 161, 8 adn. Vides igitur, hanc artem sighificare uoluisse librarium, cum f. 1ᵇ inter auctorum nomina* Petrum *quoque nominabat. Temere igitur Sinnerus catal. Bern. mscr. I p. 447 Petri artem in cod. 207 extare negauit eadem ille socordia ac fiducia usus, qua, dum p. 421 Prisciani opusculum 'de nomine pronomine et uerbo' a Putschio iamiam editum esse uidet, p. 458 adeo eius rei ignarus extitit, ut idem opusculum quasi nouum quoddam atque hactenus incognitum 'cum Prisciani opere non idem esse' p. 460 contenderet ideoque, ut eius excerpta locupletissima proponeret, a suo animo lubenter atque hilariter impetraret.*

*Restat ultimum eius codicis praestantissimi opus, quod a f. 168ª paene usque ad finem f. 194ᵇ extenditur,* Isidori excerpta grammatica *aliaque id genus continens:* INCIP̄ ARS SCĪ ISIDORI EPĪ DE GRĀMATICA. Grammatica est scientia recte loquendi et origo et fundamentum liberalium litterarum etc. *Haec Isidori**) *quae dicitur de grammatica ars ex Isidori originum locis ad grammaticam et rhetoricam etc. pertinentibus conpacta est ita ut nihil fere addatur, quod non et in Isidori originibus deprehendatur. Neque tamen illius operis ordo seruatus est, sed modo hinc modo illinc frustula conquisita sunt haec: Orig. I 5, 1—4; cap. VI continuo tenore usque ad cap. XIII de interiectione; tum f. 171ª de disciplina et arte I 1, 1 — cap. IV fin.; tum cap. XV de syllabis 1—3, tum cap. XIV de uoce, tum cap. XVI de pedibus uno tenore usque ad cap. XIX inclus.; omisso capite XX continuatur cap. XXI de notis uulgaribus; omissis cap. XXII. XXIII. XXIV. XXV continuatur f. 176ª cap. XXVI de orthografia, cuius quidem capitis non nisi prima paragraphus extat. Tum sequitur de analogia cap. XXVII, de ethimologia cap. XXVIII 1—5: 'traxerunt uocabula'. Deinde transitur ad cap. XXX de differentiis, cap. XXIX de glosis, cap. XXXI de barbarismis usque ad cap. XXXIV inclus. Sequitur cap. XXXVII de prosa, cap. XXXVIII de metris usque ad libri primi finem. Hunc excipit libri II cap. I usque ad cap. IX de sillogismis § 7 inclus.; tum de lege cap. X. XI et XII § 1; tum cap. XIII et XIV § 1 pro exprimendis afectibus; deinde cap. XV, XVI § 1; cap. XVII et cap. XVIII, sed*

---

*) Alia praecepta grammatica Isidori nomine notata, quae in originum libris non extant, infra collegi praef. partis tertiae cap. XI.

Digitized by Google

*hoc ualde decurtatum, cap. XIX et XX usque ad paragraphum quartam: 'pleonasmus et his similia'; denique cap. XXI § 1—2 incl., tum cap. XXII de dialectica usque ad cap. XXV § 1 incl.*

*Subito auctor transit ad libr. VI cap. VIII de generibus opusculorum, cui subiungitur libri II cap. XXVII § 1 usque ad cap. XXIX 25 de sillogismis ipotheticis. Sequitur de mathematica lib. III prohoem., ad postremum eiusdem libri cap. XXIII de astronomica usque ad tertii libri finem. Subiungitur lunae cursus tabula calculatoria:* CVRSVS LVNAE PER DVODECIM SIGNA f. 194$^b$.

*Vltimo denique folio 195$^{ab}$ continuatur ars illa per conpendium scripta, cuius initium f. 127$^b$—129$^b$ extat:* EXPLANATIO PARTICIPII. Praesens quae pars orationis est? Participium est. Vnde hoc scis? etc. *usque ad interiectionis eu explicationem, cf. p. XXIX.*

*Addita sunt his manu alia, sed saec. X, nonnulla de mutarum consonantium definitione.*

*Restat, ut per totum librum quaternionum signa subscripta esse dicamus, ita ut f. 9$^b$ A, f. 15$^b$ B, f. 23$^b$ C, f. 31$^b$ D, f. 39$^b$ E, f. 45$^b$ F (f. 40—45 per exceptionem ternio pro quaternione habetur ceterum conpletus), f. 53$^b$ G, f. 61$^b$ H, f. 69$^b$ I, f. 77$^b$ K, f. 85$^b$ L, f. 93$^b$ M, f. 101$^b$ N, f. 109$^b$ O, f. 117$^b$ P, f. 125$^b$ Q scripta sint: Q signum f. 137$^b$ quoque legitur: nam f. 126—129 binionem faciunt, qui reliquis quaternionibus ideo adiectus est, ut artis f. 112$^a$ — 127$^b$ finis adscribi posset: cetera eius binionis folia primo uacua relicta erant, tum in eis ars illa conpendiaria consedit, cuius finis f. 195 habetur. Porro signa extant f. 145$^b$ R, f. 153$^b$ S, f. 161$^b$ T, f. 169$^b$ V, f. 177$^b$ X, f. 185$^b$ Y, f. 191$^b$ (f. 185—191 ternionem faciunt absolutum) Z; qui relinquitur f. 192—195$^b$ binio, nullo signo ornatus est. Secundum uero et tertium eius codicis folium ad posteriorem libri partem, quae omnino deperdita est, pertinere supra diximus p. XVI.*

*Iam uides, ex eorum auctorum numero, quos codicis scriptor f. 1$^b$ enumerauit, reuera in hoc libro extare Donatum Asperum Sergium Isidorum Petrum Marium Seruium; ceteros uero, Priscianum Probum Bedam sophum in illa codicis parte, quae deperiit f. 195—263 (f. 257 excepto) infuisse probabiliter conicias, praesertim cum f. 2 = f. 264 Bedae de loquela digitorum fragmentum etiam nunc supersit. Neque enim credi potest, opusculorum, quae in superstite libri parte extant, anonymorum quoddam ad Probi auctoritatem uulgo relatum fuisse in illis libris, ex quibus omnia ista congessit laudabilis librarii diligentissimi sedulitas.*

Digitized by Google

## 2) Cod. Bern. 123.

*Cod. Bern. 123 saec. X forma maxima nil nisi grammaticos libros continens foliis CXXVIII constat: sed et in initio et in fine bina folia adiuncta sunt lacera condicione saeculo quinto uel sexto scripta ecclesiastici argumenti. Codex et ab initio et in fine mutilatus olim Floriacensis Petri Danielis, cuius manu multa in marginibus scripta sunt, tum Bongarsii fuit, cuius nomen in prima et in ultima pagina legitur. Quaternionum signa regulariter posita sunt inde a f. 8ᵇ (II) usque ad f. 128ᵇ (XVII) passim putredine deleta, sed maximam partem temporum aequitate conseruata. Primum igitur operis quaternionem intercidisse patet, cuius argumentum utrum ad solam eam, a qua liber incipit, artem pertinuerit, an alia quoque scripta conplexum fuerit, difficile est diiudicatu, sed cum ea ars, qua nunc habetur forma, iam a litteris exordium capiat, uerisimilius est alia quoque antecessisse.*

*Itaque f. 1ᵃ — f. 31ᵇ: Clementis Scoti, qui uocatur, ars extat ab initio mutila:* est ap' latinum (*corr.* -os) unde latinitas orta est. Maior populus et magis egregiis artibus pollens tusci fuerunt qui de natura linguae suae s. litteram raro expremant. hęc res eam fecit habere liquidam.

Hoc sciendum quod ista ˢlittera — Est etiam abnegatiua ut securus. Preterea seorsit aduerbium a se ut a de deorsum et a super sursum. FINIT De PREPOSITIONIB; *Manu recentiori quamuis satis antiqua superscriptum est* LIB̃ DE PARTIB; ORATION̄ *et super hoc manu, ut uidetur, etiam recentiori* CLEMENTIS SCOTI. *cf. Keilii praef. ad Charis. gramm. Latin. uol. I p. XIX et de Clementis Scoti nomine ibid. p. XX not. et programm. Erlang. 1868 p. 11. Excerpsimus ex hac arte nonnulla praef. partis tertiae sect. II, III, V, VI, X, XI.*

*Tum sequitur nulla proposita inscriptione ars quaedam anonyma f. 31ᵇ — f. 53ᵃ, quae uerbis in fine positis:* Nec (*leg.* hanc) quam breuissime nostris pueris legem interrogationis ex Donati arte promulgatam conscripsimus *ipsa de se praedicat, merum nos Donatum hic illic dilatatum expositumque manibus tenere. Atque hoc ipsum locis quibusdam conlatis conprobatur. Iam prima artis uerba Donati artis maioris uestigia adeo premunt, ut praeter interrogandi et respondendi formam nil paene noui addatur:*

‖ f. 31ᵇ ‖ Quid est uox? Aer ictus sensibilis quantum in ipso est. Quot (quod) diuisiones habet? Duas principales. Quas? Articulatam et confusam. Quae est articulata? Quae scribi potest. Quae confusa? Quae scribi non potest. Litera quid est? Pars minima uocis articulatae. Quot sunt diuisiones litterarum? Duae principales. Quae? Vocales et consonantes. Quot sunt uocales? Quinque. Quae? A e i o u. Quot ex his transeunt in consonantium potestatem? Duae. Quae? I et u. Quando transeunt in supra dictam potestatem? Cum inter se geminantur, aut cum aliis uocalibus iunguntur. Da exempla. Iuno uates etc., *cf. Donati art. II p. 367, 5—14.*

Digitized by Google

*Ex reliqua arte haec excerpere placuit, quae a Donato passim recedunt:*

|| 32ᵃ || Numquid aliud accidit illis (*sc.* uocalibus)? Vtique. Quid? Vt per se syllabam faciant. Quomodo? Ara egens itur opus unus. Acciditne his aliud? Accidit equidem. Quid? Vt sint dichronae (dicrone), idest ancipites (accipites). Quomodo? Nam et corripi et produci possunt. Da exempla. Est enim a breuis, ut † abmo, longa tuarum, sic eregit erit, itur item, omen opus, unus ubi. Putamus aliquid plus accidere (acce-) uocalibus? Putatur quidem. Quid est illud? Quod (quo) his solis aspirari posse putamus (possemus), ut hasta heri hircus homo humus. Aspiraturne consonantibus? Aspiratur quidem, sed raro. Da exemplum. Trachia, thronos.

. . .

Quid nomen litterae? Quo uocatur, ut a b c d e. Cuius sunt generis? Neutri. Cuius sunt formae? Casualis aptotae. Dicitur enim hoc a, huius a et reliqua. Quae est figura (figurarum) litterarum? Caractera, quibus scribuntur, ut Λ, qui aut uocalis aut consonantis. Quid est inter elementa (eli-) et litteram (-a)? Elementum sonus qui per litteras cognoscitur. Quid (qul) ergo erunt litterae? Nota qua sonus exprimitur. HACTENUS DE LITTERIS NUNC DE SILLABIS.

*Quae f. 32ᵇ de communibus syllabis dicuntur, leguntur eisdem additis exemplis apud Bedam p. 2352 seq. P.*

|| f. 34ᵇ || (*cf. Don. p. 371, 25*). Quot res conturbant legem accentuum? III. Quae? Distinctio pronuntiatio discretio. Distinctio quomodo turbat? Vt siquis dicat malêsanus pro malesânus, interea loci pro inteream (= intereā) loci. Pronuntiatio quomodo? Vt cum dicere debeamus latebras (lateras), dicamus latebras, ut quidam in uersu:

Argolicas foedare latebras

(in uesu argolicas federare, *Verg. Aen. II 55*) . . . . . . Est alia res, quae hanc legem uiolet? Sunt equidem IIII particulae, quas quidam pronuntiationi applicant, idest que ue ne ce. Quomodo? Cogunt (cogun) enim accentum in ultimam contra legem transire cum (cum *om.*) subsecuntur. Da exempla. Dictusque doctusue doctusne doctusce.

. . .

|| f. 35ᵃ || Distinctio ubi ponenda est? In fine sententiae. Da exemplum.

Corde patris genitum creat et regit omnia uerbum.

. . .

Hucusque de posituris. Nunc de gramatica dicamus. Gramatica quid est? Scientia recte loquendi et origo ac fundamentum liberalium (libr.-) litterarum. Definiturne aliter? Definitur scilicet ab officio. Quomodo? Gramatica est scientia interpretandi poetas atque retoricos et recte scribendi loquendique ratio (*cf. Maximi Victorini gramm. p. 1937 P et Clementis Scoti praef., qualis est in codice Bambergensi a Keilio in progr. Erlang. edita, p. 13, 26 seq.*). Quando reperta est? Statim post litteras communes (commune) ut iam qui didicerint (ded-) litteras, per eam (ea) recte loquendi rationem (-e) scirent (*cf. Isidori orig. I 5, 1*). Vnde nomen accepit grammatica (gramma)? A litteris, quoniam has Graeci gramata dicunt (*cf. Keil l. l. 13, 30*). Ars autem unde uocatur? Quia artis praeceptis regulisque consistit. Disciplina (-e) autem unde dicitur? A dicendo, quia nemo nostrum scit (sit) nisi qui discit. Inter artem et disciplinam (-a) quid distat? Ars enim est in his, quae se et aliter habere (aberi) possunt, disciplina uero (ue) de his agit (aget), quae aliter euenire non pos-



Digitized by Google

sunt. Discerne adhuc melius. Nam quando ueris disputationibus aliquid disseritur, disciplina erit. Quid inter artem? Quando uero uerisimile (-li) ac opinabile aliquid tractatur, nomen artis habebit. Artium genera quot sunt? Tria (trea). Quae? Animi tantum, corporis tantum, animi simul et corporis. Quid est animi tantum? Poetica musica arithmetica (aret-) astronomica gramatica rhetorica (reth-) iuris scientia philosophia. Quid est corporis tantum? Iaculatio saltus (solatus) oneris gestamen uelocitas. Quae animi (-e) et corporis? Ruris cultus palestra medicina (*cf. Maximi Victorini p. 1937 P.*) Gramatici officia quot sunt? Quattuor. Quae? Lectio enarratio emendatio iudicium etc. *cf. Victorin. l. l. et Clem. Scot. p. 13, 32 seq. apud Keilium:* 34 accentus ad sensuum necessitatem 35 unius discretionis explanatio; p. 14, 1 errorum apud poetas et ficmentorum reprehensi. — *Sequitur Victorini locus p. 1938 de lectione — de latinitate p. 1939, 3, ita scriptus*: Partes lectionis (es) quot sunt? Quattuor. Quae? Accentus discretio etc. p. 1938, 10 pronuntiandi 11 perplana 12 Pronuntiatio quid est? Secundum personas (-a) accommodata distinctione similitudo. Quomodo hoc fit? Cum aut senis temperamentum 17 ostendamus mores habitusque exprimimus 20 iniocundiorem dicendi rationem artificalis flexus et in delectabilem (indil-) formam auditus conuersus asperitatis uitandae gratia (gratię). Diffinitio quid est? Oratio de qua queritur aperte discribet et determinat. Da exemplum. Homo est animal rationale mortale (-ele) risus capax. Latinitas quid est? Obseruatio incorrupta loquendi secundum Romanam linguam. Quot modis (quomodo dis) constat? Tribus. Quibus? Ratione auctoritate (autt-) consuetudine. Quae fit (sit) ratione? Quae secundum artium tractores profertur. Quae auctoritate? Quae ueterum lectione probatur. Quae consuetudine? Quae in his uerbis, quae e (ae) medio loquendi usu placita adsumpta sunt, uersatur.

*Quem quidem locum ideo totum descripsi, quia non ex Maximo Victorino ipso artis auctor haec petiisse uidetur, sed ex tali uel simili eius libri forma, qua praeditus* A u d a c i s  S c a u r i  P a l l a d i i *nominibus inscriptus* (INCIPIT AVDACIS DE SCAVRI ET PALLADII LIBRIS EXCERPTA PER INTERROGATIONEM ET RESPONSIONEM SCRIPT̃ DE NOMINE ARTIS : INTERPRETATIO Ars quid est etc.) *in codice Bernensi 336 saec. IX uel adeo VIII legitur f. 9ᵇ et 10ᵃ: neque enim solummodo eadem in utroque libro apparet ratio interrogatiua, sed plerumque omnino inter sese consentiunt, quamquam non desunt, quibus a se discrepent. Nam haec leguntur in libro Bernensi 336:*

INT̃. Partes declinationum quod sunt? Quattuor idest accentus discretio pronuntiatio modulatio. INT̃. Accentus quid est? Vniuscuiusque syllabae pronuntiandi qualitas. INT̃. Discretio quid est? R̃. Confusarum significationum perplana significatio. INT̃. Pronuntiatio quid est? R̃. Scriptorum secundum personas acommodata distinctione similitudo ut puta cum aut senis temperamentum aut || f. 10ᵃ || iuuenis proteruitas aut femine infirmitas aut qualitas cuiusque cuiusque (*sic*) persona distinguenda est et mores cuiusque habitus exprimendi. INT̃. Modolatio quid est? R̃. Continuati sermones iniocundiorem dicendi rationem artificialis flexus indelectabilem auditus formam conuersus asperitatis uitam de gratiae. DE LATINITATE. INT̃. Latinitas. R̃. Obseruatio incorrupta eloquendi secundum romanum linguam. INT̃. Quot modis constat latinitas? R̃. Tribus. INT̃. Quibus? R̃. Ratione auctoritate consuetudine. INT̃. Ratione quatenus? R̃. Secundum artium traditores. INT̃. Quid auctoritate?

Digitized by Google

R̃. Veterum scilicet actionum. INT̃. Quid consuetudine? R̃. Eorum q; in medio loquendi usu placita adsumptaque sunt.

*Et f. 10[b] post tractatum de uoce:*

DE DIFFINIT̃. INT̃. Diffinitio quid est? R̃. Oratio quae id de quo queritur aperte disscripbit et determinat ut pnta ueluti si quaeras a me quid sit homo. respondebo animal mortale rationale risu capax.*)

*Iam percurramus cetera.*

|| f. 35[b] || Sententia quid est? Dictio generalis ad uitae emendationem (aemed-) in commune pertinens (-es). Da exemplum. 'Ne quid nimis.' Hactenus pauca quae gramaticae uicina erant (erat), tetigimus. Nunc de oratione eiusque partibus aliqua tractemus. Oratio quid est? Sermo contextus ad clausulam tendens. Vnde dicitur? Oratio dicta est quasi oris ratio (qui si oratio). Clausula quid est? Conpositio uerborum sono plausibili structura (plausibilis ex tructura) et exitu (et *om.*) terminata.

. . .

|| f. 37[a] || Quae sunt numeri? Quae singularitatem uel finitam pluralitatem (pluralitate te) demonstrant. Solida exemplis. Vnus decem centum mille. Quae sunt ordinis? Quae seriem (serię) consistentium rerum dispositionemque declarant. Robora exemplis. Primus decimus centesimus millesimus. Inter nomina numeri et ordinis quid differt (quia defert)? Quia in numero est (et) coaceruatio multorum in unum, ordinis uero proprium est eligere unum ex plurimis. Quomodo sit hoc, ostende. Nam quando dico centum, omnes pariter conprehendo, quando uero dico centesimus, unum tantum de tanta societate nominaui.

. . .

Quomodo praecepit D o n a t u s, ne ea nomina conponamus, quae conposita sunt, cum alibi dicat conponi posse ex compluribus (*cf. p. 377, 13. S*)? Quoniam ad sensum respicere debemus, et si prima conpositio significationem non mutauit, iterum conponi potest; si uero eam (com)mutauit, non potest. Dic apertius. Pugnabilis et expugnabilis eadem significatio et ideo componi potest, ut inexpugnabilis. Indoctus uero, quia mutauit sensum, componi ulterius nequid.

|| f. 40[a] || Quoniam D o n a t u s regulas declinationum ab ablatiuo diffuse conposuit, nos a genetiuo conpendio declinationum earumdem ordinem persequemur.

. . .

|| f. 41[a] || Tertiae declinationis quae est agnitio? Cuius nominatiuus singularis VIII litteris finalibus terminatur (-antur). Quibus? A e l n r s x t et

---

*) A u d a c i s excerpta a Keilio Herm. I p. 332 prolata in cod. Bern. paulo aliter scripta sunt; nam quo loco de 'super' praepositione agitur, haec est eius uarietas: plenius secundus — significationem (*sic*) ut puta supra seua — idest supra item socii exanimem super arma *in marg. suppl.* — haectore *bis* — scelera — sedunt; *et in Liuii loco*: Item sunt — structure — transfigurate — eptoɴ desistere: quiuit *manu recentissima* (*Danielis uel Bongarsii*) *correctum est.* Denique fragmentum illud, quod a Maio editum est primo loco auct. Vat. VI p. 589 e glossario Vaticano, in Bernensi glossarum libro nr. 16 saec. IX duobus locis scriptum est, sub litteris A et E ita: f. 14[a] col. II: AUDACES Aelementum est uniuscuiusque rei initium a quo sumitur incrementum est in quo resoluitur; f. 137[a] col. II: uid|||acis Elementum est uniuscuiusque rei inicium a quo sumitur incrementum |||| et in quo resoluitur = f. 9[a] cod. Bern. 336. Eadem Scauri nomine adscripto habet Diomedes p. 421, 16—19 K. Particula operis anal. Vindob. p. 202 edita cum P a l a e m o n i s nomen prae se ferat (Incipit liber palemonis de arte: Ars quid est? unius cuiusque rei scientia — Quid *ματαιοτεχνία*? quae difficiles quidem res non tamen usui necessarias facit ut puta funambuli = Max. Victorini p. 1937 P.), non dubito, quin idem ille sit ac P a l l a d i u s in cod. Bern. 336 inscriptione nominatus, cf. H. Keilii adnot. Gramm. Lat. V p. 527 et quae infra p. XXXIX adnotauimus.

quidam c. Da horum exempla. Poema sedile (-ille) Cato sol Titan pater ignis rex caput lac allec. Quot terminales syllabae huius declinationis sunt? Quam breuissime conprehendere possumus: quae in uocales et simplices consonantes desinunt, fere XXVIII. Dispone eas (disponeas) in ordinem, quo facilius ad earum notitiam ueniamus (-ciam inueniamus). A al an ar as ax, e el en (ae eb en) er es ex, il in is ix, o ol on or ox, ul ur us uis (yis) ut ux. Harum terminationum exempla nos doce. Crisma sal Titan Caesar pietas pax mare mel carmen mater teres rex nigil delfin canis Erix Maro sol Orion doctor flos ferox consul fur Venus sanguis caput dux.

. . .

|| f. 46[b] || Hactenus de personis, nunc de extremis syllabis uerborum. Dum constat omnia uerba, quae secundum analogiam declinantur, in o uel in or desinere, quot uocales uel consonantes quoque? XIII (XII) b c d g h l m n p r s t x. Da horum (hor) exempla. Sedeo lanio (lamo) ruo bibo uoco uado ligo traho impello amo cano sculpo curro lasso peto texo. His accedunt (accid-) i et u pro consonantibus, ut audio uoluo (audiuo). Quid nobis praestat has terminationes (-e) cognoscere? Quia quidam artium scriptores*) sicut nominum (pronominum) declinationes per terminationes (terminationes declinationes, *om.* per) cognoscere uoluerunt, ita uerborum coniugationes per has extremitates ambiguitate seclusa tradiderunt, quod opus, quia prolixum exstiterat (exsterat), nos in aliut tempus exponendum reseruauimus.

. . .

|| f. 49[b] || Heus et heu quae partes sunt orationis? Multi (muti) putauerunt, quod essent (quod dessen) interiectiones. Cur hoc putauerunt? Quoniam huiusmodi uoces non statim sequitur uerbum. Quid ergo erunt? Dubiae scilicet aput Latinos inter utrasque partes, non aput Graecos, *quia apud Graecos* (*om.*) interiectiones inter aduerbia non numerantur. Quomodo intellegitur illud Donati in prima editione (aed-): de intus autem et de foris non dicitur, quomodo ad foras et in foras (*cf. p. 363, 10 K.*)? Quoniam praepositiones aduerbiis (-bis) separatim praeponere non debere cognouerat, ideo sicut ad foras et in foras iure non dicitur, sic ne de intus aut de foris secundum legem dici potest.

. . .

|| f. 51[a] || Nunc aliquid de coniunctione. Coniunctio quid est? Pars orationis adnectens ordinansque sententiam. Coniunctio unde dicitur? Eo quod sensus sententias coniungat. Quid haec per se ualet? Nihil, sed in conparatione sermonum quasi quoddam exhibet glutinum. Quas partes sociat? Nomina scilicet et uerba. Quomodo nomina? Augustinus et Hieronimus, sapiens et pulcher. Quomodo iungit uerba? Scripsit et legit, docet aut discit.

. . .

|| f. 52[b] || Nunc quid sit interiectio. Interiectio quid est? Pars orationis interiecta aliis partibus ad exprimendos animi affectus (alf-). Definiturne aliter haec pars (pras) orationis? Definitur utique a Donato in prima editione aliis quidem uerbis, sed fere (ferre) eodem sensu (-um, *cf. p. 366, 13*).

. . .

|| f. 53[a] || Numquid licet nobis alias partes orationis pro interiectionibus ponere? Licet quidem et singulas et plures, ut nefas, pro nefas, pro Iupiter, pro dolor, ut Sedulius:

---

*) Eutychis de discernendis coniugationibus opus spectasse uidetur.

Digitized by Google

Pro dolor aeterni fuerant duo crescere postquam
Coepit, origo perit clademque a semine sumpsit

(*cf. huius libri p. 266, 5*) et apud Vergilium:

pro Iupiter ibit

(pro ipiter, *Verg. Aen. IIII 590*).

---

*Sequitur f. 53ᵃ interposita una de uoce sententia:* Omnis uox aut articulata est et litterata ut arma uirumque cano — aut inarticulata et inlitterata ut crepitus mugitus et similia *Alcuini ars grammatica*: D audiuimus te doctissime magister — *f. 78ᵇ* incondita uoce proferuntur. expt. *Titulus ipse f. 55ᵇ manu eadem qua cetera ad uerba: 'Fuerunt in scola Albini magistri' margini adscriptus est*: EXPOSITIO DVORVM DISCIPVLORVM ALBINI. IN DONATI ARTE FELICITER. *Cui opusculo subiectum est f. 78ᵇ breuis de 'circumcirca' locutione expositio, quam una cum aliquot Alcuini emendationibus infra proponemus praef. partis III cap. 12.*

*Succedit denique f. 78ᵇ — 117ᵃ nullo addito titulo ars ànonyma, quae huius libri tertio loco p. 62—142 edita est, de nomine et pronomine ex multis auctoribus collecta.*

*Postremo denique loco habetur f. 117ᵃ — f. 128ᵇ nullo addito titulo ars Iuliani Toletani in fine mutila in haec uerba desinens*: Quia imperatiuo modo in e mutatur et facit feruescere. inde agnusco quia tercia correpta est et infinitiuo mo ante pe, *cf. Keilii praef. ad excerpta Iuliani p. 316; p. 86 ed. Rom.*

*De hoc codice cogitasse uidetur Putschius, dum praefationis pagina ultima inter ea, quae apud Clementem Scotum legerentur, nihil se repperisse ait ad Charisium emendandum noui. Quod longe secus se habere iamdudum intellectum est.*

*Ex hoc libro manauerunt, quae praef. partis tertiae cap. 3 de Charisii excerptis et cap. 5 de Pompeii codicibus disputantes colligemus, item quae huius libri p. 189—201 Vergilii grammatici fragmenta proposuimus nec non, quae de Isidoro grammatico et de Consentii aliorumque quibusdam locis infra praef. partis III cap. 11, 5, 2, 6, 10 disputabimus.*

---

## 3) Codd. Bernn. 522 et 432.

*Cod. Bern. 522 saec. IX—X forma oblonga minuta LXXXXIX folia continet eadem manu scripta, sed desunt aliquot quaterniones in fine; nam f. 91ᵇ signum quoddam asterisco simile adpictum est cum uerbis: 'hoc signum require prope finem libri'. Sed requirentibus nulla se offert illius opusculi continuatio neque ullo loco illud signum repetitum est.*

Digitized by Google

*Fuit hic liber olim Sancti Remigii, id quod subscriptio saepissime repetita testatur:* Liber scī remigii studio fratris adalaldi; *cuius fratris Adalaldi, qui codicem scripsit, f. 13ª quoque in imo margine mentio fit ita:* optineat sanctus dei remigius ut ad uitam aeternam perducat adeloldum pius dominus.

*Bongarsius uero se librum a I. Russatio accepisse ostendit his f. 1ª:* Bongarsius accepit a I. Russatio praeside Caluimontano propraefecto lingonensi.

*f. 1ª scriptura uacat; f. 1ᵇ—67ᵇ legitur* ars Petri grammatici, *cuius excerpta huius libri p. 159 seq. dedimus. Auctoris nomen f. 68ᵇ reperitur in carmine quodam ad illam artem pertinente, cuius initium est: 'Hoc opus exiguo quod cernis tramite lector', cf. p. 159. Cuius carminis qui primo loco positi sunt uersus octo, ad calcem operis recte reicias; qui uero secuntur inde a uersu nono: 'Hic sunt' etc., in libri initio olim collocati fuisse uidentur, quod ex argumenti ratione facile colligitur. Itaque uersus illos primo excerptorum loco exhibui p. 159. Ars ipsa, quae in cod. Bern. quoque 207 f. 168ª seq. extat, in hoc libro aliquanto aucta est additis f. 1—3 aliquot de littera tractatibus: f. 1ᵇ* DE SIMILITUDINE PRIMAE LITTERE AETATI HOMINIS HOC Ē IN·FAN·TIAE; *f. 2ª* DE TRIBUS MATERIIS QUIBUS CONSTAT LIT̄ SICUT ET HOMO TRIBUS SUBSTANTIIS CONSISTIT; *f. 2ᵇ* DE QUATTUOR CAUSIS QUAE EFFICIUNT UOCEM ARTICULATAM; *infra ibid.:* INCP̄ TRACTATUS MULTOR GRĀMATICORUM DE LITTERIS QUOR AUCTORŪ NOĀ EXĒPLA PFERIMUS. *Qui tractatus ita se habet:*

Primum nobis interrogandum est quando uel quo tempore littere inuente fuerunt, utrum fuerant ante diluuium an non. Sine dubio fuerunt ante diluuium. Nam legitur in aepistola Iacobi: Enoch ante diluuium nonnulla scribsisse fertur. Quid igitur? Custodiuit illa scripta et illas litteras in diluuio? Ne perirent in duabus columnis scribtę fuerant. Inde Iosephus narrat dicens: Iubal filius Lamech ne dilaberentur ab hominibus quae ab eo inuente uidebantur aut (ā) antequam ad notitiam uenirent, depe|| fol. 3ª ||rirent, cum praedixisset (-erit) Adam exterminationem rerum omnium, unam ignis uirtute, alteram uero aquarum, aquarum nimiam (-ia) multitudinem (-ine) esse dixit uenturam. Ipse et socius suus duas columnas fecerunt et ambas conscripserunt; sed tamen ille littere quo numero uel nomine uel qua figura fuer̄ scripta, in scriptura minime memoratur. Item scire nos conuenit, in qua lingua littere primitus fuerint inuente. Item in Hebraica lingua scilicet, quia Hebraica lingua mater est omnium linguarum et litterarum. Inde Isidorus dicit (*orig. I 3, 4*): Littere Latine et Grece ab Hebreis uidentur exorte. Apud (*m. 1* aput) illos enim primum dictum est aleph, deinde ex simili enuntiatione apud (*m. 1* aput) Grecos alpha. Inde aput Latinos a. Translator (-tur) enim alterius linguae ex simili sono litteram condidit, ut nosse possimus (possumus) linguam Hebraicam omnium linguarum et litterarum esse matrem.

*Tum sequitur:* DE IIII SPECIEBVS Ħ Ē QVATTVOR DIFFERENTIIS VOCIS SECVNDV̄ PRISCIANV̄ || f. 3ᵇ ||. Sunt autem IIII differentiae idest IIII species uocis de quibus priscianus dicit etc. = *Prisc. I p. 5, 5—15.*

Digitized by Google

*Sequitur post Petrum* **Donati ars maior et barbarismus** *p. 367 —402 K. f. 69ᵃ — f. 88ᵇ.*

*Deinde f. 89ᵃ — f. 91ᵇ anonymi commentum in Donati artem secundam a fine mutilatum, quod totum infra proponi aequum censui ob nouum quoddam dicendi genus in illo conspicuum.*) Manu recentiori saec. fere XIIII superscriptum est:* In nomine sancte trinitatis incipit liber sancti Stephani.

R. s. s.

In nomine sanctae trinitatis aggressus (AGGEUS) quidam iuxta traditionem (-num) magistrorum de multis pauca commemorare. Nam sicut abscondere aliquod bonum periculosum esse non dubito, ita mihi hoc in loco praesumtionem (praesumtiuo) iuxta aliorum autumationem esse tremisco (temisco). Tamen pauca, quae (qua) ualemus ad adolescentem (-um) † paruum (*an* peritum?) faciendum † in nominĩ (*an* intimare?), in editione secunda auxiliante Christo aggrediamur.

Primitus sciendum est, quia omnis auctoritas scripturarum in tribus consistit temporibus, idest praeteriti (pōti) praesentis (pt̃i) et futuri, uel in tribus modis commendatur, idest locus (locũ) tempus et persona. Nec non in tribus personis terminatur, idest qui dicit, a quo dicitur, de quo dicit, siue tribus locutionibus constringitur, idest aut de praesenti saeculo aut de deo et potentia........ (*nulla in codice lacuna conspicitur*) aut de futuro et eius gloria uel poena loquimur. Nam et auctoritas scripturarum in tribus modis dinoscitur (de-): aut ex titulis et prooemiis (ex praemiis), ut propheticos libros et apostoli epistolas ‖ f. 89ᵇ ‖, aut ex titulis tantum, ut euangelistas, uel ars ista Donati grammatici, aut ex traditione ueterum, ut Moysis traditur scripsisse V primos libros historiae. Et similiter species dictionum quattuor modis dinoscitur (de-), idest historica, prophetica, prouerbialis, simpliciter docens, quae moralis dicitur.

Haec uero editio secunda Donati grammatici iuxta historicam (-iᶜã) doctrinam primitus intellegenda est, deinde in moribus consideranda, postea uero in altioribus rebus eleuanda est. Istae partes orationis, quasi duae inter se personae conloquantur, sic discurrunt et uerba gratia, cum dicitur 'partes orationis quot sunt?' quasi homo interroget, et cum dicitur 'octo', quasi ratio respondet.

Omnis oratio soluitur in uerba, uerba soluuntur in syllabis, syllabae soluuntur in litteris. Grammatica uero in his quattuor rebus constat. Nam in sacra scriptura super his quattuor rebus additur adhuc spiritalis intellegentia. Apud ‖ f. 90ᵃ ‖ grammaticos, sicut diximus, oratio de oris ratione tria tempora tenet, praeteritum praesens et futurum. Similiter et oratio de deo tribus modis constat, dum de adeptis gratias agimus, aut dum petimus, quae cupimus, aut dum pro aliis rogamus.

Sex sunt, quae adiectis uel (ũ) appellatiuis nominibus accidunt, idest qualitas comparatio genus numerus figura casus. Nam propria uel fixa nomina non conparantur. Qualitas tribus rebus constat, idest ab animo a corpore a fortuna. Ab animo, ut bonus malus; a corpore, ut pulcher turpis, a fortuna, ut pauper diues. Quantitas enim sex modis principaliter dicitur, ut longum breuem latum angustum paruum aut multum. Comparatio per tres gradus discurrit, idest positiuus, quia primo positus est, dicitur, ut doctus, conpara-

*) Idem opusculum in Neapolitano quoque codice IV A 34 saec. XI—XII extat praescripto titulo: 'in nomine Sanctae Trinitatis: Incipit Ars Palaemonis. Aggressus quidem iuxta traditionem' etc. habetque in fine subscriptum: 'finit ars Palaemonis' docente H. Keilio Gramm. Lat. V, p. 527 adnot.

Digitized by Google

tiuus, quia ab eo conparatur, ut doctior et semper communis generis est, superlatiuus dicitur quasi 'supra portatiuus': latus enim portatus, delatus deportatus (*cod.*: lat enim portat delat deportat), delator deportator dicitur et seruit genetiuo casui plurali, ut 'doctissimus prophetarum': 'doctissimus' superlatiuus || f. 90[b] || gradus est, 'prophetarum' est genetiuus pluralis.

Genus. Inter genus et gentem et generationem hoc interest: genus dicitur omne genus humanum ab Adam, gens una quaque (gens in unaquaque) gens dicitur, ut Gotus Hispanus, generatio uero dicitur, quae per parentes descendit (discendet) in filios. Genera nominum principaliter sunt IIII, masculinum, ut sanctus, femininum, ut ecclesia, neutrum, ut templum, commune, ut sacerdos. Addunt autem adhuc et duo genera, idest trium generum et epicoenon (epicinon). Trium generum, ut hic et haec et hoc elegans (eligans). Epicoenon (epicinon) enim, idest promiscuum genus, IIII modis dinoscitur (den-), primum in sono atque intellectu, ut gallus gallina, secundum in sono et intellectu, sed non in uisu, ut Gaius Gala, tertium in uisu et intellectu, sed non in sono, ut anas passer, quartum (quarto) nec in uisu nec in sono, ut aquila cygnus (cignus), quia non potest dicere aquilus aut cygna (cigna).

Numerus dicitur adunatio. Numeri nominum principaliter sunt duo, singularis, ut hic sanctus, pluralis ut hi (hii) sancti. Nam et quidam uult dicere tertio modo semper pluralem esse numerum uel communem (-ne), ut est dies nubes saepes (sepes). Est quidam numerus semper singularis, ut aurum oleum, quidam semper pluralis (-li), ut Puteoli (*m. I* potioli) Saturnalia. Est, qui habet formam singularem, sed intellectum pluralem (intellectu pl), ut populus || f. 91[a] || exercitus. Est et, qui intellectu singulari et sono plurali, ut Idus Nonae.*)

Figurae nominum sunt duae, simplex et conposita. Simplex est, ut doctus, composita, ut indoctus. Nam omnia principaliter quattuor modis conponuntur, ex duobus integris, ex duobus corruptis, ex integro et corrupto, ex corrupto et integro.

Casus nominum sunt sex. Casus a cadendo dicitur. Casus isti non de casu sunt dicendi, sed de euentu, quia euenit illis quasi per quosdam (quibusdam) casuales gradus declinatio, ut nominatiuus de nominando, *ut hic iustus* (*om.*) genetiuus de generando, ut huius iusti, datiuus de dando, ut huic iusto, accusatiuus de accusando, ut hunc iustum, uocatiuus de uocando, ut o iuste, ablatiuus de auferendo (ablendo) ut ab hoc iusto. Similiter et pluralis numerus.

Omnia nomina aut sunt animalis, ut homo pecus, aut sunt inanimalis, ut arbor lapis, aut sunt incorporalis, ut pietas iustitia, aut sunt localis et ante oculos humanos. Incorporales (-is, *corr. m. I*), ut anima et angelus.

Qualitas nominum bifarium tenet semper numerum (-rus). Aut propria sunt nomina, ut Iordanis Sion, aut appellatiua, ut fluuius mons. Illa nomina sunt propria et fixa, quae de persona in aliam flecti non possunt, ut est Helias Salomon (salamon). Illa sunt appellatiua, quae de una in aliam flecti possunt, ut est rex propheta, quia dicitur rex malus || f. 91[b] || et rex bonus, propheta Elias et propheta Isaias.

Illa nomina conparantur, quae quantitatem et qualitatem significant et paene sunt semper adiecta, ut iustus fortis sanctus.

Species nominum propriorum quattuor modis dicuntur: praenomen nomen cognomen agnomen. Praenomen est (ut est), quod nomini praeponitur, et uenit ad dignitatem personae, ut est G. Caesar Gaius Caesar (g gaius caesar).

*) Haec mire consentiunt cum iis, quae apud Asprum quem dicunt iuniorem leguntur p. 550, 4—8 K (Gramm. Lat. vol. V).

Digitized by Google

Nomen est uocabulum uniuscuiusque rei. Cognomen est quasi naturale (-li) de carnali cognitione, ut Chananeus de Chanaan et Albanus de Alba (albua). Nam quidam sic dicit, ut sit cognomen a cognomento, ut est Symon Petrus.

Declinationes nominum sunt quinque. Has in genetiuo casu sic requiritur. Prima est, quae in genetiuo casu singulari ae diphthongo (diptongon) terminatur...... Secunda est, quae genetiuo casu singulari i littera terminatur...... Tertia est, quae genetiuum casum singularem (genetiuo casu singulari) in is mittit, ut hic fortis huius fortis. Quarta est, quae genetiuum casum singularem in us mittit, ut hic fluctus huius fluctus. Quinta est, quae genetiuum singularem (genetiuo singulari) in ei mittit, ut dies diei. Marcus Porcius Cato (Martius portius cato) Romani generis disertissimus dicit, radices litterarum amaras esse, fructus autem dulces.

*Hucusque hic tractatus extenditur. De extremo loco conferas Alcuini artem grammaticam p. 2079, 6 P.:* 'Nonne uetus prouerbium, radices literarum esse amaras, fructus autem dulces?' *).

*Sequitur f. 92ᵃ orthographia ex duabus particulis conposita, quarum altera Isidori originum lib. I capite XXVI continetur, altera ante Thurotum inedita fuit, cf. huius libri p. 291 seq.:* Incipit orthographia. Orthographia grece latine recta scriptura interpretatur — *f. 96ᵃ* zabolus zenon et cetera sibi similia nomina per z scribimus. est enim z greca littera duplex quia breuis est.

*Denique f. 96ᵃ — 99ᵇ extat commentum anonymi in Donati artem maiorem a calce mutilum:*

EXPOSITIO DE ARTE MAIORE. Quae sunt, quae omnem ueritatem scripturae commendant? Tria, locus tempus persona. Donati requiretur locus tempus et persona. Locus scribendi Roma et dicitur 'urbis Romae'. Persona 'Donati grammatici'. Tempus Liberii episcopi, qui fuit XXXVI post sanctum Petrum (post scō petrum). I littera quomodo dicitur in Hebraeo (ebreo) in Graeco in Latino? In Hebraeo iot, in Graeco iota, in Latino i. In tertia conexione (-em) quid aput Hebraeos ab Hieronimo ponitur? ..... Iota apud Graecos x significat, ioht in Hebraeo principium interpretatur, quia omnes litterae Hebraicae conpotum non habent, sed interpretationem. Omnes uero litterae Graecae et Latinae interpretationem non habent, nisi conpotum. 'In' per se quae pars orationis est et quomodo in Hebraeo in Graeco et in Latino? Ba in Hebraeo, ut dicitur 'basuban', idest in tempestate; ἐν in Graeco, ut dicitur ἐν βουλῇ ἀσεβῶν (en bulea sibon), idest in consilio impiorum. 'In' quae pars orationis est? Praepositio in supradictis tribus linguis. 'In' cui casui seruit apud Latinos? Hoc est utriusque casus praepositio, idest accusatiui et ablatiui, ut dicitur:

Itur in antiquam siluam

(in aquam, *Verg. Aen. VI 179*) accusatiuus casus; ablatiuus uero: 'benedictus qui uenit in nomine domini' (*cf. Asperi ars p. 59, 32*).

*Tum de 'incipiunt' forma quaeritur, de 'feliciter', de 'partibus', de 'arte', de 'grammatici', de 'urbis' etc. uocabulis.*

---

*) Idem Catonis dictum ad chrias explicandas adhibuit Diomedes p. 310, 2 seq.: 'Marcus Porcius Cato dixit litterarum radices amaras esse, fructus iocundiores', cf. Fabricii bibl. Lat. med. et inf. aet. Hamb. 1736 uol. V p. 50 nr. 40: 'Doctrina est fructus dulcis radicis amare' et A. Maii auct. Vat. V p. 462, 2.

Digitized by Google

‖ f. 98ᵃ ‖ De quo Roma accepit nomen? De Romulo et Remo (remulo) duobus fratribus, qui Romam (roma) aedificauerunt, et antea Alba (albua) dicebatur et populus (-os) eius Albani dicebantur, sicut Romani de Roma. 'Roma' cuius linguae (-ua) dicitur? Graecae et 'uirtus' interpretatur, Romani uero sublimes sine tonantes (sublimi si ueto nantes) ...... 'Incipiunt feliciter' et reliqua. Interrogandum est, quid est hoc, si prologus uel capitulum aut argumentum siue praefatio aut salutatio uel titulus siue pronuntiatio uel testimonium siue sumptio uel consumptio. Sermonis hoc proprium est inscriptio, sicut legimus 'est ars' sine inscriptio auctorum † non mentitus.*)

. . .

‖ f. 98ᵇ ‖ 'Partes orationis', idest totius Latinitatis, quia Latina lingua et uerbum et sermo et loquella dicitur, sicut sanctus Hieronimus dixit: Ex uerbo Graeco in uerbum Latinum, ex sermone Graeco in sermonem Latinum, et ut dicitur: 'barbarismus est in nostra loquella' (loquela). Vel 'partes orationis' idoneum testimonium (idoneus testimonii) in quo continentur ‖ f. 99ᵃ ‖ omnes partes orationis, ut: 'Fescennius (-enius) ille dixit hilariter (hel-) loquens si ad nos euax'.

Quot sunt, quae hic grammaticus interrogat? Idest se ipsum interrogat secundum Augustini sermonem: Ego et ratio quasi duo essemus, ego interrogo, ratio mihi respondet (-it, *cf. Aug. Retract. I cap. 4:* 'me interrogans mihique respondens tamquam duo essemus, ratio et ego, cum solus essem'). Qualis tropus (trophus) inuenitur in his octo partibus orationis? Hoc est dialyton (dyaliton) uel asyntheton, idest dictio carens coniunctionibus, ut:

Ite ferte cite flammas, date uela, inpellite remos.

(ite citi flammas ferte date tela inpellite remos, *Verg. Aen. IIII 593*). † Neutrali mihi unam partem indicatini, nam feminalem totam trinam continentem Latinam. 'De' quae pars orationis est? Praepositio est. Quot huic praepositioni *accidunt* (*om.*). Componitur (com *om.*), ut deduco (di-), et separatur (-us), quando casibus seruit, sicut supradiximus 'de domo' uel 'de domibus'. Quomodo dicitur in tribus linguis? Ma in Hebraeo dicitur: 'madian' de iudicio; ἀπό in Graeco, ut dicitur apocalypsis, hoc est reuelatio (releuatio).

'De nomine'. Sem in Hebraeo, idest nomen, uel nominatur ὄνομα in Graeco, ut dicitur ἐν ὀνόματι Κυρίου (eno nomaᵗⁱ chyri), idest (id) in nomine domini. 'Nomen est pars orationis cum casu.' Quare non dixit ‖ f. 99ᵇ ‖ 'cum qualitate' aut 'genere' uel 'numero' seu 'figura'? Propterea, quia haec omnia uerbum habet (-ent). Quare non dixit 'cum conparatione', quod uerbum non habet? Propterea, quia non omnia nomina conparantur. 'Corpus aut rem' et reliqua. Quid interest inter corpus et rem? Omne corpus potest res esse, ut dicitur caelum terra (-am) mare; quae uidentur aut audiuntur (-antur) aut tanguntur aut gustantur, corporalia sunt, sed non omnis (-es) res corpus est,

---

*) *Cf. cod. Einsidl. 172 saec. X pagina ultima:* Hoc quod in capite librorum scribitur, diuersis nominibus a doctoribus appellatur. Dicitur enim capitulus, dicitur titulus, dicitur elencus, dicitur prologus, dicitur prefacio, dicitur argumentum, dicitur prooemium (proemium) dicitur clauis. Capitulus dicitur eo quod in capite ponitur. Titulus a Titane ·i· a sole, quia sicut sol oriens sua presentia mundum inluminat, ita et titulus sequentia librorum manifestat; nam si titulum abstuleris, quodam modo mutus est liber. Inde quidam in epistola sua ad familiarem suum dixit: Titulum frontis erade hunc, muta fit pagina. Helencus etiam dicitur a greco quod est elios ·i· sol ...... *Celera iam legi nequeunt. Quibuscum mire consentiunt, quae ex Remigii commentario in Donati artem minorem publici iuris fecit H. Keilius progr. Erlang. 1868 p. 24.*

Digitized by Google

illa utique, quae nec auditur (-us) nec tangitur (-us), sicut dicitur iustitia pietas et reliqua. Proprie (-ae) ad corpus pertinet, quia omne corpus, quod potest res esse, et proprium et appellatiuum habet, ut dicitur Roma ciuitas: communiter ad rem coniungis, scilicet spiritalem, quae corpus esse non potest, ut dicitur iustitia pietas [iustitia] dignitas, quia illa semper communia, idest appellatiua dicuntur, quia omnia spiritalia nomina his (hi) similia numquam proprium, sed semper appellatiuum habent.

*His uerbis codex ad finem perductus est, cuius si uilia quibusdam neque multi pretii publici iuris fecisse uidear, id et assentior facile et hoc eos spero ingenue confessuros, haec quoque ad medii aeui doctrinam umbratilem penitus cognoscendam non prorsus fuisse neglegenda. Equidem hunc artigraphum primum repperi trium linguarum uarietates atque proprietates inter se comparantem.*

*Sed his appendicis loco ob quandam argumenti similitudinem libet adiungere, quae in extrema codicis Bernensis 432 pagina saec. IX—X de Donati arte scripta sunt quasi introductoria. Sunt autem haec:*

Sciendum est primo, quia auctoritas scripturarum uel artium plerumque tribus commendatur modis, idest confirmatur persona, loco et tempore, sicut scriptum est in euangelio: 'Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudeae (iudae) in diebus Herodis regis.' Dicendo enim: 'cum natus esset Iesus', personam ostendit; addendo: 'in Bethleem Iudeae (iudae)' locum demonstrat et subiungendo: 'in diebus Herodis' tempus declarat. Persona autem huius artis Donati, locus Roma est, tempore, ut fertur, Constantis Imperatoris filii Constantini: scripsit hanc artem iussu Iulii papae.

*Eius codicis argumentum accurate, ut solet, descripsit H. Keilius praef. ad Consentium p. 329. 330. Sed in ultimae paginae margine inferiori, quae de monasterio Miciacensi scripta sunt, ita se habent:* Hic est liber sancti maximini miciacemsi monas|terii quam si quis de istoc loco | Vespillo sep... *Ceterum haec uerba omnia in rasura scripta sunt alia, qua cetera, manu. Codicem Petri Danielis fuisse, priusquam in Bongarsii potestatem ueniret, cum suspicari consentaneum sit, tum confirmatur eo, quod Danielis manu et titulus uniuersi libri in peculiari schedula scriptus est et multae singulis paginis notae adiectae. Neque uero statim post Petri Danielis mortem Bongarsius hunc codicem suum fecit, sed prior habuit Paulus Petauius, quem anno 1603 una cum Bongarsio Petri Danielis libros emisse auctor est Baylius s. u. Bongars, cuius nomen quamquam in codice nusquam aperte scriptum est, tamen litteris P. P. adnotationi in prima pagina margini adscriptae subiectis significari uidetur, qua uir doctus eodem modo Consentianae artis Bernensis titulum peruersum interpretatus est, quo Keilius librarii errorem subesse uidit p. 333. 334. P. Petauii autem, qui illa uocabula* QUINQ; CIUITATŨ *uncis inclusit, uerba haec sunt:* Haec uerba quinque ciuitatum ab inepto scriptore posita sunt ex notis Q. C. perperam intellectis, qui alioqui dubitabat an significarent quintum consulem aut quinque ciuitatum. itaque ne errare uideretur utrumque posuit P. P. *Bongarsii nomen et in*

Digitized by Google

*prima et in ultima pagina legitur. Huius libri quod Sergii commentario de littera etc. subiectum est de ultimis coniunctionis praepositionis interiectionis syllabis caput, infra praef. partis tertiae cap. VI edidimus.*

---

## 4) Cod. Bern. 16.

*In maximo illo glossario Bernensi 16 saec. IX scripto, cui simillimum est illud, ex quo A. Maius olim nonnulla scitu dignissima excerpsit Auct. Vatican. uol. VI p. 575—600 (cf. Wilmannsium mus. Rhen. XXIV p. 363 s., Vsenerum ibid. p. 382 s., H. Kettnerum progr. Rossleb. 1868 p. 25 seq.), pluribus locis de grammatica quoque agitur ita, ut omnes hos locos accuratius pertractare operae pretium uideatur. Nam cum locis fere plurimis mera Isidori uerba proponantur, non pauca inueniuntur Isidorianis, auctorum nominibus praetermissis, subiuncta, quae aut ad Donatum aut ad Seruium aut ad alium artigraphum referenda sunt. Ex quibus ea inprimis commemoratione digna uidentur, quae, dum Donati uerba ipsa accurate exprimunt, alia illis admixta uel inserta uel superaddita habent. Quorum quae ad figurarum poeticarum explicationem pertinent, ad unum fere omnia in quadam arte codicis Bernensis 207 inueni, quam ex iisdem, ex quibus Iuliani doctrina fluxit, fontibus manasse infra praef. III cap. 7 accuratius demonstraturus sum.*

*In excerpendo autem non eum ordinem, quo ista in codice scripta sunt, secuti sumus, sed rerum ipsarum seriem, qua in artigraphorum scriptis tractari solent, obseruari satius duximus, ut, quaecunque de grammatica praeter Isidoriana in codice Bernensi scripta sunt, sub uno omnia conspectu digesta atque secundum ordinem disposita percenseri possent.*

*De metris igitur haec scripta sunt:*

f. 20ᵃ col. 2 Alcaicum pentametrum constat penthemimere spondaica et duobus trochaeis ut est hoc:

Carmen relaxat taedia pectoris.

Alcaicum tetrametrum constat duobus dactylis et duobus trochaeis, ut est hoc:

Luna rubens zephyros minatur.

f. 42ᵃ col. 1 Asclepiadeum pentametrum habet primum spondium, secundo dactylum cum catalecto ac deinde duos dactylos sine catalecto hoc exemplo:

Inuentor rutili dux bone luminis.

Huic metro post quinque uersus clausula datur.

---

1 CICER̃ (*hoc librarii uitio false praescriptum est*) Alaicum] *cf. Seruii de centum metris p. 466, 17 K.* pentemine respondaica 2 throceis (h *supra*) tedia 4 Alaicum dactylis trocheis 6 secun^do dactylum cum catalecto [illegible]ac deinde 7 dactilos huius exemplo 8 inuenitor

f. 108 ª col. 1 Dactylica iambica et trochaica metra a pedibus sunt uocata. Dactylica metra principalia sunt, recipiunt tamen dactylum pedem et spondium locis omnibus, in fine tantum trochaeum. Dactylico metro iambus semper adiunctus est. Altero enim praelia dicuntur, altero clarorum hominum uita conscribitur ideoque sibi coniuncti sunt. Recipiunt autem metra iambica locis inparibus hos quinque pedes, idest iambum tribrachyn spondium dactylum et anapaestum, locis autem paribus tantum iambum uel tribrachyn; pyrrichium loco tantum ultimo ita tamen, ut multorum breuium iunctura uitetur. Dactylicum trimetrum constat ex dactylo trocheo et spondio siue ex dactylo trochaeo et spondio hoc exemplo:

Tu genus hoc memento.

f. 137 ª col. 2 Elegiacus pentameter heroico semper adiunctus est. Constat autem spondio loco primo et secundo dactylo locis omnibus catalecto in medio et in fine, ut est hoc:

Plus quam turba facit, qui sua corda domat.

*De accentu et posituris haec:*

f. 5 ª col. 1. Accentus est anima uerborum siue uox syllabae, quae in sermone plus sonat de celeris syllabis. Accentus autem a cantu uocatus est, quia in ipso cantu producitur modulatio uocis.

f. 87 ª col. 2. Commata sunt particulae sensuum Graece dictae, quia conexa faciunt cola. Nam praecisus sensus comma dicitur, ut aput Vergilium: 'Arma uirumque cano' comma est, 'Troiae qui primus *ab oris*' comma est, 'Italiam fato profugus' sicque usque perueniatur sententia, ut est: 'Lauiniaque uenit litora', idest: 'illum cano, qui uenit ad Lauinia litora.'

*De figuris ceterisque id genus haec:*

f. 6 ª col. 2 Acyrologia inpropria dictio, ut:

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

'Sperare' dixit pro 'timere'. Acyrologia, akyros idest sine domino, ut: Dum speramus bona, timeamus aduersa, et: 'gramineo in campo' pro 'graminoso' et 'nemorum inter frondea' pro 'frondosa'.

f. 17 ᵇ col. 1 Afaeresis est ablatio de principio dictionis contraria prosthesi, ut 'mitte me' pro 'omitte me', sicut 'uge' pro 'euge', sicut 'soluit' pro 'dissoluit'. Virgilius:

Discite iustitiam moniti et non temnere diuos

pro 'contemnere'.

---

1 dactilica. Iambilica et trocaica 2 dactilica dactilum 3 cantum throceum. Dactilico 4 p̄helia decantur 6 quinquē tribrachin dactilem et anapestum 7 tribrachin. Pirricium 8 dactilicum trimetum 9 ex dactilo thraceo ex dactilo thaceo 10 huius exemplo 12 Elegus 13 dactilo catalectum 15 t'uba 16 ESIDORI. Accentus est] *Isidori ipsius is tractatus est, qui in libro hunc excipit:* 'Accentus qui grece' etc. siue uox(ce) syllabe que 18 in ipso tantum mod(v)olatio 19 De Glos̄. Commata sunt patricule sensū grece dicte que 21 cano (i)n comma est troiie qui primus comma est 22 facto labiniaque 23 labinia 24 *Totus locus extat in arte cod. Bern. 207 Iuliano simili f. 62ª, cf. Iuliani p. 30 ed. Rom.* Acyrologia — 26 timere *Don. p. 394, 29* achirologia 25 hunc] *Verg. Aen. IV 419* 26 achirologia a giro 28 nemorum silua frondea] *Verg. Aen. I 191. De 'frondeus' et 'gramineus' formis, cf. Isidori Diff. Nr. 223 p. 754 Dubreuil.* 29 Afaeresis] *cf. Don. p. 396, 8. Extat eisdem verbis in arte cod. Bern. 207 f. 63ª, similibus apud Iulianum p. 33 ed. Rom.* protesis 31 Virgilius] *Aen. VI 615* 32 non *om.*

Digitized by Google

f. 21ᵃ col. 2 Allegoria est tropus, quo aliud significatur, quam dicitur, ut est:

Et iam tempus equum fumantia soluere colla,

hoc est carmen finire. Item Vergilius sub persona morientis Didonis ita expressit dicens:

Ter sese attollens cubitoque adnixa leuauit,

ubi ter Karthago rebellauit et uicta est. Item:

At trepida et coeptis inmanibus effera Dido
Sanguineam uoluens faciem.

Per Didonem enim ostendit furentem Karthaginem. Item:

Claudite iam riuos, pueri, sat prata biberunt.

Allegorice hoc dicit, idest iam cantare desinite: satiati enim audiendo sumus. Item:

Inter uictrices hederam tibi serpere lauros,

idest carmen meum florere inter tuos triumphos. Nam antea uictores lauro, hedera coronabantur poetae. Item:

Mantua, uae miserae nimium uicina Cremonae,
Cantantes sublime ferent ad sidera cygni.

Cygnos hic allegorice Mantuanos poetas dicit, qui quasi cygni cantantes dicunt: 'Mantua uae miserae', quia abacti sunt de paludibus, idest de agris suis; quando Cremonenses contra Augustum Antoni copias susceperunt et agros eorum diuidi iussit Caesar, Mantuani quoque perierunt.

f. 25ᵃ col. 1. 2. Amfibolia est ambiguitas dictionis, quae fit aut per casum accusatiuum, ut si quis dicat: audio secutorem retiarium superasse; secutorem dixit et non ostendit personam tacendo nomen. Sicut illud responsum Apollinis ad Pyrrum:

Aio te, Aeacida, Romanos uincere posse,

ubi non ostendit, quem in ipso uersu monstrauerit esse uictorem. Fit et per incertam distinctionem, ut:

Bellum ingens geret Italia populosque feroces.

Incerta significatio, utrum bellum ingens, an ingens Italia. Fit et per commune uerbum, ut siquis dicat: 'Criminatur Cato, uadatur Tullius', nec addat quem, uel a quo, nec ostendatur, utrum ipsi alios an alii ipsos calumniati sunt. Cato itaque philosophus aliorum crimina reprehendebat, Cicero, qui et Tullius, defensor causarum erat. Vades enim dicuntur, qui legaliter causas agunt. Sed in hac ambiguitate non ostendit, quem criminatur Cato uel pro quo

---

1 Allegoria — 4 finire *Don. p. 401, 26—28* thropus 3 Et iam] *Verg. Georg. II 542* aetiam aequum 4 Item] *Ars cod. Bern. 207 f. 70ᵃ, cf. Iuliani p. 45* orientis 6 Ter sese] *Aen. IV 690* leuabit 7 reuellauit 8 At trepida] *Verg. Aen. IV 642* ad trepidam et ceptis 9 uolbens 10 Kartaginem 11 Claudite] *Verg. Ecl. III 111* pueris at prata uinerunt 14 Inter] *Verg. Ecl. VIII 13* ʰederam 16 coronbautur poete 17 Mantua] *Verg. Ecl. IX 28* ue misere chremone 18 gigni 19 cignos mantuanus gigui 20 ue misere qui abacti 21 chremonenses 22 persi sunt 23 Amfibolia — 24 superasse] *Don. p. 395, 20. 21. Totus locus extat in arte cod. Bern. 207 f. 62ᵇ, cf. Iuliani p. 31.* distinctionisque 24 acusatiuum rectarium 25 Sicut illud responsum — 31 ingens Italia] *cf. Isidor. orig. I 33, 13. 14* sicut Apollo ad Pyrrhum *Iulianus* apollonis 27 No te eachida romanus 28 uicto||||rem quem monstraret esse uictorem *Iulianus* 30 Bellum] *Verg. Aen. I 263* 31 Fit et per commune — 33 uel a quo] *Don. p. 395, 21. 22* 32 criminator 33 nec ostenditur] *cf. Isid. orig. I 33, 15 cum Ottonis adnotatione.* calumpniati 34 phylosophus 35 t$\overset{\text{v}}{\text{e}}$llius 36 Sed in hac ambiguitate non oro te non ostendit uel pro quo agat Cicero. Vadatur enim etc. *Iulianus*

Digitized by Google

agit Cicero. Vadatur enim, idest causam agit. Fit et per distinctionem, ut: 'Vidi statuam auream hastam tenentem.' Sicut quidam in testamento heredem suum statuit, ut ab eo sibi poneret statuam auream hastam tenentem. Vbi fit ambiguitas, an auream statuam ponere heres debebat, aliquam hastam tenentem, an statuam cuiuslibet materiae hastam solum auream tenentem. Et illud:

Nec latuere doli fratrem Iunonis et irae.

Vtrum fratrem Iunonis an doli Iunonis, incertum est. Fit et per homonymiam, ut siquis aciem dicat et non addat oculorum, aut exercitus aut ferri. Oculorum acies est, ut:

Huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem.

Exercitus acies est, ut:

Hinc acies atque hinc acies astare Latinas.

Ferri acies est:

stat ferri acies mucrone corusco.

Fit praeterea pluribus modis, quos recensere omnes ne nimis longum sit, non oportet.

f. 27[a] col. 1. Anadiplosis est iteratio uerborum: 'Date date ueniam parricidae.'

*ibid.* Anadiplosis est congeminatio dictionis, quae ex ultimo loco praecedentis uersus et principio sequentis iteratur, ut:

equitum pulcherrimus Astur
Astur equo fidens.

Item:

Ecce Dionaei processit Caesaris astrum,
Astrum, quo segetes gauderent frugibus.

*ibid.* Anafora est repetitio eiusdem uerbi per principia uersuum plurimorum, ut:

Nos te Dardania incensa tuaque arma secuti,
Nos tumidum sub te permensi classibus aequor.

Item:

Nate, meae uires, mea magna potentia, solus,
Nate, patris summi, qui tela Typhoëa temnis.

Item:

Italiam primus conclamat Achates.
Italiam laeto socii clamore salutant.

---

1 agat, *bis* Fit et per distinctionem — 2 tenentem] *Don. p. 395, 23* 2 astam 3 ut ab eo si dicens ab eo sibi poni statuam *Iulianus* astam 4 num statuam auream *Iulianus* debeat *cod. et Iulianus* astam 5 an statuam cuius manus hastam solum auream teneat *Iulianus* astam 6 Nec latuere] *Verg. Aen. I 130* laterę (u superscr.) 7 Fit et per — 8 ferri] *Don. p. 395, 24. 25* omonimiam 8 ut (a superscr.) exercitus Oculorum] *cf. [Sergii] explan. in Don. p. 538, 16 seq.* 10 Huc] *Verg. Aen. VI 789* flectere 12 Hinc] *Verg. Aen. IX 550* instare *Iulianus* 13 Ferri acies est ita, ut 'ferri acies mucrone corusco' *Iulianus* 14 stat] *Verg. Aen. II 333* 15 Fit praeterea — non oportet] *Don. p. 395, 25* omnes [ne]nimi[s]||||||| longum 17 Ex lib arciā (= ex libro artium) Anadiplosis etc., *cf. A. Mai auct. Vatic. VI p. 576* date date ueniam *Maius ex glossario Vaticano* ductę dictę ueniam parracide 19 *Ars cod. Bern. 207 f. 65[a]; Iulianus p. 36.* q ex 21 equitum] *Verg. Aen. X 180, cf. Don. p. 398, 1 seq.* aequitum 22 aequo 24 Ecce] *Verg. Ecl. IX 48* ecce idonei antrum 25 autrum gaudet 26 ℞ Anafora est Anafora — 29 aequor *Isid. I 35, 8. Totus locus extat in arte cod. Bern. 207 f. 65[a]; cf. Iuliani p. 36.* 28 Nos te] *Verg. Aen. III 156* 29 inmensi 31 Nate — 32 temnis *Don. p. 398, 7* Nate] *Verg. Aen. I 664* me uires 32 tifoea 34 Italiam] *Verg. Aen. III 523* prius conclamata cates 35 leto suco clamore

Digitized by Google

Et in Numeris: Dixit Balaham filius Beor, dixit homo, cuius obturatus est oculus, dixit auditor sermonum Dei.

f. 31[a] col. 1 Antifrasis est unius uerbi ironia, quae diversitatem nominum significat. Antifrasis est, cum dicimus habundare, quod non est, dulce quod acidum est: si non in faciem benedixerit tibi.

*ibid.* Antifrasis est unius uerbi ironia, quae non uoce pronuntiantis significat contrarium, sicut ironia, sed suis tantummodo uerbis e contrario dicitur, ueluti dum quaerimus accipere, quod ibi non est, et respondetur nobis 'habundat'. Item: †cabellum quia bonus homo est, pro malo. Item in Iob: Si non in faciem benedixerit tibi, idest maledixerit, et in Regibus, ubi in Naboth factum crimen a calumniantibus nominatum est, quod benedixerit Deo et regi, idest maledixerit.

f. 32[a] col. 1 Antonomasia est significatio uice nominis posita, quae fit modis tribus, ab animo a corpore extrinsecus. Quid uice nominis? Vt:

Haec ait et Maia genitum demittit ab alto.

'Genitum' dixit pro 'Mercurio filio'. Item:

Punica regna uides, Tyrios et Agenoris urbem.

'Vrbem' dixit pro 'Carthaginem'.

f. 34[a] col. 1 Apocope est ablatio de fine dictionis, paragogae contraria, ut 'Achilli' pro 'Achillis', ut 'pote' pro 'potis est'. Sicut 'dixi' pro 'dixit', sicut 'lectu' pro 'lecturo', sicut 'sat' pro 'satis', ut est illud:

Suauibus effingas sat dia poemata metris.

f. 133[b] col. 2 Ectasis productio contra naturam, ut:

Italiam fato,

cum 'Italiam' correpte dici debebat.

Ectasis est extensio syllabae contra naturam uerbi, ut:

Italiam fato profugus,

cum 'Italiam' correpta prima littera dicere debeamus. Item correptum:

Sylla forum statuit Cornelius: hoc Itali urbem.

f. 142[a] col. 2 Epenthesis adpositio in medium, ut 'relliquias' pro 'reliquias', 'induperator' pro 'inperator'. Hanc alii epenthesin, alii parenthesin nomine dicunt, sicut 'relligio' pro 'religio', sicut 'dedidit' pro 'dedit'.

f. 143[b] col. 2 Epitheton est praeposita dictio proprio nomini. Nam antonomasia uicem nominis sustinet, epitheton numquam est sine nomine, ut 'dira

1 in numeri] *XXIV 3. 4* 3 hyronia 5 si non] *cf. u. 10* 6 Antifrasis — ironia *Don. p. 402, 3* hyronia q. non significant 7 hyronia et contrario 8 querimus responditur 9 Item] *Ars cod. Bern. 207 f. 71[a]; cf. Iuliani p. 46* in Iob] *I, 11* 10 et in reg|na, *corr. m. II* et in regū|na in Regibus] *I, 21, 13* 11 calomniantibus 13 Antonomasia — 14 extrinsecus *Don. p. 400, 15. Totus locus extat in arte Bernensi f. 67[b], cf. Iuliani p. 40.* que fit 14 ab animo *in marg. suppletum* 15 ut haec alt] *Verg. Aen. I 297* dimittit 17 Punica] *Verg. Aen. I 338* regnauit et tirio 18 cartaginem 19 Apocope — 20 et pote pro potest *Don. p. 396, 12. Totum locum exhibet ars Bern. f. 63[b], nonnullis omissis Iulianus p. 33.* distinctionis paragoge 20 achille pro achilles 22 effigas 23 De Gto Ectasis Ectasis — 25 debebat] *cf. Don. p. 396, 14.* 23 natura 24 Italiam] *Verg. Aen. I 2* 25 cum italia didicebat 26 Ectasis] *Ars Bernensis f. 63[b], cf. Iuliani p. 33.* syllabe li 27 profugis 28 italia 29 silla stauit corneus 30 De Gto Epentesis Epenthesis — 32 parenthesin dicunt] *cf. Don. p. 396, 3. Totus locus est in arte Bernensi f. 63[a], cf. Iuliani p. 32.* ut reliquias 31 indiperatis pro insperatur epentesim alii parentes siue in homine dicat sicut religiu pro religio sicut dedit pro dedit 33 Epitheton — p. XLIX 1 Camilla] *Don. p. 400, 20. Cetera similiter scripta sunt in arte Bernensi f. 68[a], cf. Iuliani p. 40* Epytoton est preposita propria 34 epitoton dira] *Verg. Aen. III 211*

Digitized by Google

Celaeno' et 'diua Camilla'. Item, ut 'audax Cratinus, iracundus Eupolis, grandis Aristophanes'. Fit etiam epitheton modis tribus, ab animo a corpore extrinsecus, sicut antonomasia.

*ibid.* Epizeuxis est eiusdem uerbi in eodem uersu sine aliqua dilatione congeminatio, ut:

Me, me, adsum qui feci, in me conuertite ferrum.

Item: 'Viuit. Viuit? Immo etiam in senatum uenit.' Item: 'Tua, tua contra te dimicant arma.' Item:

O iuuenis, iuuenis, si nescis fingere uersus.

*Artis definitio haec est f. 40ᵇ col. 2:*

Ars nomen est generale, non speciale. Nam et rhetorica et medicina generaliter artis nomine scribuntur. Omnium autem artium genera sunt tria: animi, corporis, animi simul et corporis. Animi tantum est, sicut grammatica, philosophia, corporis, sicut uelocitas iaculatio. Animi quoque simul et corporis, ut medicina sarsoria.

---

*De cognomine hoc fol. 86ᵇ col. 1:*

Cognomen est, quod ex uirtute uel uitio trahitur, ut Scipio Africanus, pro eo, quod Africam uicerit uel Lentulus Sura, pro eo quod maiores habuit suras; proinde ergo cognomen ab specie uel actione uenit.

*De nomine:*

f. 75ᵇ col. 2 Ceruix dum singulari numero dicitur, significat collum, dum plurali, superbiam, ut Cicero in Verrem: Praetorem tu accusas? ceruices frangere et superbiam inclinare.

f. 101ᵇ col. 1 Corticem ueteres †corucem uocabant: dictus autem cortex, quod corio lignum tenet.

Corticem corium arboris. Virgilius:

Ille rudem nodis et cortice crudo
Intorquet summis annixus uiribus hastam,

generis masculini.

'Corticis amarae' noue genere feminino, alibi 'cortice crudo' et 'raptus de subere cortex'.

---

1 celeno diua] *Verg. Aen. XI 657* gracianus | gratiuus *ars Bernensis* 2 Eupolis] ẏppolites | ippolidas *ars Bern.* | Hippolytus *Iulianus* arisfanis *ars Bern.* arifanet fit etiam epyteton Fit — 3 extrinsecus] *Don. p. 400, 22* 4 Epizeuxis — 6 ferrum] *Don. p. 398, 12* 5 ut ut meme 6 Me] *Verg. Aen. IX 427* conuerti 7 Viuit] *Cic. in Catil. I 2* in seuuti uenit 9 sine scis fringere] *Totum locum habes in arte Bernensi f. 65ᵃ, cf. Iuliani p. 36.* 10 ℞ Ars nomen] *Idem ex glossario Vaticano excerpsit A. Maius auct. Vatic. VI p. 576, in quo praescriptum esse uidetur 'ex libris artium'.* rethorica 11 archium 12 corpori animi simul et corporis ||||||||||| Animi tantum sunt grammatica *Maius* gramatica phylosophia 14 moedicina sartoria *Maius. De toto hoc loco adi Victorinum p. 1937 P.* 15 cognomen] *cf. Pomp. p. 141, 6 K.* 16 lentus 17 uelatione uenit 18 DE GL̄ Ceruix dum] *cf. Isid. XI 1, 61, qui quidem ipse locus in glossario statim subsequitur.* 19 cicero in uaronem pretorem tuacicusas] *Verr. V, 110:* praetorem tu accusas? frange ceruices 20 et] *An:* idest? *Nam 'superbiam inclinare' glossa esse uidetur.* 21 de gt̄ Corticem 22 coreo 23 Corticem, *in marg.* al̄b̄ (*i. e. alibi, in alio codice*) cornix Virgilius] *Aen. IX 723* 25 anixis asta genus masculini. Corticis mare] *cf. Verg. Ecl. VI 62* 27 cortice crudo] *Verg. Aen. IX 723* 28 raptus] *Verg. Aen. VII 742* cortix

f. 104[b] col. 1 Crocum et neutro et masculino genere dicitur. Salustius neutro: in quo crocum gignitur.

f. 108[a] col. 2 Dammae generis feminini. Horatius:

Et superiecto pauidae natarunt
Aequore dammae.

f. 111[b] col. 1 Defectus pluraliter:

Defectus solis uarios lunaeque labores.

f. 121[b] col. 1 Dies cum multa significet, significat etiam tempus plerumque generale, quo et dies et nox conprehendatur. Dies generis masculini bonum tempus, feminini malum significat.

f. 151[a] col. 2 Exanimis: mortuus; 'exanimis' autem et 'exanimus' dicimus, sicut 'unianimus' et 'unianimis', 'inermus' et 'inermis' et hoc nostro arbitrio subiacet.

*De pronomine:*

f. 105[b] col. 1 Cuium: cuius. Terentius:

Quoia uirgo est?

quia ueteres pronominibus uniuersis addebant genus.

'Cuium pecus' antiqua declinatione, 'cuias' masculino, 'cuiatis' feminino: sic possessiua nomina declinantur.

*De uerbo:*

f. 115[a] col. 2 'Densat': spissat; coniugatio secunda 'denset':

Vos unanimi densete cateruas.

f. 141[a] col. 2 'Ent' syllaba futuri temporis est, 'unt' uero praesentis, sicut 'facient faciunt'.

f. 155[a] col. 2 Exosus ab odio dictus est; nam antiqui et 'odi' dicebant et 'osus sum', hinc est 'exosus', quo utimur, licet iam 'osus' non dicimus.

*De aduerbio:*

f. 18[b] col. 1 'Age' aduerbium optantis est, accipit autem 'dum' et fit una pars: est ergo 'dum' uel natiua particula uel pro 'cito' aut 'modo'.

f. 115[a] col. 1 'Demum' uel maxime uel postremo uel nouissime uel denique. Donatus tamen demum 'uero' intellegit.

*De coniunctione:*

f. 92[b] col. 2 (*post extrema Isidori I, 11, 1—4 uerba:* 'ut quomodo eum occidam nec agnuscar ueneno an ferro'). Quod ubi sunt rationales etiam causales

---

1 masculini Salustius] *cf. schol. Bern. ad Georg. IV 182 p. 967 et IV 127 p. 963 cum adnot.* 2 crocam 3 De Gts Dammę generis femini. oratius] *Carm. I 2, 11. 12* 4 superieto pauide 6 de gts Defectus 7 defectus] *Verg. Georg. II 478* luneque 8 De glõ Dies 9 quod et 12 inermis et inermis 14 De gts Cuium · Cuius terrentius] *Eun. II 3, 30* 15 Quoia uirgo] qui uirgola 17 Cuium pecus] *Verg. Ecl. III 1: nam pleraque ex iis, quae supra congessi, non tam ex ipsis libris grammaticis, quam ex commentis Vergilianis petita sunt.* cius masculina ciuitatem 19 de gto Densat spissa 20 uos] *Verg. Aen. XII 264* unimi densete Katerbas 21 de gto Ent eũt nero 23 De gt Exosus 24 exosus sum 25 obtantis est. Accepit 26 au[t] 27 De glõ Demum] *cf. Seru. ad Verg. Aen. VI 154, qui, cum similia fere de uocis 'demum' significatione tradat, Donati mentionem non facit.* 29 quod] *Subaudias:* notandum *uel* sciendum; *sic et in sequentibus, unde efficitur, glossarii auctorem non solum generales orationis partium definitiones excerpsisse, sed mira quadam diligentia uel ad speciales regulas colligendas descendisse.*

Digitized by Google

possunt esse: ubi autem causales sunt, rationales esse non possunt. — Quod 'quoque' et coniunctio sit et pronomen, sic alia cum aliis partibus sunt communia. — Quod 'at' coniunctio omnibus casibus praeponatur, idest nominatiuo:

At regina graui.

Genetiuo:

At furtis Caci mens effera.

Datiuo:

At tibi pro scelere, exclamat.

Accusatiuo:

At me tum *primum* saeuus circumstetit horror.

Vocatiuo:

At tu dictis, Albane, maneres.

Ablatiuo:

At parte ex alia.

---

3 Quod ad coniunctio] *Eadem f. 45[b] col. 2 nullo signo adposito leguntur:* At coniunctio omnibus casibus praeponitur etc. 4 At regina] *Verg. Aen. IV 1* ut regina *f. 92* 6 At furtis] *Verg. Aen. VIII 205* ad furi ea ciniens ethera *f. 92* at furiacimens aethera *f. 45* 8 At tibi] *Verg. Aen. II 535* ac tibi *f. 92* 10 At me tum] *Verg. Aen. II 559* ad metum seuus *f. 92* at mentum seuus *f. 45* 12 At tu] *Verg. Aen. VIII 643* adductis aluane *f. 92* at tu ditis (*corr.* dictis) aluane *f. 45* 14 At parte] *Verg. Aen. X 362. Eadem coniunctionis 'at' exempla habes apud Iulianum p. 102 ed. Rom. et artigraphum cod. Bern. 207 Iuliano similem f. 41[b], in quibus haec in fine leguntur:* Da ablatiuo. 'At parte ex alia qua saxa rotantia late intulerat torrens.' Item: 'At parte ex alia fingit quam conditor unus' (conditur unus *cod. Bern.*)

---

*His subiungam, quod ex fragmentis eiusdem libri glossarum siue glossarum Salomonis, quae ex altero codicis Einsidlensis 293 saec. XI—XII scripti uolumine casu nescio quo seruata nunc in fragmentorum codice Einsidlensi 365 p. 137—146 leguntur, olim excerpsi:*

Sinecdoche dicitur figura a parte totum ponere, ut Virgilius (*Aen. I 399*):

Puppesque tuae pubesque tuorum;

(pupesque tue) pro nauibus et iuuentute. *Cf. Don. p. 400, 25—27.*

*Hos igitur codicis Bernensis locos grammaticos recensendo cum omnibus, qui Glossarum Libri copiosissimam rerum ubertatem rimantur, gratum fecisse mihi uidear, tum uidimus ex maiore parte referri eos ad grammaticum Iuliani similem illum, cuius ars in codice Bernensi 207 legitur, cf. infra praef. partis tertiae cap. VII. Nonnulla ex Donato eiusque commentis Sergianis petita sunt, multo uero plurima ex Isidoro; ad Victorinum referendum erat f. 40[b] col. II 'ars' (cf. p. XLIX, 10); Audacis locum supra p. XXXV not. commemoraui. Quae insuper libro Bernensi insunt argumenti grammatici et ad orthographiam et ad sermonis differentias pertinentia praeter Placidum, praef. partis II cap. 11 et 12 collegi. Haec quamquam non nisi ad quinque priores Glossarum Libri litteras A—E, quas solas exhibet codex Bernensis, pertinent, tamen*



Digitized by Google

*perspectis, quae ex reliquis glossarii partibus passim edita sunt a Maio et Kettnero quaeque ipse in codice Einsidlensi inueni, praeter Pauli Abbatis (cf. Maii auct. Vat. VI p. 598 et infra praef. II cap. 12) Phocae (l. l. p. 599), librorum Artium (l. l. p. 576) Audacis (l. l. p. 589) aliquot locos non credo aliis ac supra enumeraui fontibus grammaticis totum librum irrigatum fuisse. His addas quasi grammatica, si placet, et Ciceronis synonyma et scholia maximam partem Vergiliana, quibus collectis deperdita commentatorum Vergilii ueterum scripta aliqua certe ex parte reparari posse ante tres hos annos schol. Bern. praef. p. 733 significaui. Sed de his alio et loco et tempore agemus.*

---

## 5) Codd. Bernn. 417 et A 92, 34.

*De litteris tractatus duos supra edidimus, unum Petri grammatici codicis 522, alterum artis anonymae Bernensis codicis 207, quam haud uno nomine Petri artis imaginem referre uidimus. Sed restant in bibliotheca Bernensi duo opuscula eiusdem argumenti, quae ob id praeterire dubitaui, quia, postquam earum rerum mentio iniecta est, quaecumque eodem pertinere uidentur, in unum cogere utilissimum esse arbitror.* *)

*Priore loco commemorandus est cod. Bern. 417 saec. IX, ex quo alphabeti Latini interpretamenta litterarumque formationes diuersas p. 302 s. et 307 s. edidi (cf. praef. II cap. 13):*

f. 104ᵃ INCIPIT EXPOSITIO DE LITTERIS QUOMODO NOMINANTUR UEL QUALE SONUM HABEANT INTER SE.

Quaeritur enim quis primus litteras Hebraeorum Gr(a)ecorum Latiuorum uel ceterarum gentium adinuenit. Tradunt quidam, quod spirante Domino Moyses litteras adinuenit (*cod.* aduenit) Hebraeorum. Et alii dicunt apud Hebr(a)eos quod Cham primitus eas inuenit et postea tradit(a)e sunt Moysi. Mouet quosdam, si fuerunt litter(a)e ante diluuium an non in propria lingua, quia diuisa non erat. Et sic credimus, quod in ipsa lingua, quam Adam primitus accepit, fuissent et in ipsa lingua iuxta Isidorum (*cod.* isodoro) credimus in domo Eber remansisse. Si litterae ante diluuium fuerunt, quomodo in undis diluuii reseruat(a)e sunt aut qualis auctoritas nobis demonstrat, quod fuisse credimus. Licet et in chronicis aliquid exinde legitur, sed tamen Iosephi (*cod.* ioseph) historia nobis patet ratio, quod in duabus columnis ex lapide et latere factis studia sua conscripserunt, ne desereretur (*cod.* describeretur) memoria, quae sapienter inuenerunt. Et sic dicitur: Sem et Enoch audientes a senioribus suis uel ab ipso Adam de (de *om. cod.*) duabus uindictis aut ignem aut aquam, unam ex eis esse uenturam (euentus *cod.*), ideo his duabus columnis construxerunt. Apud Gr(a)ecos Cathmus inuenit litteras, qui regnauit ‖ f. 104ᵇ ‖ in Thebeis. Apud Latinos Carmentis nimfa Nicostrata mater Euandri. Quant(a)e

---

*) Accedit quintus eius generis tractatus huius libri p. 221, 19 seq. editus.

Digitized by Google

ergo primitus inuentae sunt litterae Latinorum? XV et postea quattuor addit(a)e sunt ab Orfio et ali(a)e quattuor a Diomede. Ergo quant(a)e sunt Hebraeorum litter(a)e Gr(a)ecorum siue Latinorum Chaldaeorum (caldeorum) aut Sirorum aut in quo similes aut in quo dissimiles? Hebraeorum namque litterae XXII esse noscuntur. Similiter Chaldaeorum (caldeorum) et Sirorum in characteribus (carecteribus) et apicibus idest (id *cod.*) titulis diuiduntur et in omnibus similes esse uidentur. Graecorum (gregorum) litter(a)e primitus XXII fuerunt, sed postea ab Atheniensibus (athenienses) additae sunt duae litterae, idest eta (etha) longa et o longa, non ut augmentum, ut quidam putant, faciant litterarum, sed propter longitudinem metrorum addit(a)e sunt, quia habet †et alia e breuem et o breuem, quae uersum breuem †terminum. Sed Athenienses Colosenses †pectienses Lacedemonenses oculi Gr(a)ecorum. Latin(a)e litter(a)e XXIII (*cod.* XIII) sunt, sed y et z propter Gr(a)eca nomina in numero litterarum Latinorum (sic) addit(a)e sunt. In quo similes aut in quo dissimiles? In potestatibus sunt, quia quae explicat aleph apud Hebr(a)eos et apud Gr(a)ecos, hoc explicat a apud Latinos. Similiter et aliae linguae gentium. Sed apud Latinos paene (*cod.* poene) similis est nomen et potestas illarum. Apud Gr(a)ecos namque et apud Hebraeos tale est nomen litterarum, quam potestas illarum. In quo dissimiles? In nominibus (in omnibus *cod.*) siue in numero. Sed litterae Hebr(a)eorum de nominibus rerum factae sunt ‖ f. 105ª ‖ et habent interpretationem et connexionem aleph et reliqua. Gr(a)ecorum autem litterae et Latinorum nec interpretationem nec connexionem habent, sed de solo numero fact(a)e sunt et noua nomina eis (*cod.* eius) inposuerunt, sicut et nostris. Ideo non inuenitur in eis interpretatio uel connexio.

*Alter tractatus in fragmentorum codice Bernensi A 92 inest fragmento nr. 34, p. 11. 12 saec. XI—XII scripto ita:*

DE LITTeris COMMUNIBVS. Δ Dic mihi quis primus ante diluuium litteras repperit. )-( Enoch. Vnde et in epistola quae canonica (ca^no^nica) dicitur, scriptum est: prophetauit autem de his septimus ‖ p. 12 ‖ Adam Enoch et cetera, quae ibi scribuntur. Δ Quis post diluuium? )-( Post diluuium Cam filius Noe litteras inuenit XXIII, sicut Apollonius describit. Δ Latinas litteras? ()-() Carmentis nimpha Nicostrata mater Euandri primum Italis tradidit. Δ Quare dicitur Carmentis? )-( Quia carminibus suis futura canebat, sed proprie uocata est Nicostrata. Δ Iam quia inuentores litterarum deposuisti, da mihi, quid est littera. )-( Littera est pars minima uocis articulat(a)e uel uox quae scribi potest (p^o^atest) indiuidua. Aliter: littera est fundamentum sapientiae. Δ Quomodo? ၮ Nam sicut e radicibus elementa corporalia crescunt, sic ex litteris humanus animus ad perfectum surgere comprobatur. Δ Et si littera fundamentum sapientiae est, cur dixit apostolus Paulus *(I Cor. 3, 11)*, quod fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id, quod positum est, quod Christus Iesus? )-( Illud fundamentum, de quo Paulus dixit, fidei uerae (ur͞ę) stabilitas est, sed artium liberalium fundamentum littera est, sine quibus ars constare nullatenus potest. Δ Iam quia de littera singulariter protulisti, nunc peto, ut pluraliter dicas, quid sint litterae. M. Litterae autem sunt indices rerum et signa uerborum. Δ *Quam uim (om. cod.)* habent litterae? )-( Tanta uis habetur in illis, ut nobis dicta (dictam) absentum sine uoce loquantur. Δ Usus litterarum cur repertus est? )-( Propter memoriam rerum, quoniam in tanta uarietate causarum nec disci audiendo poterant omnia nec memoria retineri. Ideoque ne obliuione fugiant, litteris alligantur. Δ Iam quia dixisti, quid sint litter(a)e,

Digitized by Google

nunc posco, ut exponas, unde dicuntur litterae. ()-() Dicuntur enim litter(a)e quasi legiter(a)e eo quod iter legentibus praestent uel quod in legendo iterentur uel a lituris, ut quibusdam (*cod.* quibus) placet, quod plerumque antiqui in ceratis tabulis scribere solebant litteras. Δ Quare appellantur litterae communes? )-( Ideo communes dicuntur, quia omnes illis in commune utimur. Δ Hae litterae in quot partes diuiduntur? ꝏ Principaliter in duas. Δ Quomodo? ꝏ In uocales et consonantes. Δ Quare dicuntur uocales et quare consonantes? )-( Vocales sunt sicut animae in corporibus, consonantes sicut ipsa corpora. Δ Qua ratione? )-( Anima uero et se mouet et corpus: sic et istae uocales per se feruntur et per se sillabas faciunt. Corpus autem sine anima inmobile est, sicut (si sunt *cod.*) consonantes sine uocalibus. Nam illae per se scribi possunt, nomina uero uel potestatem habere sine uocalibus non possunt. Δ Vocales litterae quot sunt? )-( Secundum Latinos . . . . . .

*Eiusdem fragmenti p. 13—16 ars legitur grammatica nullius fere pretii:*

Terra quae pars est? Nomen. Quare? Quia significat substantiam cum qualitate etc. p. 14 Quid est interrogatiuum? Quod cum interrogatione profertur, ut quis. Quid est infinitum (-tium)? Interrogatiuo contrarium, ut in lectione graui accentu ut qui cuncta creauit etc.

---

*Hucusque de libris Bernensibus referre placuit, quamquam non pauci restant, in quibus de grammaticis praeceptis agitur: sed quia huius libri circuitu ea tantummodo conplecti uolui, quae ad ueterum grammaticorum doctrinam quodam saltem modo pertinere uiderentur, recentiorum temporum inde ab undecimo fere saeculo pullulantia grammaticorum excogitamenta siue anonyma siue certis nominibus praedita neglexi, quamquam haec quoque non prorsus spernenda esse puto. Itaque in praesentia sufficiat indicauisse, huiusmodi scripta inueniri in his codicibus: 266 saec. XIII f. 81ᵇ — f. 82ᵃ, f. 83ᵃ — f. 89ᵇ; 326 saec. XIII; 383 saec. XIII—XIIII; 386 saec. XIIII f. 36 seq.; 416 saec. XI—XII f. 11ᵇ; 439 saec. XIII—XIIII; 469 saec. XI—XII f. 85ᵃ — f. 86ᵃ; 519 saec. XIII—XIIII, sub calcem; 702 saec. XII f. 68ᵇ — f. 69ᵃ; A 61 saec. XII post Iuuenalis glossas; B 45 saec. XIII—XIIII, ex quibus carmina grammatica praebent 416, 439, 469, 519.*

Digitized by Google

## B.

# DE LIBRIS EINSIDLENSIBVS.

*Bibliothecae Einsidlensis libros grammaticos nunc non nisi cursim perstringere libet, quia, quaequae inde ad antiquitatis studia cognoscenda atque illustranda etiam erui possunt, iam peculiari libello, cui Analectorum Einsidlensium titulus est, mox edendo uniuersa collegi et pertractaui. Itaque hoc loco tantum breuiter indicabo, quidnam opusculorum ad grammaticam pertinentium in celeberrimo S. Heremi monasterio inueniatur. Sunt autem hi libri:*

1) *Eutychis de discernendis coniugationibus codices duo; quorum alter nr. 265 forma minuta saec. X scriptus est:* INCIPIT ARS EVTICII GRĀMATICI DE DISCERNENDIS CONIVGATIONIBVS. Cum semper nonas questiones — reor esse monstratum *p. 488, 11 K. Quae apud Keilium p. 488, 12—19 ex codicibus B P edita sunt, hic quoque leguntur, sed alia manu saec. X prioribus subiuncta hoc modo**):

Omnia communia uel deponentia consonante antecedente or prime sunt coniugationis miror aduersor miror uagor exceptis VIIII tertie coniugationis loquor liquor sequor queror nitor utor euertor labor fungor et illis exceptis quae ante cor as uel es uel is habent, ut irascor uescor paciscor nanciscor et quicquid simile inueniatur, quae iure tertiae sunt, quia haec forma, idest in sco desinens tertie coniugationis uendicat. EXPLICIT ARS EVTICI DE VERBO AMEN.

*In summo primae paginae margine haec leguntur iniquo fato mutilata:* felix siue fortunatus interpretatur. Terrentius dicit quasi uere iudicans quia bene . . . ., *quae ad Sedulii in Eutychem commentarios, quos primo huius libri loco collocauimus, p. 1, 11—15 referenda sunt.*

*Alter codex nr. 15 forma mediocri et oblonga saeculo XI adsignandus est:* INCIPIT ARS EUTICII DE UERBO. Cum semper — reor esse monestratum, *corr.* monstratum. INCIPIT PRISCIANI GRAMMATICI INSTITVTIO DE NOMINE ET PRONOMINE ET VERBO.

*In utroque codice p. 447, 15 libri primi significatio omissa est; libri II p. 467, 16 is est titulus in cod. 265:* contemplabimur. EXPLICIT LIBER PRIM' EVTICI GRĀMAT̄ INCĪP LIB̄ II; *in cod. 15*: in sequenti libello contemplabimur. INCIPIT SECVNDVS LIBER.

---

*) Eadem fere huius loci forma in cod. Vindobon. Bob. XVI f. 68ᵇ inuenitur, cf. analecta Vindobon. p. 184.

Digitized by Google

*Quorum librorum auctoritas ut iam nunc, quanti habenda sit, aestimari possit, trium primarum operis paginarum p. 447—449, 23 et extremae libri II partis p. 480, 5 — 488, 11 apparatum quem uocant criticum ex utroque libro collectum proponam.* *)

*A = cod. 265; B = cod. 15.*

p. 447, 5 questiones A accutiora B 6 soleant AB cottidie B 8 sitis faciens B 9 diligentissime B | diligentissime, *corr. m. II* dilectissime A 10 equiperentem, *corr.* antem A in sapientia maiores A 12 coniuḡ B 13 instruit, *corr. m. II* instruitur A finalitis B 14 regulas. EXPLĪ. Tres quidem A | regulas. Tres quidem B 17 una est quae B 18 bargitonos A *fere semper* | barithonos B *fere semper*

p. 448, 1 finalem o AB alia est quę B 2 circumflexu B perispomene B 4 ostendit, tertia quā||||| A | tertia est quam B in||ω||| desinentem A | in ω desinentem B 5 quartam greci habent A 7 inditia B iterum *supra lin.* A in o B 8 ω terminalem A implerisque B temporibus ||||||||||| habentes A 9 sunt, *corr.* sint A romanae natura A 10 tamen nec AB 14 scribo uerbum scribis AB 15 an *in ras.* A scribas ut[scribo] primae (*sic*, scribo *m. II*) A et cuboas B 16 cubis[cubo] A 18 notalis ano|||malis scilicet A 19 defectatiuis B defecit A 20 aedo faxo A ferit infit[ait] (ait *m. I*) A 21 in ipsis, *suprascr.* his *m. II* A quaedam sunt, *corr.* sint A similitudine ceterorum regulis uerborum oboedire finalitatis possunt A 24 difinire B *om.* A, *in marg. m. II* diffinire temtabo A incoatiua A 25 quae *om.* A diriuatiua A | diritiua[ua] B tantum sed A 26 diriuantur AB 27 artigraphis, *corr.* ortographis A 28 ut hebesco caluesco[esco] horresco pertimesco euanesco[terresco] patesco notesco feruesco lauasco tremesco dormisco uesperesco[a] purpuresco[a] inuetiresco (*corr.* -asco) senesco iuuenesco (*corr.* -isco) gilesco (*corr.* glisco) A | uthabesco[e] albesco caluesco pertimesco euanesco terresco dormisco uerberasco horresco patesco feruesco labasco tremesco purpurasco inueterasco senesco iuuenisco glisco B

p. 449, 2 quomo[do] A in urio tantum A 4 incoatiuis A 5 deriuata[iu] A diriuatiua B sunt et in A sunt in to uel in ito B et in so uel in xo *praecedente consonante* desinunt (et in so uel in xo *in ras.*) A 6 et primae tantummodo sunt B tantum A 7 nisso enim ñssis, *corr.* uiso enim uisis A | uiso etiam uisis B 8 quod uirgilius AB libro VIIII[uo] (*sic*) A inuissistis, *corr.* inuisitis A 10 inuissere, *corr.* inuisere A et in eodem — fines *om.* B, *suppl. in marg. m. II* 11 oratius A 13 uissere, *corr.* uisere A inuisere B 14 ideo coniugationem illorum non A seruabit B 15 scilicet *supra lin.* A 16 quatuor tantum inueniri B coniugationibus inueniri A 17 ea *supra lin. m. II* A et uocalibus, *corr.* ex[et] uocalibus A 18 quam con-

*) Codicem nr. 15 meo rogatu contulit Aemilius Kurzius discipulus meus dilectissimus optimae spei iuuenis accurate ac diligenter, sicut decebat uirum in libris manuscriptis pertractandis haud mediocriter uersatum.

Digitized by Google

sonantibus *om.* B quam ex consonantibus *in marg.* A 19 finales, *corr.* finalis A finalis repperiuntur B quod nec A 20 nisi in eo uerbo rebo|||o A in eo uerbo reboo B a bω A ab ω B 21 repperitur B 22 in libro tertio B siluae et magnus olimphus A olimpus B 23 inchoo.as B incoo incoas A quod a coʰω A

p. 480, 5 uerba desinentia primitiua B diriuata A prime A ut *om.* A 6 crepa B ocupo A mancipo occupo B 7 oratius AB 8 mancipatus usus A 9 anticipo.as B ancipo A metamorphor.seon A libro II B lib u A 10 extardius A exier B conpendia motis A 12 palpo pas quod eadem A 13 primitiue A ut sunt haec B culpo pis carpo repo strepo rumpo et q̄q (*corr.* q̄) A 14 ex his, *suprascr.* ł eis B conponuntur A 15 in por primae sunt quoque coniug̃ deponentia et communia ut aucupor A 17 primitiua sunt quidem A quae et pauca tertiae ut relinquo relinquis delinquo inquam uel inquio, *corr.* inquo A pauca sunt et tertiae sunt B 19 plurale A 20 refert B commune A et *om.* A 21 terrentius AB in formione B | in tormine, *corr.* formione A filium patrem AB ab esse, *corr.* sese A *m. II* 22 inuidum B inquie A loquor loqueris *om.* A 23 in prima syllaba B prima est syllaba A in libro I A in lib primo B 24 uerno nouo B uerᵉno nono A umor AB 25 sephyro A 26 prime A 27 prima tantum syllaba A prima syllaba tamen B lico as eliquo as A ut liquo B lucanus in libro VII A 28 capillosque A capulasque solutus B 29 pereffudit A gladiis *om.* A gladius B erreptaque A 31 pillidas A ipsipilas AB at floriabile siquit deliquat ac tenora A 32 tenera B supplantant B pala A 33 pastorum libro VI A

p. 481, 1 ne pigeat tetritum B 2 sũmere A expsis A 3 sunt B s̃ A prime A coniugationis *om.* A 4 propinquos B 5 antequus antequo as A uirgilius in libro VII A in IIII lib B 7 tute A 8 prime A ut *om.* A 9 lacero · as · desidero · as · considero · as · aggero · as · numero · ras · genero · as · impero · as · blatero · as · Oratius B agero A 10 blateras iterare clamore B clateras clamo A 11 item in libro I A 12 retrorsuum ualde dare adque intrare cursus corre|| lictos A 15 tertiae sunt AB 16 degero A degero · ris · aggero · ris B agero A ageritur A 17 in V libro A in III, *corr.* II B sit ager A fit nomen B 17 diriuat' agero ageras est prime A 19 refert *om.* A in libro Xᵐᵒ · refert · Aggerat B in libro X exagerat A 20 iuuet A 21 item tero A conponuntur misero desero prosero nam obsero A prime A est *om.* AB 23 quod est *om.* A idest haec B et ab eo *om.* A conpositum est item deponens correpta penultima quaeror quaeris A 26 diriuata A 27 suffero p̃fero uocifero A uociferor uociferaris autem B est *om.* B affero A murigeror B 28 quod agero conpositum A etiam quia B conponuntur A 29 prime coniugationis A obseruandum tamen est atque superius A 30 dissyllaba A dissylaba B 31 ante or A inuenitur, *supra scr.* ł repperitur B repperitur A 32 alii A uerba sunt *om.* A prime A 33 paro · ras · spero · spiro delero delibero B paro spero spiro delibro oro ploro rubuo A 34 carminum IIII A 35 cultas B 36 epistolarum B lib V AB

p. 482, 1 poetam B 2 excepto uiro uiris A actiuum AB quaeris et ex ea conposita A licet e A 3 diptongon AB conuertant A 4 lucanus

Digitized by Google

in libro VII A libro VIII B nefanda cesseris A 5 etiam antecedente qualicumque prime A 6 celebro as consecro A tenebro as B migro tenebro latro A 7 erro as A coniugationis *om.* A 8 libro VIII A lib VII B 9 coetus soleant in morem B | certus soluant et in morem A 10 inoccultos B et uerrere B 11 comunia prime sunt ut execror A sunt coniugī execror B 12 murigeror B quaeror andictum est, in *marg.* R (*sc.* retractandum *uel* requirendum) A 13 tertiae coniugī B 14 prime A coniugationis *om.* AB quae diriuatiua B d'riuata B 15 diriuantur A 16 lasas A penso · sas B 17 in e terminatum A in libro A 18 Virgilius *om.* A 19 dense terant quae raro q dense relaxant A erant que modo, *om.* rara B 20 in *om.* B in X|||| libro aenidos A 21 uela dabit *om.* AB uos *om.* A unianimi A unanimes B 22 cuius infinitiuum *om.* A refert uiue subsidis A festinat *om.* AB 23 fontem AB fontem acusso conuasso · sas terrentius in formione A connasso · sas · B 24 accuso accusas *om.* A 25 incurso cesso B cursu cerso A excipiuntur arcesso lacesso A capesso cesso incesso B 26 uirgilius XII A in XII B 27 ignes AB 28 in libro — hanc etiam *om.* A 29 in penis A 30 idem libro III — p. 483, 2 cuius *om.* A tertio libro B

p. 483, 1 nec falsa B 2 in libro A uocast uedeo A 3 nec incesse AB quasin A 4 frequentati | tuum A 5 uisso quoque nissis A tertiae s̄ coniug̃ B 6 persius dicit B 7 o ante A diane B quam nulla conpinsit A 8 qso A quessere A in I inposuit historiarum in sor A lib I posuit historiarum in sor B 10 prime coniugationis sunt A communissor similiter grassor conuersor diuersor licet auerto auertis uel uertor A uersor *om.* B 11 auersor aduersor *om.* B 12 conponuntur AB 14 quodcumque A 15 diriuatiua prime A. *Inde a uerbis* primae sunt *in codice B lacuna est usque ad p. 485, 33:* expono repono.

16 praesto tas A obsto *om.* A uirgilius libro IIII A 17 cuncta carina natat A porto nuto A 18 uirgilius aeneidos lib. XII sors A 19 terrentius in formione A 20 asculto gesto manifesto uasto Statius tebaidos A 21 oliue A 22 in *om.* A 23 manifestabatque A 24 rapto tas capto tas salto tas A ar|||cto lucanus libro A 26 arctauit clusitque A 27 terrentius A in edem A 28 nī me lactases A marito tas dum pellea dulcem maritet peleon statius II achilgedos · oratius altes marito populos in epede A

p. 484, 3 legocorgiden A 4 in VI metamorphoseon letataque A 5 disyllabas sunt primitiua A 6 ut scato A frequens lucretius usus A 7 etiam Lucretius *om.* A in VI A 8 fontem atque erumpere flumen sectare ex eo oratius A 10 refert citet europe A 11 niuem A 12 latius A 13 bellis A 14 paluit A audax c antecedente fleto tis neto tis pecto tis r similiter antedente ut serto sertis uerto uertis sisto sistis mito mitis. In tor quoque desinentia deponentia uel communia prime sunt scrutor A 19 oratius libro sermonum A 20 coniugationis *om.* A conplector A 21 conposita A 22 prime A 23 diriuatiua A seruo as A 24 diriuatum A 25 in X lanit A gora cruor A 26 libro I A 27 laque flauus qm̃ A 29 tua *om.* A limpha A 30 prime A

p. 485, 1 nec primi A 2 cuius participium horatius libro I A 3 ubi e fessum A ire lautum A 5 ante antecedente uo A 6 uoluo uoluis *om.* A clauo idest A aput A 7 in *om.* A libro tertio A ratus ÷ querit exitine (*corr.* exitisne) an somnio sopor traderetur A 9 unum deponens A est *om.* A prime A regule A 10 respondens et suo A 11 uel quod A diriuatur A 12 pauca prime quidem sunt coniugationes A 13 inueni nisi pexo texo nexo. faxo faxis defectiuum enim tam nexans quod uirgilius

Digitized by Google

ostendit participium dic̃ A  16 ut atius in dei probonos continuo A  17 ferro eripimus omnibus manicas A  19 nexui A  quod a necto is A  20 pexui A  similiter in xor desinentiaę prime A  23 secuntur A  24 conposita A  simpliciū̃ṣ A  25 finialitate secuntur A  si tamen cum uel a praepositionibus cum quibus solent iungi frequentius conponuntur A  27 patefaci° A  28 facio, *corr.* afficio *m. II* A  aficio A  29 fero profero infero affero suffero perfero efero o^f^fero defero A  30 conscribo *om.* A  enequo A  31 ligo conligo A  32 subigo exigo circumago A  33 repono ex pono A  depono inpono *om.* AB

p. 486, 1 crepo increpo discrepo B  2 concurro *om.* AB  compenso *om.* AB  uịsso inuịsso A in^ui^so B  3 desoluo A  diduco, *corr.* de- A  4 siquidem penultima A  5 penultima educo educo educas A  6 in libro XI A  7 quat^uo^r AB  Vfens *om.* A  9 conponi A  poni ^tamen^ cum B  compositum A  10 ad das duco A  prime A  11 deferentiae A  differentie, *corr.* -tia B  in simplicitate mouere coniugationem uerborum A  12 ut *om.* B  dico dicis dico dicas B  mando mandis mando B  mando dis mando A  13 fundis fundo B  fundo das mando das A  sicut et B  14 quod est sera A  quod est sera huius serae B  penultima A  15 penultima prime A  nōmibus B  16 simpliciter AB  penultima desero ex quo et prosero A  insero sicut et lego A  17 unde delego B  unde lego suplego, *corr.* sublego A  conponuntur A  deferentie A  19 unde conpello conpellas A  unde compello · as B  prime, *om.* est A  pello is expello depello inpello lis tertiae sunt uolo as A  impello B  20 tertiae sunt AB  21 sono autem A  22 infinitiuum AB  unde crepere B  23 flu^l^gere B  oleo olo B  24 unde alere B  penultima A  et strideo sicut A  25 densas denseo B  27 induruit maturuit A  praeterita perfecta B  haec *om.* AB  auctoritate A  28 ratio tradidit B  unde *om.* A  omnes *om.* A  haec autem uerba A  29 dinoscuntur B  30 conposita A  31 genaerali B  nominum regulae AB (regule A)  32 diriuata A  ueniunt *om.* A  ut lego as remigo A  33 murigeror · is B  morigeraris *om.* A  34 maxima A  35 conponantur A  compon^a^untur B  ut *om.* B  edifico A

p. 487, 1 significo — 2 terrificas *om.* B  letifico A  2 man^c^ịpo B  aucupo et participo A  participo as B  3 possunt autem A  nomibus B  manceps auceps particeps A  4 iudic°as B  iudicas *om.* A  auspicor ari A  5 index *om.* A  prime A  6 potest intellegi AB  ut edificus sacrificus terrificus amplificus nominibus A  ut sacrificus letificus B  7 a nominibus B  que sunt in us^v^o A  deduc^a^untur B  8 edifico significo A  uideantur *om.* AB  9 careant A  carea^n^t B  apositis A  conpositis A  10 tamen *om.* AB  8 ꝓpositionibus A  conposita uerba A  conpositione A  11 i quod AB  ut capio AB  12 quod tertiae A  fiunt, *corr.* fiant B  ut *om.* B  13 et o^c^cupo · as B  enim *om.* A  nomibus B  diriuata A  diriua^ta^ B  14 sillaba genetiuum B  15 insan^v^os B  insaneo A  contrario uerbis in e uel io desinentibus A  16 nomina uel i A  nomina idē̃ quae uel i B  17 perfu|||g^i^o B  19 sicut etiam in ipsis A  sic et in ipsis B  in io uerba AB  20 conpositione A  conpositio^ne^ B  i *om.* A  minuentia unam B  minuentiā̃ A  21 cogan^tur^ ut B  fatio · is B  cupio pis culpo as sic A  22 sic a nomine AB  capio et nuncupo A  23 facit *om.* A  eodemque modo fugio fugis sit nomen deductum fuga facit et A  Eodem modo quoque fugio is minuens unam syllabam de suo primitiuo fit nomen deductum fuga. Facit ex hoc B  24 iungo is iugum A  25 unde nomen AB  26 ab ea A  sic et sedeo A  sic sedeo uerbum sede et quod est eiusdem

Digitized by Google

et compositum coniugaт̃ insideo B coniugationis et *om.* A 27 eiusdem est et conpositum coniugationis ut insideo A 28 insidie A ex quo aliunde A aliud *om.* B preterito *in ras.* B 29 est *om.* B sedis fac̃ expulsione A 30 erat ante o AB prodũq; penultima A producta quę B prime A 31 sedeo as qm̃ A grecos siracosio A crecos siracusano B sepe A 32 diriuatur alterius A ut ΠΟΙω · Π̃ΕΠΟΙΗΚΑ ΠΕΠωΙωṄΟΝ̃ ΕΝΟΝΕ̃Κω A ΠΟΥω ΠΕΠΟΙΝΚΑΙ ΠΕΠΟΙΝCCω ΝΟω · ΝΕΝΟ · ΚΑΙΝΕΝΟΗCΚω B 33 potes B a *om.* A

p. 488, 1 quod sedeo A quod est sed^eo sed|i B penultima A fecisse ut autem sedes A 2 longitudini A 3 rumpo rumpi rumpes A sic et a nomine AB 4 diriuatum A generali AB prime A 5 uidetur uerborum A dedit B uidetur *om.* B sedo sedas *om.* AB 6 sordeo secunde A secundae est B deductum *om.* A 7 ex se non mobile A uerbum dictum diriuans A 8 prime coniugationi uerborum dedit. de monosyllabo enim uerbo A primae coniuḡ. dedit illud natura uerborum B 9 quod prime A 10 conpositionibus A in compositionibus, *del.* in B 11 habunde A mon|''stratum B

2) *In codice 265 inter Eutychem et Prisciani librum X haec interposita sunt p. 139 eadem manu saec. X scripta:*

Inpersonale autem hanc habet differentiam ad infinitum, quod infinitus altero uerbo finito omni modo eget, inpersonale uero actum quidem perfectum significat per omnes modos, persona uero sola deficit, quae si addatur, perfecti uice fungitur uerbi per omnes, quos modo diximus, modos, per indicatiuum, ut 'curritur a me' pro 'curro'; per imperatiuum: 'curratur a te' pro 'curre'; per optatiuum: 'utinam curreretur a te' pro 'utinam curreres'; per subiunctiuum: 'cum curratur a te' pro 'cum curras'; *per* infinitiuum: 'curri a te oportet' pro 'currere te oportet'. Hoc autem interest inter infinitum passiuum et infinitum, qui fit ab inpersonalibus, quae nascuntur a uerbis actiuis, quod infinitus passiuus uerbo eget solo ad perfectam significationem ut 'amari uolo'; infinitus uero inpersonalis non solum uerbo, sed etiam ablatiuo casu per se indiget absque accusatiuo, quod si ad eum reddatur infinitum, necesse est eum passiuum intellegi, ut 'amari uolo a me filium'. Saepe uero etiam non positus subauditur accusatiuus, ut si dicam 'doceri a te uolo' et subaudiam 'me'.

4 quomodo 5 Im^pp̃rm 6 o^ppta^ĩm curre^retur su^pbiunctiuum 7 infinitiuum, *om.* per 8 inter ^infinitum 10 amari uolo, *suprascr.* sub a te 13 sepe

*His similia leguntur in Prisciano II p. 232, 6—23 H.*

3) *Cod. 266 saec. X cum alia multa undique excerpta, tum p. 201 aliquot* d i c t a p h i l o s o p h o r u m *continet maximam partem ad mulieres pertinentia, quorum in fine haec addita sunt grammatici argumenti:*

Hir̃. Fundamenta quibus lectio plantatur VII sunt: uisus auditus penna manus atramentum caera cartha. Hir̃. Nutrimenta quibus lectio crescit IIII sunt: discendi scrutandique sedulitas, docendi scribendique frequentia. Hir̃. Tribus modis lectio contexitur, litteris accentibus syllabis. Duobus modis lectio consistit natura et compositione. Hir̃. Duabus qualitatibus lectio utitur duplici

Digitized by Google

simplicique. Lectio dicta est quasi litterarum statio. Litterarum etenim status per recidentis uocem stare uidetur. Lectio est quasi linita quod per lineas recidendo (recidando *cod.*) lector percurrit.

*Quis uero illa Hir̃ nota significetur uir doctus et grammaticus, explicare non possum, nisi forte ad hanc quaestionem enodandam quid ualere dicas, quod Heracliti ni fallor nomen paulo ante in eodem illo tractatu 'Hirclitus' scriptum est: 'Hirclitus dicit: non sudantes* (suda"tes) *philosophi uix intellegunt.'*

4) *Extant porro in codicibus 338 et 339 saec. X—XI forma, quam uocant, duodecima Rufinus in metra Terentiana et Prisciani scripta minora, idest de numeris et ponderibus, de metris Terentianis, praeexercitamina de fabula. Quos codices gemellos dixeris: sunt enim ita comparati, ut neuter ab altero descriptus esse dici possit, utrumque uero ex communi archetypo proxime manasse certissimum sit. Atque id ipsum inde quam maxime probari potest, quod idem fere est in utroque codice uersuum ordo uerborumque in singulis paginis eadem dispositio. Continentur praeter ea in cod. 338 Boetius in ysagogas Porphyrii lib. V et in fine Germanici Aratea; in cod. 339 uero Isidori de uita uel obitu sanctorum.*

*Codicis 338 auxilio usus est J. C. Orellius, cum Ciceronis opp. V p. 183 seq. eam Rufini partem, quae ad Ciceronem ceterosque oratores spectat, edebat, neque tamen hoc negotio ita bene functus est uir clarissimus, quippe qui in edenda illa operis particula codicis Einsidlensis plus centum et septuaginta locos aut praue descripserit aut omnino neglexerit. Itaque non erat, cur ab Halmio Rhett. Latt. praef. p. XIV laudaretur. Sed de hoc ceterisque scriptis, quae istis libris continentur, diligentius in Analectis Einsidlensibus agemus.*

5) *Prisciani institutiones de nomine pronomine et uerbo saec. XI scriptae in cod. 15 extant pone Eutychis artem collocatae; in eiusdem maius opus grammaticum scholia, quae codici 32 insunt, peculiari commentatione, cum de Prisciano agemus, praef. partis III sect. IV cap. 3 percensebimus. Praeterea cod. 60 saec. XII eius tractatum in primos uersus XII Aeneidos continet.*

6) *Deinde in Sallustii cod. 203, quem accurate tractauit et contulit I. C. Wirzius progr. Argov. 1867, fol. 88ᵇ propter uerba: 'ne siti conficerentur exercitus Rutilium legatum' Sall. Iug. cap. L init. haec margini aspersa sunt:* Notandum quod omnia uerba infinitiui modi ponit pro praeterito perfecto indicatiui modi, sicut et Solinus et Plinius nec non Tertullus.

*De hoc loco cf. Charis. p. 340, 34 seq.*

7) *Denique in cod. 300 saec. XII p. 95—105 latet carmen grammaticum per tres libros diuisum ab his uersibus incipiens:*

Digitized by Google

p. 95 De uoce primus liber est et partibus eius,
De quid litera sit, quibus et quot partibus insit.
Vox est ut dicunt, aer tenuissimus ictus
Aut hoc sensibile, proprie quod discitur aure
Articulataue non uox literulata fit aut non
Articulata fit ex animo, contraria nunquam.
Quae species tot agunt, discrimina quatuor hec sunt:
Commiscentur enim discrimina bina uicissim
Vt dux a duco, uox dicitur a uoco uerbo
Siue boo greco, reboo componitur ex quo.
Littera compositae uocis datur athomus esse
Vt caute dicam: quae scribitur illius, inquam,
In constructura uocis quia nil minus ipsa etc.

*Desinit liber primus in hos uersus:*

V. 376 Nominis in fine tenet M prior S loca mute.
Namque per i medium formare solet genitiuum:
Sic ab hiems hiemis, uelut ex urbs nascitur urbis.

*Libri II initium hoc est p. 98:*

(*rubr.*) Hactenus haec primus liber edocet, inde secundus,
Littera litterulas ubi non, ubi transeat, in quas
Que sit cognatio sua uel quis cuilibet ordo.

---

Littera fert species uocales conresonantes (*an* conque sonantes?)
Sub uocalibus hae, quae sunt longaeque breuesque
Sub remanentibus hae, quae sunt simplaeue duplaeue
Aut aspiratae uel non harum mediaeque etc.

*Vltimi uersus hi sunt:*

V. 409 Vt nubo nupsi, pariter scribo quoque scripsi
Fitque soni causa, nolit licet analogia.

*Libri tertii in. p. 103:*

Quae scribi potis est, ut dicitur, syllaba uox est,
Non intermissus cui spiritus et tenor unus etc.

*atque finis eiusdem p. 105:*

V. 216 Si rogo: 'quid summum sit uita', dat quis 'honestum'.
Ecce fit ex uno sententia congrua uerbo.
Finis.

*Hoc igitur carmen mille decemque uersuum Venerabilis Pater Gallus Morelius Einsidlensis, cuius amicitiae speciminum supra propositorum apographa debeo, recte uidit Prisciani praecepta in tantum sequi, ut ipsa plerumque Prisciani uerba expressa sint.*

*Denique huc referas cod. Eins. 172 commenta in* Donati *artes et barbarismum, quae huius libri p. 202 s. edidimus (cf. supra p. XLII not.) et* Terentii *tractatum de uerbo cod. 32 p. 206, de quo praef. partis II cap. XI agemus.*

Digitized by Google

# C.

## DE LIBRIS TVRICENSIBVS.

*Codicum Turicensium ad grammatica studia pertinentium praeter illum, qui* Sedulii *in* Eutychem *commentum continet (cf. praef. partis II cap. I), omnium celeberrimus est cod. C 58 (275) membr. fol. duabus columnis saec. XII scriptus, ex quo cum olim temporum angustiis coercitus non nisi pauca excerpsissem, Eduardus Woelfflinus meo rogatu et amicissime et diligentissime, quae ex re mea fore uidebantur, descripsit scripturae habitu atque conpendiis apicibusque tam accurate depictis, ut codicem ipsum manu tenere mihi uiderer.*

*In primis igitur libri foliis carmina distichico rythmo conposita leguntur uarii argumentii, ut p. 5 col. 1:* Contra romanorum auariciam; *col. 2:* De iudeo in latrinam lapso; *p. 6 col. 1* UERSUS DE ROMA· MELIORES q̄n SIT A ROMA; *p. 7 col. 2* EPITAPHIŪ HECTORIS *aliaque epitaphia; p. 14 col. 1* SEPTEM · MODIS PECCATA · DELENTUR; *p. 15 col. 2 epitaphia uaria; p. 16 col. 2* UERSUS · SCĪ · AUGUSTINI · DE CEREO (*cyclo?*) paschali; *p. 17 col. 2:*

Magnus aristotiles trutinando cacumina rerum
In duo diuisit quicquid in orbe fuit etc.

*Secuntur XVI uersus argumenti mathematici. Post hos hi leguntur uersus uno, ut uidetur, tenore superioribus subiuncti:*

In deriuatorem nomen participato.
Perspicienda minus non est inflexio casus.
In medio finem dat syllaba nulla sonantem
Syllaba quae sequitur si qua non incipiatur
Per se finalisue uocalis secla sonantis
Sit nisi uerborum coniunctio conpositorum.
Finem qua talem·statui licet ante uocalem
Numquam sectantem donandeͦ sonante uocalem.
Nulla sonans alia dupla retro uel ante statuta
Supposita liquida si non est littera muta
Incipit amicta quae syllaba fit geminata
Exceptis in eis: 'spondeo mordeo' uerbum (*leg.* uerbis).

Vt geminatarum breuis est semper prior horum
V sub o prestat (prestaī *cod.*) a sub et i sed utramque secunda
Dyptongos duplices quas dicimus esse uocales
N m substat et s, nisi ($\overset{n}{m}$ *cod.*) cum sint seminocales
S b c q p t praestat c p t b g sed de
Nec non m c d cum g subponitur et t.
Et reliquis mute liquidis sunt praepositiuae
E (*cod.* En) non conpositis hoc autem cernito uerbis.
Est nam uerborum non semper conpositorum
Accuitur certe penultima longula quaeque (q̃;)
Praeter ab inde duplis de quando uel in geminatis
Ante per exemplum soliti cognoscere uerbum
Aut aliam partem cum prima postque uocalem
Consona sola uenit de qua noua regula creuit
Quam mihi Seruiolo placuit subscribere libro.
Quod simul inde sapis, est omnis syllaba qualis.

Ante b fit breuis a retinet quam sillaba prima
Fabula uel fabor cum stat producitur labor
Et stabit (scabi *cod.*) labes pariter quoque papula tabes
Stabat (S stabat *cod.*) cum stabit cum nabat denique nabit
Flabat cum flabit haec metricus haut breuiabit
Haec producuntur non quae tamen inde trahuntur
Si b quidem seruant, alias sed (se *cod.*) longa retentant
Ante c non breue sit quotiens b p. ue supersit
Excipies baculum spacium placet atque placantia pacis
(*leg.* Excipies spaciis placet atque placantia pacis)
Que sic scribuntur simul omnia corripiuntur
Acer idest fortis facundia machina longis
D pariter (de pariter *cod.*) iungit: draco tardoque reducit
(p. 18 col. 2) Ante d fit breuis et si quam producere quaeris etc.

*Deinde p. 21 col. 2 haec scripta sunt:*

Est antiquarum liber hic sententiolarum.

Formae casuales nominum VI (VII *cod.*) sunt: monoptota diptota triptota tetraptota (detraptota *cod.*) pentaptota exaptota. Monoptota sunt quae pro omnibus casibus uno casu funguntur, ut huiusmodi huiuscémodi illiusmodi eiusmodi (e$\overset{o}{i}$mó *cod.*) cornu ueru, in quibus non nisi unus obliquus inuenitur casus ut sponte. Dyptota sunt in quibus non nisi duo diuersi inueniuntur casus ut fors forte uicem uice. Triptota sunt ut omnia prime declinationis quae in a definiunt ut Musa Musae Musam. Tetraptota sunt in quibus quatuor diuersi casus inueniuntur ut quaeque (q̃;) secundae declinationis uerba, sicut magister magistri magistro magistrum. Pentaptota sunt, ut omnia secundae declinationis uerba in us desinentia, ut iustus iusti iusto iustum o iuste.

Exaptota sunt quae sex diuersos casus habent, ut unus unius uni unum une ab uno.

Áfférrésin dicúnt dé uérticé quándó récídunt
Éx médiástíná fit sincópá párté récísá
Pártéqué súbtráctá dícétúr ápócópá fáctá
Sex habet haec sibi scemata lingua Latina
Frontem dat prothesis quam negat afferesis

Digitized by Google

Penthesis hoc reddit medium quod sincopa tollit
Addit paragoge, subripit apocope.

Amphiboloicon est figura dubiae orationis sicut cum aliquid dicimus quod diuersis modis intelligi potest et quando illud ex industria dicitur bonum est, si autem ex iudicio dicimus malum est. Parentesis figura interpositio est ut in auctoribus assignatur. Perifrasis figura est circumloquentium. Yperbole figura est excessio fidei. Epilogus figura est crebra repeticio sententiae. Diasirtica figura est oratio deceptoria. Sinodoche figura (f.) est quando pars pro toto ponitur. Apostrophat, qui de absente tamquam praesens sit loquitur. Apinosis (Tapinosis) est figura magnae rei humilis descriptio uel etiam paruae rei magna descriptio.

*Sequitur:* DE·PASCHA·UBI·CONTINGAT.

*Reliqua autem libri pars fere tota homiliis Germanico sermone scriptis tractatibusque eiusdem generis medicis repleta est. Dierum Aegyptiacorum carminis, quod extat p. 284, Guilelmus Schmitzius olim mentionem fecit mus. Rhen. 1868 p. 521.*

*Quae uero ad grammaticam spectant, haec sunt:*

p. 285 col. 1: Regulae et uersus de formis praeteritorum.

Omnia uerba primae coniugationis et actiuae terminationis a secunda persona praesentis temporis formant praeteritum perfectum abiecta s littera et addita ui sillaba, ut amas amaui exceptis XV cum eorum conpositis plerisque. 'Plerisque conpositis' dico ideo quia conposita a plico cum praeposicionibus faciunt praeteritum in ui diuisas ut implicui. Conposita cum nominibus faciunt praeteritum in aui, ut multiplicaui. Omnia uerba primae coniugationis (*in marg.* ·II·), quae regulariter formant praeteritum in aui ui mutata in tum faciunt supina, ut amaui amatum. Similiter quae in ui diuisas in itum, ut uetui uetitum exceptis in co desinentibus, quae omnia in ctum faciunt, ut secui sectum, praeter plico, quod facit plicitum et mico, quod non habet supinum. Dedi uero facit datum, laui lotum uel lautum, iuui iutum, steti statum, quod secundum quosdam producitur, ut in Lucano (*cf. Prisc. I p. 474, 9—15*):

Constatura fides superum.

Secundum alios corripitur, unde:

quorum stata tempora flatus.

Sed Priscianus uidetur uelle, quod sit correpta de hoc supino statum loquens.

Omnia uerba secundae coniugationis in ueo desinentia eo mutata (*in marg.* ·III·) in e faciunt praeteritum penultima producta, ut moueo moui et secundum hoc conniueo conniui et ferueo ferui et non ferbui; hoc enim est a ferbeo.

Omnia uerba, quae faciunt praeteritum in ui, ui mutata in tum faciunt supinum exceptis pasco et ceteris, quae in praesenti uersiculo continentur. Nota quod illa scilicet pasco et cetera excipiuntur, non quia faciunt supinum in tum (tion *cod.*) sed quia in formacionibus eorum aliquid additur uel mutatatur, quod in singulis patet in omni coniugatione. Nota quod omne supinum formatum ui mutat in tum, producit penultimam praeter sex, scilicet quitum situm citum satum litum itum. Propterea agnosco et cognosco agnitum et cognitum faciunt.

*Secuntur uersus de eadem re, quorum super singulis uocabulis glossemata posita sunt eadem, qua uersus, manu, quae, quia plurima necessaria erant ad uersum ipsum intellegendum, in describendo neglegi debere non putaui:*

sillabam litteram ut amas amaui
As in praeterito ui suscipit s remouendo.
quindecim
Non sic formantur ter quinque, set excipiuntur.
po mo das co uo stas co uo co to uo co bo no
(p. 285 col. 2) Cre · do · do · mi · ui · sto · plico fri · so · ne · ue · la · se · cu · to ·
duo habet praeterita secundum alter(um) non excipitur
Et neco, quod necui facit et quandoque necaui.
ut multiplicaui i. cum nomine conpositum. multiplicas
Aui praeteritum plico dat cum nomine iunctum.
i. sine nomine diuisas ut aplicui quia reperitur applicaui
Hoc sine praebet ui, tamen et reperitur in aui.
supinum facit
Regula praeteritum formando supinat in atum. Regula de supinis II.
in eo (*leg.* co) desinentia i. plico quod facit plicitum et mico quod caret supino
Ista supinantur, plicat et micat excipiantur.
diuisas
Quod dat ui, dat itum, nisi desinat in co, sed in ctum (*cod.* cium)
necui nectum facit et quando necatus
Sicque neco nectum facit et quandoque necatum.
ut moueo. ui. motum in omni coniugatione
Dat ueo ui per tum, ui format uique supinat III·
co ueo ueo deo uo uo uo nosco micio pelio
Excipe pas · ca · fa · se · la · sol · uol · ag · cog · et a · se ·
Vi tum dante perit uocalis non breuiata.
tum tum tum tum tum tum i. conposita
Qui · si · ci · sa · li · i · demantur et inde creata.
i. uocalis ut rideo. si. ardeo. si.
Litera longa uel ar · deo si facit, excipe stridi.
ut sedeo. di. uideo. di.
Si breuis est e uel i, producitur adque facit di.
ut pendeo et spondeo
Ante deo ueniens e uel o liquida mediante
i. praeteritum ut pendeo pependi spondeo spopondi
Principium geminat, si muta uel m uenit ante.
dicitur enim suspendi non suspendidi.
Si conponatur, geminata non geminantur.
i. generalis regula in omni coniugacione posci ti di dici
Lex erit haec cunctis, sed po · ste · de · dique remotis.
diuisas uel pransus pransum
Haec praeter per ui dic praeterit: excipe prandi.
ut rideo. si uideo. di totondi risum uisum tonsum
Dans deo si uel di geminansue supina dat in sum
i. faciens praeteritum in ui diuisas ut candui si haberet supinum regulare esset canditum
Preteriens in ui dant itum nullumue supinum.
i. secundum regulam sesum contra regulam
Sic sedeo reddit sessum, tamen s geminauit.
etiam contra regulam
Gaudeo gauisum praebet, uult regula gausum.
in praeterito l ut fulgeo fulsi tergeo tersi lugeo luxi i. uocalis longa praecedens
Si facit l uel r ante geo xi littera longa
ut augeo auxi diuisas ut rigeo rigui
Vel dyptongus habet, in ui geo cetera format.
uerbum in ui faciens praeteritum non habet supinum
Prebet ui nullum si parsum (*leg.* supinum), xi facit in ctum.
ut torqueo torsi torsum ut tortum uel distortum
Si queo sumque facit tamen in tum pluraque reddit.
in eadem sillaba ut fleo fleui suppleo suppleui ut fletum suppletum
Addita muta leo facit eui uique facit tum.
leo les leui oleo oleui et ex eis conposita similiter
Sic leo, sic oleo de se facit omne creatum.
i. talis terminatio diuisas ut doleo dolui
Cetera uerba leo per ui facit absque supino.
neo beo o luceo ceo reo ceo be
Cetera sunt in ui ma · iu · ne · pol · lu · he · mul · sor.

Digitized by Google

diuisas
Excipias: in ui quae preteriere, supino
ceo seo neo
Vi faciunt itum aut caruere do · cen · te · remoto.
ceo ceo reo leo reo leo
Sex retinent neutra pla · no · ca · ua · pa · do · supra.*)
(p. 286 col. I) Con (= *cum*) dat ui pateo, dat passum, torreo tostum.

Super uersum illum: 'Litera' (*u. 15*). Omnia uerba secundae coniugationis in deo desinentia faciunt praeteritum in ui diuisas, ut candeo candui praeter prandeo prandi uel pransus sum et exceptis illis, quae ante deo habent uocalem naturaliter longam uel sillabam, quae omnia faciunt praeteritum in si praeter strideo stridi et exceptis illis, quae habent ante do e uel i correptam quae producendo penultimam faciunt praeteritum in di, ut uideo uidi et exceptis illis, quae habent ante deo e uel o interposita liquida et praecedente muta uel m, quae omnia geminant principalem sillabam, ut tondeo totondi exceptis conpositis.

Super uersum illum 'principium' (*u. 18*) haec est regula.

Omne uerbum conpositum a uerbo geminante principalem sillabam non geminat (geminant *cod.*) eandem exceptis conpositis ab istis quattuor poposci de$^{po}$posci steti astiti dedi circumdedi didici addidici. Omnia uerba in deo desinentia faciunt praeteritum in ui diuisas et raro habent supina. Sed si *si* habuerint, regulariter faciunt in tum. Omnia alia uerba uel in si uel in di desinentia uel geminantia principalem sillabam faciunt supina deo mutata in sum, gaudeo intercip (*sic*) et i uocalem mutat in consonantem u, ut gauisum. Nota quod contra regulam sedeo geminauit s, ut sedeo sessum. Secundum hanc regulam sedeo mutat deo in sum, sed contra regulam s geminauit ne si diceretur sesum, putarentur esse duae dictiones se et sum. Omnia uerba in geo desinentia l uel r antecedente geo mutata in si faciunt praeteritum, ut tergeo tersi. Dicitur tamen tergo tergis, non quod a mulgeo quidam dicunt mulxi causa differentiae, quia a mulgeo dicitur mulsi. Omnia uerba in geo desinentia uocali longa uel dyptongo antecedente geo mutant in xi, ut lugeo luxi augeo auxi. Omnia alia uerba in geo desinentia eo in ui diuisas mutata ‖ p. 286, col. II ‖ faciunt praeteritum, ut rigeo rigui exceptis illis, quae habent l uel r uel uocalem naturaliter longam uel dyptongo, de quibus iam dictum est. Omnia uerba in geo desinentia, quae faciunt praeteritum per ui diuisas, supino carent, sed quae per si praeteritum faciunt, supina dant in sum. Omnia uerba in queo desinentia faciunt praeteritum in si, ut torqueo torsi et supinum si mutata in sum, ut torsum. Tamen frequentius in tum, ut distortum. Omne uerbum secunde coniugationis in leo desinens praecedente muta in eadem sillaba in (ut?) fleo et omnia conposita a leo et in eo faciunt praeteritum eo mutata in ui, ut fleo fleui, deleui aboleui. Alia omnia in leo desinentia per ui diuisas faciunt praeteritum, ut doleo dolui. Quae uero faciunt in ui, faciunt supinum ui mutata in tum; quae per ui diuisas, carent supinis, nisi quod dicitur dolitum, inde doliturus. Sed quod neutra habeant supina, dicetur postea. Et nota, quod oleo duo habet praeterita oleui et olui, et imo (oleo? *to cod.*) ab eo conposita habent duo, ut aboleo aboleui et abolui et duo supina aboletum et abolitum. Omnia uerba secundae coniugationis praeter praedicta faciunt praeteritum in ui diuisas, ut tono tonui (*leg.* teneo tenui) praeter haec octo: maneo iubeo neo polluceo luceo hereo

*) Correxi codicis scripturam u. 33 mo$^{neo}$, u. 35 ui faciant in itum caniere do$^{ceo}$ etc., u. 36 pa$^{leo}$ male exhibentis, cf. glossam in fine huius paginae sequentisque initio propositam.

mulceo; sorbeo tamen sorbui dicitur. Omnia uerba secundae coniugationis per ui diuisas facientia praeteritum, uel non habent supinum uel faciunt in tum penultima correpta praeter doceo doctum et censeo censum et teneo tentum. Nota quod sex neutralia in secunda coniugatione inueniuntur habere supina, ut placeo noceo caueo pareo doleo ualeo. Nota etiam quod torreo et pateo cum faciunt praeteritum in ui diuisas sillabas, similiter excipienda, sed Priscianus de his non facit mentionem.

ut facio feci ut perficio perfeci
A breuis ante cio con conpositis facit eci.
alia habentibus a ante cio ut aspexi aspectum
Elicui praeter cio cetera format in exi.
ut elicitum feci factum aspexi aspectum
Elicui dat itum, ci uel xi transeat in ctum.
i. huiusmodi uerbum i. in omni coniugatione
Si praesens tenet a, tenet hic et ubique supina.
ut fodio fodi fossum fugio fugi fugitum
Dat di sumque dio, gio gi dat itumque supino.
ut rapio rapui diuisas
p.287 col.1) Dat pio semper ui sine cepi siue cupiui.
ut raptum quae faciunt cupitum et sapitum
Ptum facit omne pio, cuplo sapioque remoto.
unde partus partus partui et paritum sed non inuenitur nisi paritura
Dat peperi pario, partum paritumue supino.
ut quacio quassi quassum in praeterito et in supino duplicat s. ut quassum
Dat si sumque cio sed utroslibet s geminando.
diuisas diuisas
Semper uo dat ui: debet struo uel fluo demi.
quod facit plui et plutum ut acui acutum
Et pluo dehinc utum producit dando supinum.
et io excipiendum est ut rutum i. aliqua ut metuo et spuo et iruo.
Dat ruitum ruo siue rutum, nonnullaque nullum.
sillaba ut soluo solui solutum
Luo precedens de uo ui format et utum
naturaliter ut uiuo uixi uictum
Longaque precedens uocalis xi facit et ctum.
ut nubo nupsi nuptum i. uocalis naturaliter longa praecedit
Bo psi tumque facit, si litera longa preibit,
ut bibo bibi lambo lambi
Cetera bi faciunt preter quae (que) de cubo fiunt.
ut bibitum
Et nisi faciat per itum bo cuncta supinat.
ut duco duxi naturaliter
Si co preueniat, uocalis longa facit xi.
si ponatur in praesenti in praeterito ut uinco uici quiesco quieui
N uel s abicitur: hec si facit, illa facit ui.
quod a quiesco formatur. a disco conpescui a posco
Excipe conquesci didici conpesco poposci
inchoatiua
Et que preteritis caruerunt atque supinis.
penultima in praesenti corripitur et in praeterito et supino producitur
Ici preteritum prebens ico migrat in ictum.
duplex habet praeteritum parsi et peperci
Praeteritum parco dat parsi siue peperci.
ut dico dixi dictum ut uinco uici uictum
Xi uel ci dat ctum, ui dum facit: excipiasquae (que)
A formatione. nam forma propter paui pastum et agnoui et cognoui agnitum et cognitum.
Excipienda docet excepta prima secunda.
ut discitum conpescitum poscitum
Dat in itum (Dat et in itum *cod.*) disco conpesco posco supinum.
ut ludo lusi
In si do uertit si per se longa preibit.

Digitized by Google

do do do do
Ante do uocalis est fi · stri · ce · pe - remotis
ut condo condidi . prodo prodidi
A do conposita formantur di geminata.
Ante do si ueniat u uel i simul n mediante
quae erat in praesenti.
In di praeteritum, sed in his non demitur ante.
ut pando pandi
Nil aliud mutans prebet per cetera di do,
quod facit diuisi ut pendo pependi . cado cecidi.
Diuido si demas et quae fiunt geminando.
ut ludo lusum omnibus quae terminantur in do praeter conposita a do das
Do sum prebet in his exceptis a dare natis.
a do conposita ut proditum . hoc additur propter abscondo quod facit absconsum.
Illa supinantur per itum quociens geminantur.
absconditum abscondidi absconsum . su.
Abscondo dat itum geminans di, non geminans sum.
ut findo fidi
N quibus eripitur, penultima si breuietur,
in supino fissum ut fusum
Additur s duplex; si longa sit, s ibi simplex.
Dans passum pando subducit n s geminando etc.

*Extenditur is tractatus usque ad p. 291 col. I ('Expliciunt uersus de formis preteritorum'), quem tantum ex tertia fere parte euulgaui, quod ad cognoscendam opusculi indolem haec sufficere putaui.*) Quae quamquam singulari quadam ratione ac satis argute conposita sunt, tamen, quia antiquiora praesertim medii aeui studia grammatica perscrutanda eque codicibus eruenda atque colligenda suscepi, talia posteriorum temporum rudimenta ut non neglegenda plane, ita non erant quod dicunt cum puluisculo exhaurienda.*

*De Prisciani codice C 37 (280) sequenti capite (p. LXXVI not.) agemus. Extant praeterea Turici quaedam Priscianea in cod. 123 saec. XIII ('Explicit priscianus constructus Amen. — Explicit accentus prisciani') Donati opusculis priori loco scriptis.*

*) Est autem hic de formis praeteritorum tractatus scriptus a Petro Riga († a. 1209), cf. Thurotum 'Extraits des manuscrits' tom. XXII part. 2 p. 26. 27.

Digitized by Google

# PARS II.

## ANECDOTORVM HELVETICORVM COMMENTARII.

Digitized by Google

Digitized by Google

# I.

# COMMENTVM SEDVLII TVRICENSE IN EVTYCHIS ARTEM DE DISCERNENDIS CONIVGATIONIBVS.

---

## Cap. I.
## DE LIBRIS MANVSCRIPTIS.

*In hoc praeclaro doctrinae, quae per medium quod uocant aeuum uigebat, grammaticae fragmento et edendo et emendando duobus nobis codicibus et uetustis, ut uidentur, neque nimis corruptis uti licuit. Quorum alter Turicensis C 99 saec. IX scriptus foliis XXXI, quorum initia ubique adposuimus, praeter illud ipsum commentum nihil continet, adeo ut uel extrema libri pagina scriptura omnino careat. Sed cum nullus ibi manu antiqua titulus praefixus esset neque ipsa manus recentior, qua 'de grammatica' praescriptum est, auctoris nomen commemoraret, praeclaro casu accidit, ut Francisci Buecheleri iucundissima comitate alterius codicis notitia inbueremur, cuius ope et uerba multifariam emendari possent atque cognosci, quisnam opusculi minime spernendi auctor fuisset. Nam in eo codicis apographo, quod Buechelerus mihi transmisit, disertis uerbis superscriptum est:*

Incipit commentariolum sedulii in artem eutitii grammatici.

*Neque tamen certo scio, utrum haec manu antiqua an recentiori scripta sint: nam omnino neque de tempore, quo scriptus esset iste codex, neque de loco, ubi seruaretur hodie, quidquam potui conperire, quamuis et efflagitarem ego cupidissime et Buechelerus, quidquid ipse conperisset, sedulo mihi panderet. Quorum summa haec est: Cornelium Bockium professorem Friburgensem collegam suum permisisse sibi olim, ut codicis siue Bruxellensis siue Haagensis apographon, quod ipse, dum apud Belgas moratur, confecerat, suum in usum describeret; quod cum Buechelerus faciendum curasset atque adeo ipse apographon suum cum archetypo Bockiano diligenter contulisset, postquam uirum illum liberalissimum, ubi codicem inuenisset descripsissetque, interrogauit, certum ab eo responsum tulisse nullum, quia ipse id iam satis se scire negasset,*

Digitized by Google

*utrum Parisiis an Bruxellis an Haagis repperisset. Hoc uero identidem eum adfirmasse, librum et peruetustum esse et Bobiensem olim fuisse. Buechelerus igitur, cum, quae his adderet, non haberet et ne de ipsa quidem libri aetate accuratius me docere posset, Bockium ipsum per litteras adii, quibus ille nihil rescripsit. Iam quod codicem propria sede domoque adhuc carentem, quia Buechelerus Bockio auctore Bobiensem appellauerat, B littera signaui, ne quis iudex male candidus, perspectis quas modo dixi tenebris, praepropere factum esse dicat, ut uel Bockianum abhinc uel Buechelerianum appellet, lubenti concedam animo.**)

*Atque eius archetypum in Belgarum bibliotheca nescio qua latere fidem facit codex Bruxellensis a Bockio ad emendanda Eutychis uerba passim in margine adhibitus.*

*Id quoque non satis constat, quid praeterea in codice archetypo scriptum fuerit; quamquam alia Sedulii Scoti scripta eiusque in Prisciani artem commentum librosque Priscianeos Buechelerus infuisse auctor est; quae uero in Buecheleri apographo insuper leguntur, haec sunt ex Prisciani lib. VIII excerpta:*

Prima species, quae apud Graecos *βαρύτονος* appellatur, ex consonantibus ante ω finalem inuentis ordinem VI coniugationum significat, quarum prima tres cognatas habet consonantes, idest β π φ omniaque huius coniugationis uerba per ψ declinantur in praeterito, ut *κρύβω ἔκρυψα, λείπω ἔλειψα, ἀλείφω ἤλειψα.*

Secunda quoque III idest γ κ χ, quae per ξ effert praeteritum, ut *λέγω ἔλεξα, εἴκω εἶξα, ἄγχω ἦγξα.*

Tertia similiter III idest δ τ ϑ, quae per simplicem σ praeteritum effert, ut *ᾄδω ᾖσα, ἀνύτω ἤνυσα, πλήϑω ἔπλησα.*

Quarta per ζ uel duplicatum σ profertur et praeteritum per σ facit, ut *φράζω ἔφρασα, πλάσσω ἔπλασα.*

Quinta per liquidas apud Graecos profertur easque seruat in omni praeterito, ut *τίλλω ἔτιλα, νέμω ἔνειμα, τείνω ἔτεινα, σπείρω ἔσπειρα.*

Sextam quoque coniugationem dicunt, quae per ω puram effertur, ut *ἱππεύω πλέω βασιλεύω*, qualia sunt apud nos omnia secundae et quartae coniugationis uerba quippe in eo uel io desinentia.

1 *cf. Prisc. I p. 445, 17—21 H.* que grecos ΒΑΡΙΤΟΝΟC 2 ante o 4 preterito ut ΚΡΙΒΟ CΙΚΡΙΨΑ ΛΙΠΟ ΕΛΙΨΑ ΛΙΦΟ ΕΛΙΨΑ. 6 *cf. Prisc. I p. 446, 7—9 et Macrobii excerpta Parisina Gramm. Lat. V p. 602, 5 K* que preteritum ut ΛΕΓΟ 7 ΕΙΚΟ ΑΓΧΟΑΓΞΑ 8 *cf. Prisc. I p. 446, 18. 19 et Macrobii exc. p. 602, 6* que c preteritum 9 ΑΔΟΑΔΟΝCΑ ΑΝΙΤΟ ΕΝΙCΑ ΠΑΝΤΟ ΕΙΠΑΝCΑ 10 *cf. Prisc. I p. 447, 1. 2 et Macrobii exc. p. 602, 7* preteritum per c 11 ΦΡΑΖΟ ΠΑCCΟΕΠΑCΑ 12 *cf. Prisc. I p. 447, 4. 5 et Macrobii exc. p. 602, 8* grecos preterito ut ΤΙΑΜΟ CΤΙΑΜΑ ΝΕΑLΟ ΕΝΕΙΛΑ ΤΙΝΟ ΕΤΙΝΑ CΠΕΙΡΟ ΕΙCΠΕΙΡΑ 14 *Prisc. I p. 447, 12—14* que ut ΙΠΙΕΓΩ 15 secunde et quarte

*) In Bobiensi quidem catalogo antiquo a Muratorio ant. Ital. III p. 819 seq. exhibito Sedulii fit mentio in hunc modum p. 821 E: 'in primis Lib. . . . . . Sedulii ortograph'. . . . . . .; Euticis uero liber bis commemoratur p. 822 E: 'Liber I Ysidori — Prisciani minoris Bedae Clementis Euticis et alia opuscula' et p. 823 A: 'librum Euticis I.' Sed haec obscurius dicta ad profligandam eam quam tractamus quaestionem nihil ualent.

Digitized by Google

*Sequitur breuis tractatus de cyclo paschali:*

Terminum pascalem a. XII. kal. april. usque ad XIIII kal. maii. XIIII luna demonstrat. Terminum uero quadragesime a. VII idus februarii usque ad nonas mart. II. luna designat — post resurrectionem uel ascensionem domini apostoli quomodo pascha deberent obseruare nihil ordinare potuerunt, quia per uniuersum mundum dispersi ad predicandum fuerant occupati, sed quacumque die XIIII luna mense martio fuisset pascha celebrabant.

*Huius igitur libri, cuius et tempus et locus hactenus ignoratur, auctoritate adiutus haud paucos locos exempli Turicensis corruptos correxi atque correxissem fortasse plures, si prius mihi innotuisset; sed cum inter amouendos demum typothetae errores eius rei certior factus essem, dum temporis angustiis premor et bibliopolae beniuolentia abuti nolo, nonnulla praetermisi, quae lecturorum sagacitas cum deprehenderit, facile corriget. Praeterea p. 4, 13 pro 'dies' 'dices' corrigas, quod typothetae uitium est; p. 4, 14 uerba* 'cuius per' *litteris reclinibus scribenda; p. 5, 10 'in primis' pro 'inprimis' scribendum; f. 13, 8 Boetii quae proponitur naturae definitio in libello qui est contra Eutychem et Nestorium cap. IV legitur, quo quidem loco in uetusto codice Einsidlensi 235 'specificata' scriptum est; p. 35, 26 denique pro 'defectiuas' legendum 'defectiua'.*

*Iam si, quae ratio inter codices T et B intercedat, requiritur, breuiter res ita explicari possit, ut coniuncto utriusque libri auxilio quam maxime nobis opus esse dicamus. Nam cum T omnino pluribus laboret lacunis, in codice B maior singulorum uerborum corruptio est. Sed ipsum qui uocatur librum archetypum minime uitiis uacasse inde cognoscas, quod p. 37, 17 uerba 'quam speciales', quibus omissis sententia recte stare nequit, in utroque desunt uel quod p. 38, 6 pro 'per' utrobique 'prius' scriptum est aliaque multa, praesertim quae ad uerborum Graecorum p. 4. 5 propositorum scripturam pertinent.*

## Cap. II.
## DE SEDVLIO EIVS LIBRI AVCTORE.

*Restat, ut de auctore libelli eiusque auctoritate pauca dicamus. Nominatur igitur* S e d u l i u s *in Buecheleri apographo neque dubium est, quin ad eum ipsum referenda sint, quae Ioecherus (cf. Luc. Muellerum mus. Rhen. XX p. 359) tom. IV p. 470 commemorauit, alium quendam Sedulium Scotum origine a Caelio Sedulio poeta Christiano diuersum scripsisse 'collectaneum in omnes epistolas Pauli e S. Patribus', quod opusculum in bibliotheca Patrum extaret, item 'collectaneum in Matthaeum,* e x p o s i t i o n e m  i n  p r i m a m  e d i t i o n e m  D o n a t i,  c o m m e n t a r i o s  i n  a r t e m  E u t y c h i i, *opus de regimine principum de rectoribus Christianis et conuenientibus regulis, quibus respublica rite gubernatur', quae*

Digitized by Google

*scripta Lipsiis anno 1619 forma octaua edita essent; denique epistolas ad diuersos, quae nondum publici iuris factae essent. De eodem Sedulio egit Bährius hist. litt. Rom. suppl. III p. 365. 366 ita, ut commentarios in artem Eutychii et commentarios in primam uel secundam artem Donati et in maius uolumen Donati a Fabricio bibl. med. et inf. Lat. VI p. 158 commemorari neque tamen ipsos, quales essent, ullo modo nobis innotuisse diceret, cuius rei iam Arntzenius 1761 mentionem fecerat. Arntzenius uero commentarios in secundam editionem Donati scriptos dicit, Ioecherus primam amplectitur. Noua huic quaestioni difficillimae lux quamuis parua offulsit nuper Luciani Muelleri de uersibus Scoti cuiusdam de alphabeto scripta commentatiuncula mus. Rhen. XX p. 357—374, qui p. 359 'commentarios in maius uolumen Prisciani' Lugduni Batauorum extare refert cod. M. L. V. F 67.**) *Quem librum, quamquam Muellerus Bondamum secutus haud sane magni momenti esse iudicauit, tamen, quicunque hos Sedulii in Eutychem commentarios perlegerint, aequioribus fortasse oculis intuebuntur fietque, ut Sedulii nomine commotus illud quoque opusculum aliquis olim aut totum in lucem promat aut quae scitu digna uidebuntur excerpat cumque uiris doctis harum rerum studiosis communicet. Neque hoc loco praetermittendum, quod Buechelerus in codice B eiusdem Sedulii in Priscianum commentarios infuisse mihi indicauit, ex quibus fortasse excerpta sunt, quae supra tractaui p. LXXIV med. 1—16.*

*Itaque si Ioechero fidem habeamus, commentum in Eutychis artem quod hic proponimus iam olim anno 1619 Lipsiis editum fertur, quod ut credam, mihi persuadere minime possum. Nam ut omittam, nullum eius editionis usquam uestigium apparere neque esse quemquam aut ueterum aut nostrae aetatis hominum, qui in suas manus eam uenisse glorietur,*

---

*) Cf. Martini Hertzii praef. Prisc. p. XXVIIII, not. 110, qui eosdém in monasterii Sangallensis bibliotheca olim habitos esse ostendit; librum Leidensem iam Oudinus script. eccl. II p. 26 memorauit (cod. Voss. Lat. 21 num. 3). De codice Sangallensi, qui nunc Turici est C 37 (280) inquirenti Eduardus Wölfflinus amicus accurate rescripsit, in libri tegumento adglutinatam schedulam membranaceam haec praebere manu saec. XIIII scripta:

Cômentariolum sedulii | scoti in quadam dicta | pristiani gramatici.

Ipsum uero codicem nihil continere nisi Prisciani artem saec. XI scriptam: INCIPIT ARS PRAESCIANI etc. CVM OMIS̃ ELOQVENTIAE DOCTRINÃ — omniũ rerũ satur; PRESCIANI GRAMMATICI·XVIII·LIBER·DE CONSTRUCTIONE EXPLICIT FELICIT̃·AMEN — deinde alia manu saec. XI: 'Omni te simmache nobilitatis splendore celebratum a cômune' — quae sunt prima Prisciani de figuris numerorum uerba p. 405, 2 K. Ipsi libro monasterii Sangallensis sigillum inpressum est. Igitur, quia in illo codice commentarii Seduliani nec uestigium nec uola hodie inueniri potest neque Wölfflino auctore ulla codicis pars exsecta esse uidetur, fraudem nescio quam factam esse Sedulii commento arbitror, quae ut obtegeretur, ad ficticiam inscriptionem decursum est. Sed fortasse uerus Sedulii liber falsa inscriptione indutus in Sangallensi monasterio adhuc latet. Nam, cum anno 1712 bibliothecae Sangallensis thesauros Turicenses atque Bernenses inter se diuiderent quasi praedam iusta ratione captam, Sangallenses illo falsae inscriptionis inponendae artificio usos rarum Sedulii librum praedabundis uictorum manibus subripuisse perquam uerisimile est.

Digitized by Google

*ita, ut Keilius ipse talium rerum inuestigator acutissimus atque peritissimus nihil omnino de ea re sese umquam conperisse mihi sit confessus, est etiam certa causa, qua suspitionem confirmare atque sustinere possim. Quae enim Ioecherus collegit, ex Oudino Baylio Fabricio se petiisse ipse testatus est: cum uero neque Oudinus neque Baylius eius editionis mentionem faciant, Fabricii auctoritatem eum secutum esse efficitur. Fabricii autem locus a Schöttgenio auctus ita se habet (VI p. 158 ed. Ital.):*

'*Sedulius Iunior natione Scotus ..... Eius habemus ....*

3) *Commentarii in artem Eutychii teste Vsserio in Bibl. Thuanea fuerunt. Sic quoque Sedulio commentarii in primam (alii secundam) artem Donati et in maius uolumen Prisciani tribuuntur.**)

4) *Opus de regimine principum habuit Goldastus teste Labbeo: Sedulius de rectoribus Christianis et conuenientibus regulis, quibus est respublica rite gubernanda Lips. 1619 8 editus memoratur a Fabricio nostro*'.

*Iam uides, Fabricio auctore non omnia, quae supra commemorata sunt, Sedulii scripta Lipsiis 1619 dici prodiisse, sed solum de regimine principum opus. Remoueatur igitur ista editorum iam ante annos CCL grammaticorum Sedulii operum opinio falsissima. Quin etiam 'de regimine principum' libellus num reuera olim editus sit, Angelus Maius spicil. Rom. tom. VIII praef. V—VII ualde dubitauit, quae quidem suspitio in Herzogii lexico theol. s. v. a Neudeckero minime refellitur.*

*Quod autem ad commentarios in artem uel primam uel secundam Donati attinet, ab Oudino aliquot codices in Anglia seruati II p. 26 commemorantur: 'Item expositio Sedulii episcopi in primam editionem Donati inter Mss. codices ecclesiarum Angliae cathedralium et aliarum celebrium bibliothecarum codice 2942, in Mss. codicibus Norfolcianae apud Londinum bibliothecae codice 43.'*

## Cap. III.
## DE LIBRI INDOLE.

*Sedulii igitur opusculum, quod nunc primum editur, ita conparatum est, ut edidisse nos minime paeniteat. Multa enim scriptor tradidit, quae aliunde haud sunt conperta, quorum hoc inprimis memorabile est, quod Eutychis artem a diuersis multifariam tractatam et expositam esse testatur p. 13, 34; 15, 22; 16, 3. 21; 21, 19; 32, 21; 36, 25; quas quidem aliorum expositiones acutis sane argumentis usus caute atque circum-*

*) Librorum ad artem grammaticam pertinentium Ioannes Trithemius non nisi 'in maius uolumen Prisciani lib. I' et 'in secundam editionem Donati lib. I' commemorauit, cf. de scriptoribus ecclesiasticis ed. Freher. I p. 227.

Digitized by Google

*specte refutauit 16, 22; 20, 3; 21, 21. 32; 30, 2. 12; 31, 2—12; 32, 27. 35; 36, 28, quod ut recte fieri posset, diligenter omnia in omnes partes uersauit peruolutauitque, cf. p. 26, 16—33; p. 34, 17; 35, 18; 36, 9—12. Quin etiam ad codicum uarias scripturas recensendas et diiudicandas confugit p. 30, 2; 31, 2 atque audacter, quod male scriptum sibi uideretur, sustulit et emendauit p. 31, 6. Id quoque dicendum, non mediocri eum sermonis Graeci scientia inbutum uideri; huc referas, quae de Graecis coniugationibus haud indocte disputauit p. 3—6 atque illud, quod Graecarum figurarum usum probe cognouisse credendus est, cf. p. 2, 14; 22, 6; 24, 1. 17; 28, 34; 36, 25. Vt in uniuersum dicam, quid sentiam, libelli auctor pro difficultate atque nimia rei subtilitate interpretis officio non male perfunctus est; cui si dicendi quendam languorem sententiarumque crebram repetitionem uitio uertas, recte tu illud quidem: neque tamen argumenti ipsius magnam esse exilitatem negaueris.*

*Atque ex hoc tractatu fluxerunt, quae in codice Bambergensi corrupte subscripta esse refert H. Keilius praef. ad Eutychis artem p. 445: 'Euticius est uir ingeniosus — Eutex enim cognomen de agnomine ornatum', cf. p. 1, 14 — 2, 3.*

## Cap. IV.
## QVA AETATE LIBER SCRIPTVS ESSE VIDEATVR.

*Hunc igitur Sedulium grammaticum etiamsi eundem esse statuamus atque illum, cuius 'de rectoribus Christianis' libellum A. Maius edidit Spicil. Rom. VIII p. 1—69, iam de alterius nominis 'Scoti', quod uulgo additur, fide dubitari licet, quia hoc neque teste Maio praef. VI in Goldasti codice Heidelbergensi, quo 'de rectoribus Christianis' opusculum continetur, neque in codice B legitur. Nam in codice Turicensi nullus omnino adest titulus. Sed est, cur eundem esse utriusque operis auctorem minus credamus. Neque enim fortuitu accidisse arbitror, quod a Vergilio Marone grammatico p. 45. 46 ed. Mai., quo loco de diuersis uerborum formis disputatur, eo ipso Sedulii Romani cuiusdam mentio fit, Reguli Cappadocis nescio cuius ariolationes sanissimo iudicio refutantis. Itaque cum nostrum quoque Sedulium in illustrandis uerborum formis acerrime uersari uideas memineris que, haud spernendam ei uiro minimeque similem illius, qualis medii aeui temporibus Karolo Magno et Ludouico imperantibus fuisse pernoscitur, doctrinam inesse, facile animum tuum eo inclines, ut hunc ipsum uirum doctum a Vergilio quoque Marone laudari credas. Vergilium autem grammaticum aliquanto ante Karoli Magni tempora uixisse, nuper a uiris doctis demonstratum est.*) Itaque, quamquam Eutychianum commenta-*

*) Cf. Keilii progr. Erlang. 1868 p. 5 not. et Caroli Thuroti excerpta grammatica l. l. 'Extraits des manuscrits de la bibliothèque Impériale' tom. XXII part. 2 p. 61.

Digitized by Google

*torem Seduliumque a Vergilio laudatum eundem esse uirum crediderim, tamen multum abest, ut id, quod Osannus fecit 'Beiträge zur griech. u. röm. Litteraturgeschichte' II p. 125, ego quoque arbitrer, Karoli Magni tempore et Sedulium hunc et Vergilium uixisse. Nam hoc certe uerum est, opusculi illius, quod supra commemoraui, paraenetici, quod est de rectoribus Christianis, auctorem saeculi noni initio uixisse eundemque esse, quem Hepidamnus monachus Sangallensis uel quisquis fuit eius loci auctor (cf. Bähr. suppl. III p. 366, 2) anno DCCCXVIII clarum habitum esse refert, cf. Duchesnii histor. Franc. tom. III p. 473, Oudini script. eccles. II p. 26, Goldasti Rerum Alamannicarum I p. 8. Sed uel si quis dicat, quod Eutychis commentatorem a Vergilio Marone laudari suspicor, parum firmis niti argumentis, alio indicio certiore usus hoc certe adfirmare posse mihi uideor, utrumque opus non ab uno eodemque uiro profectum esse, aliumque esse Sedulium grammaticum, alium diuinarum litterarum interpretem uitaeque regalis bene instituendae adhortatorem. Hic enim per totum librum confessionis Christianae et scripturae sacrae meminit, cum locos singulos laudando tum ueteris testamenti prisca exempla proponendo, illum uero nusquam omnino de fide Christiana loqui uidemus ne illis quidem locis, quibus si episcopus Christianus uel sacrorum librorum peritus erat, id fieri quam maxime erat consentaneum, ut p. 13, 7; 26, 16—33. Deinde, qui p. 1 ed. Mai. u. 2—6 de artis ui atque auctoritate disputauit, grammaticae uel omnino litterariae artis, si grammaticus erat, haud debebat inmemor esse: at idem et in enumerandis boni principis uirtutibus et officiis litterarum atque artium cultum ne uno quidem uerbo tetigit. Accedit, quod alter noni decimique saeculi morem usitatissimum secutus uersibus distichis opus suum initiauit, grammaticus uero, etsi Alcuinus Smaragdus Petrus Clemens Cruindmelus alii libris suis grammaticis poetica praefixerunt prooemia, a uulgari ea auspicandi consuetudine plane recessit. Denique ualde dubito, num Karoli Magni tempore Graecarum litterarum studia adeo floruerint, ut eiusmodi res, quales p. 3—6 habentur, a quoquam grammatico doceri possent. Nam Ioannis Scoti Erigenae sermonis Graeci scientia ad interpretandos dumtaxat libros Graece scriptos uel uersus male condendos (cf. Labbaei gloss. Graec. praef.) ualuisse ueri simillimum est, quamquam et hunc 'deflorationem ex libro Macrobii de Graeci Latinique uerbi societate fecisse' post Vsserium auctor est Angelus Maius auct. Vat. tom. V p. 451.*

Digitized by Google

# II.

# ARS ASPERI GRAMMATICI.

## Cap. I.
## DE ASPERO EIVS ARTIS AVCTORE.

*De Aspero grammatico eius nominis tertio, cuius artem ad Donati exemplum scriptam hic primum publici iuris facimus, disputaturus ipso quaestionis initio non possum non libere fateri, falso me ante hos annos tres in scholiorum Bernensium ad Vergilii Bucolica et Georgica pertinentium praefatione p. 727, 24 Asprum quem uocant Iuniorem (p. 1725—1736 P; gramm. Lat. Vol. V p. 547—554 K) eundem esse credidisse atque hunc, ex quo schol. Bern. Georg. IIII 238 (p. 969) fluxisse ostendi. Recte enim Henricus Keilius in praefatione Aspro Iuniori praemissa p. 530 utriusque auctoris habitum adeo inter se diuersum esse contendit, ut alterum ex altero fluxisse minime credi possit. Duos igitur Asperos iuniores statuamus oportet, quorum is, quem hic edidi, quamquam parum in eo doctrinae inuenitur, tamen, quia ob codicum scriptorumque hanc artem laudantium uetustatem non post septimum fere saeculum uixisse putandus est, haud indignus mihi uidebatur, qui ex bibliothecarum tenebris ereptus in lucem aliquando prodiret, praesertim cum eum a medii aeui artigraphis passim in auxilium uocari animaduertissem. Laudatur enim ab artis Bernensis anonymae auctore bis p. 103, 22 et p. 133, 32 neque parui faciendum, quod a scholiorum Bernensium quoque collectore ad interpretanda Vergilii uerba adhibitus est.*

## Cap. II.
## DE LIBRIS MANVSCRIPTIS.

*Atque de nominis scriptura cum non discrepent inter se libri manuscripti a Keilio p. 529 recensiti (cf. Hermes I 2 p. 331), in quibus 'ars Aspri' uel 'Asperi' scriptum est, duobus artis Bernensis anonymae locis supra dictis et in codice Bernensi 207 sub calcem tractatus ipsius non 'Asper', sed 'Asperius' dicitur, cf. p. 61, 17 adnot.*) Quamobrem de*

*) 'Asporius' uocatur in arte aliqua codicis Parisini nr. 7560, cf. H. Keilium Herm. I p. 331, et C. Thurotum 'Extraits des manuscrits' tom. XXII part. 2 p. 62.

Digitized by Google

*uero artigraphi nomine etiam dubitari potest: ego antiquissimorum librorum auctoritatem sequi malui.* *) *Neque tamen in textu quem uocant constituendo codicis antiquissimi Bernensis 611 saec. VIII, uel adeo, ut Keilio placet p. 529, septimo scripti* **) *uerba expressi, quia hunc multis locis altero quem adhibui codice Bernensi 209 deteriorem esse animaduertebam. Hoc uno exemplo adlato dilucide perspici potest. Nam p. 47, 26 post uerba: 'Nam plurali numero accusatiuo casu hos focos hos muros per o litteram scribendum est' in cod. 611 statim sequitur tractatus de pronomine:* 'DE PRONOMINE·PRONOMEN *quid est? pars orationis, quae pro nomine posita tantundem paene significat personamque interdum recepit' etc., cum in codice 207 non solum adiciatur docta de poetarum quodam more expositio, quam non a librario nescio quo, sed ab ipso libelli auctore profectam esse uerba 'sicut supra diximus', quae ad p. 43, 27—30 pertinent, probabiliter demonstrant, uerum etiam quasi epistula dedicatoria inserta sit p. 48, 3—7, quam alius nisi ipse artigraphus scripsisse nemo possit. Accedit, quod uerba p. 48, 8: 'De pronomine uero nihil apertius fieri potest, quam quomodo in arte legimus Donati', quae et ipsa in codice 611 desiderantur, ab artis Bernensis anonymae auctore diserte Aspero tribuuntur p. 133, 32, cf. Keilium p. 530. Iam uero id moneo, me ea, quae in cod. 207 secuntur: 'Scribere ob hoc pronomen mihi non necesse fuit dupliciter' non ob hoc in textum recepisse, quia ab Aspero ipso dicta esse crederem, sed quia ubique hunc librum quasi ducem atque signiferum sequi statueram: nam haec certe eius librarii sunt, qui totum librum 207 summa ille quidem sedulitate atque diligentia confecit et quia f. 2ᵇ — 17ᵃ Donati artem scripserat, eius partem repetere noluit. Nam raro sibi a principe pergamena praeberi alio loco conquestus est f. 88ᵇ. Atque eadem fuit causa, cur tractatum de pronomine a Donato transcriptum totum omitterem, quia in cod. 207 deerat, etsi hunc iam ab ipso Aspero transcriptum fuisse certissimum est, quippe qui et quae de coniunctione p. 57, 15—29 et de interiectione p. 61, 14—19 scripsit, ad uerbum fere ex Donati arte minore furatus sit.*

## CAP. III.
## DE EMENDANDA ASPERI ARTE.

*Sed ut ad priora redeam, postquam p. 47, 26 seq. codicem 611 male deficere uidi, ubicumque in altero codice plura legi uidebam, ea ut ipsius Asperi uerba in textum recipere, illa uero in cod. 611 decurtate scripta in marginem reicere nullus dubitabam. Itaque p. 46, 22*

*) Eadem ratione Eutychis et Eutychii uel Euticis et Euticii nomina explicanda sunt nec non Audacis et Audacii (cf. Beda de metris p. 2363 P) forma duplex.

**) Dixi de hoc codice nuper annal. phil. Fleckeis. 1869 p. 731. 732.

*'Item aliqua de nomine. Murus fornus' etc. — p. 47, 12 'altare aplare cochleare dici debet', quae in cod. 611 plane desunt, quin ab ipso Aspero scripta sint neque a librario uel alio grammatico adiecta, non dubito et ob id, quia talia adiectamenta non in initio, sed in fine adglutinari solent, et propterea, quod non uideo, quomodo singulae istae obseruationes ad sermonis proprietatem pertinentes, quae inde a p. 47, 12 leguntur, nullo quasi glutine interposito statim post p. 46, 21 collocari potuerint. Atque idem de alio loco p. 54, 27 — p. 55, 22 statuendum est. Nam ut concedam, uerba p. 54, 27—29: 'ut a constanti constanter — a concordi concorditer et his similia' ab alio addita posse uideri, hoc de ceteris p. 55, 1—22 minime concesserim, quia de conparatione aduerbiorum artigrapho Donati artem primam interpretanti omnino agendum erat. Et reuera, quae de manca aliquot aduerbiorum conparatione p. 55, 3—10 obseruantur, optime ab eodem illo dicuntur, qui, cum de nominum conparatione agebat, p. 40, 1—5 similia tradidit. Itaque ea quoque, quae p. 55, 12—22 in solo cod. 207 leguntur, non tam ob eam causam, quia u. 12 'ut supra dictum est' (p. 54, 4. 9) additur, Asperi esse crediderim, quam quod tales formarum catalogos quam locupletissimos proponere ipsius mos est fere ubique obseruatus; idcirco, quia p. 54, 8—11 rariores aduerbiorum formas satis amplo exemplorum numero instruxerat, usitatas atque uulgares eo ornamento carere non passus, quae supra omiserat, in fine subintulit. Rectum enim sententiarum ordinem saepissime neglexit, quod inde ortum est, quod, quae de singulis orationis partibus regulariter dicta obseruari poterant, sub uno omnia conspectu proponere, reliqua inregulariter usurpata quasi appendicis loco subiungere maluit. Atque haec ipsa dum ex diuersis libris grammaticis congerere studet, saepe nimio colligendi ardore abreptus eo deductus est, ut neglecto, quo ista explicata erant, sententiarum conexu, prout liberet quidque, excerperet. Quo factum est, ut multis locis 'enim' uel 'nam' particula posita non habeat, ad quod referatur, cf. p. 47, 17. 26; 50, 21; 60, 19; similiter p. 60, 24 non est, quo 'haec uerba' pertinere dicamus, nisi auctorem male haec excerpsisse arbitremur. Ceterum uniuersus opusculi habitus is est, ut, qui scripsit, puerorum animis simplicissima artis grammaticae praecepta quam plurimis firmata exemplis inculcare uoluisse uideatur, quod ut efficeret, quae difficiliora erant intellectu, aut omnino praetermisit aut, ne hanc officii partem plane neglexisse putaretur, obiter atque raptim percursauit.*

*In emendando libello quae me fugerunt, haec sunt. P. 40, 5 'piior' scribendum erat; p. 42, 18 quod legitur 'gramen', paulo post 21 falso repetiui, cum codicis A scriptura 'gremen' potius 'germen' legendum esse demonstraret; p. 43, 27 pro 'mel' mellum scribere dubitaui, quamquam auctor proposita 'aurum' uocabuli declinatione 'sic declinandum esse argentum etc. mel uinum oleum' parum accurate docuerat;*

Digitized by Google

*sed hoc dicendi uitium inde ortum est, quod, quaecumque nominum genera pertractaret, eorum exempla a pueris rite declinari uoluit. P. 52, 6 cum in adnotatione pro 'tipicialia' participialia scribendum esse conicerem, inmemor fui loci Vergilii grammatici p. 146 Mai.: 'Gerendi uel typici uerba de participiis deriuata fideles quique doctorum ita intellegunt', nec non commenti Einsidlensis in Donati artem minorem huius libri p. 210, 10. Cf. praeterea locos eadem de re a Thuroto diligenter congestos 'Extraits de manuscrits' etc. tom. XXII 2, p. 79 not. 3. P. 53, 23 'unde ubi' scribas; p. 55, 8 'piius' pro 'pientius' legendum, ne regulae suae proprietatem auctor ipse perturbasse uideatur, cf. p. 40, 5, ubi 'piior' dici posse negarat; p. 55, 14 'male stulte' et 16 'ciuice', quae iam p. 54, 5 et 12 commemorata erant, tamen uncis circumscribere dubitaui, quia aliis quoque locis in eo genere artigraphus neglegentior fuisse deprehenditur.*

*Denique in quinque declinationum catalogo, quem ex codice 611 uetustatis ergo p. 61, 17 adn. edidi, cum ea nomina, quae tertiae declinationis esse dicuntur, alphabetico ordine enumerata esse pateat, pro 'splenis orbis' fortasse crinis corbis scribas; pro 'hostis' aut 'postis' legendum aut aspirationis nota uitiose detracta 'ostis' olim scriptum fuisse credendum est; certiore emendandi uia loco 'insignis', quod inter 'ratis' et 'sentis' uersatur, segnis inseretur atque id ipsum, quod ultimo loco habetur, 'febris', cum 'uestis uitis uulpis' antecedant, facile ad 'uepris' uocabuli formam reuocabitur.*

# III.

# ARS ANONYMA BERNENSIS COD. 123.

## Cap. I.

## DE ARTIS INDOLE ET AVCTORIBVS.

*Haec ars, quamquam non integra ad nos peruenit eius notitia, quippe quae non ultra pronominis expositionem extendatur, multis tamen nominibus uirorum doctorum attentione digna est. Nam cum iam illud non leuis momenti sit, ut, qua ratione medii aeui artium confectores in colligendis atque excerpendis auctorum ueterum operibus usi sint, accurate sciatur, praesertim si non angustis finibus rem coherceri, sed antiquissimorum scriptorum Charisii Diomedis Prisciani more latissime exspatiari excerptorem, nec Donatum commentis illustrandi, quam tum fere appetebant, laudem captari, sed tenui discipulorum usu neglecto doctrinae*

ipsius quasi fontes aperiri uideas, tum augent operis pretium scriptorum aliunde aut male aut omnino non cognitorum loci laudati. His igitur auctoribus usus est, qui hanc artem collegit et disposuit, nominatim: Aspero, quem Asperium uocat, Augustino, Capro, Claudio, Cominiano, Consentio, Donato, Eutyche, quem Eutitium nominat, Felice, Flacco, Flauiano uel Flauio, Hieronymo, Isidoro, Opilio, Plinio Secundo grammatico, Pompeio, Prisciano in artibus maiore et minore, Probo, Sedulio, Sergio, Seruio, Valerio, Vergilio Marone poeta, Vergilio Marone grammatico: inter quos non numeraui, quoscumque scriptores uel Priscianum uel Pompeium uel Vergilium Asianum aliosue secutus nominauit. Omnium autem saepissime in partes uocauit Priscianum. Praeterea non pauci insunt incertorum scriptorum et Sacrae quoque Scripturae hymnorumque loci.

Sed ne quis consilium meum totam artem integre edendi reprehendens colligi locos istos anonymos uel hactenus incognitos satis futurum, cetera uero omnino neglegenda fuisse contendat, ii quoque, qui iamiam innotuerunt omniumque in manibus sunt, scriptores ita laudantur, ut aut alia prorsus forma eos aut certe minus maculosa praeditos legisse, quam nobis praesto sunt, auctor putandus sit. Dico autem Vergilium Asianum, Pompeium, Priscianum. Atque Vergilii Asiani alio loco mentio erit facienda itemque Pompeii; Prisciani autem codicem hic illic a uulgatorum librorum lectione recedentem a conpilatore adhibitum esse inde colligi potest, quod p. 103, 2 Catonis fragmentum plenius legitur quam in libris manu scriptis illis certe, quos Hertzius contulit.

Itaque ne tum quidem nobis uidemur reliquas libri partes neglegere potuisse, si artigraphus non nisi excerpta aliorum auctorum proposuisset ipsis eorum uerbis expressis. Quod longe secus se habet. Quamquam enim Prisciano, ut hoc potissimum adferam exemplum, saepissime usus est nomine non adposito, tamen tantum afuit, ut eius praecepta eodem rerum sententiarumque ordine, quo illic leguntur, excerperet uel ad uerbum, quod dicunt, exprimeret, ut nouam omnino digerendi et enarrandi uiam plerumque ingrederetur. Quod eo praesertim loco probatur, quo de nominibus deriuatiuis et diminutiuis disseruit p. 67, 19 — 71, 3. Habes enim p. 67, 22 = Prisc. I p. 130, 20; p. 67, 25 = p. 131, 12; p. 67, 27 = p. 131, 16; p. 67, 30 = p. 131, 23; p. 67, 32 = p. 132, 24; p. 67, 34 = p. 133, 18. 21; p. 67, 35 = p. 133, 22; p. 68, 1 = p. 135, 19; p. 68, 2 = p. 136, 20; p. 68, 5 = p. 139, 19; p. 68, 8 = p. 118, 5; p. 68, 9 = p. 118, 6; p. 69, 10 = p. 118, 7. 8; p. 68, 11 = p. 118, 10. 9; p. 68, 12 = p. 118, 10; p. 68, 13 = p. 118, 11; p. 68, 14 = p. 118, 12; p. 68, 15 = p. 118, 13. 14; p. 68, 17 = p. 120, 15; p. 68, 18 = p. 120, 7. 23; p. 68, 20 = p. 119, 10; p. 68, 22 = p. 119, 14; p. 68, 23 = p. 119, 15; p. 68, 26 = p. 119, 25; p. 68, 27 castimonia = p. 120, 1; p. 68, 28

*= p. 121, 22; p. 68, 30 item confessi — diuisio a Prisciano absunt; p. 68, 31 = p. 122, 10; p. 68, 33 = p. 122, 13; p. 68, 35 = p. 122, 26; p. 69, 4 = p. 123, 4; p. 69, 5 = p. 127, 27; p. 69, 6—11 = p. 128, 1—7; p. 69, 11 = p. 128, 7; p. 69, 13 = p. 128, 13. 20; p. 69, 14 = p. 128, 10; p. 69, 19 = p. 128, 21; p. 69, 20 = p. 123, 23; p. 69, 23 = p. 124, 10. 14; p. 69, 24 = p. 124, 10. 15; p. 69, 26 = p. 127, 5; p. 70, 3 = p. 102, 3; p. 70, 8 = p. 102, 7; 10 = p. 103, 7; 11 = 103, 10; 12 = 105, 1. 5; 13 = p. 105, 14. 106, 16; 14 = p. 106, 21; 15 = p. 107, 17; 16 = p. 108, 5. 9. 109, 4; 17 = p. 109, 15; 20 = p. 112, 1. 18; 21 = p. 112, 12. 20; 22 = p. 114, 17. 102, 13; 24 = p. 102, 14. 114, 7. 107, 2; 25 = p. 107, 6. 108, 18. 114, 7. 102, 14. 107, 17. 102, 14; 26 = p. 102, 14. 15. 103, 2. 107, 6; 27 = p. 105, 16 adn. 107, 2. 110, 13 seq.; 29 ara = p. 110, 21; 30 = p. 102, 15; 32 = p. 102, 17; ferculum = p. 102, 18 adn.; 33 = p. 103, 7; 34 = p. 106, 17. 107, 2; 35 = p. 110, 1; p. 71, 1 = p. 110, 2. 17. 111, 1; p. 71, 2 = p. 110, 10 seq.*

*Quibus locis si artis anonymae auctorem exempla quidem Prisciani neque tamen aut uerba aut ordinem sequi uidemus, inde a p. 108, 19 in enumerandis tertiae declinationis terminationibus Prisciani non nisi singula recepit, longe uero plurima aliunde siue ex Claudio siue ex Flauiano siue ex recentioribus auctoribus Christianae fidei addictis collecta aut ex suo hausta ingenio Priscianeis inmiscuit. Et omnino idoneos artis grammaticae auctores secutus Vergilii Asiani insanias non tam conprobauit, quam, ne quid iisdem de rebus quas tractabat alibi dictum praetermitteret, commemorasse uidetur. Nam si Vergilii auctoritatem amplexus esset, ut de ceteris locis taceam, fieri non potuisset, ut relicto isto, quem p. 136. 137 excerpsisset, p. 111. 112 ad Pompeii de eadem re praecepta confugeret. Quamquam saepe auctorum locos inter se quam maxime diuersos ita congessit, ut, quid ipsi optime dictum uisum sit, haud facile dici possit. Quid quod eandem rem pluribus locis nonnumquam tractauit? Quo ex genere illud est, quod de nominibus monoptotis diptotis etc. quater egit p. 88, 25—35; p. 88, 35 — 89, 18; p. 89, 18 — 90, 15; p. 90, 15—28. Nam tanta est artigraphi in scribendo anxietas, ut, dummodo ne quid praetermisisse uideatur, sua ipsius uerba saepissime iteret, quo fit, ut multis locis parum aptus sententiarum rerumque conexus conspiciatur. Itaque p. 129, 7, postquam de quartae declinationis nominibus masculinis egit, ad feminini generis nomina transiens accurate, quae secundae quae quartae essent, iterum distinxit, quamquam in secundae declinationis regulis explicandis de his iam pridem actum erat. Sed haec missa faciamus transeamusque ad maiora.*

*Primo igitur loco de nouis aliquot grammaticorum ueterum fragmentis dicendum est, quae antidhac librorum manuscriptorum carceribus tenebrisque latuerant. Atque rite a Plinio Secundo grammatico*

Digitized by Google

*initium capimus, cuius locus praeclarus de pronominibus finitis extat p. 135, 1—8, quo medio quasi sole superfuso illustrari uides, quae a Cledonio p. 50, 8 K non nisi strictim significata, a Pompeio uero p. 201, 5 K satis obscure enarrata sunt, ut quid Plinius ipse uoluisset, recte intellegi nequiret. Venerabilis porro Aurelii Opilii uel Opillii auctoritas est p. 75, 34 participiorum et nominum eiusdem uocis differentiam docentis, quem praeter Varronem Gellium Charisium Priscianum a posteriorum temporum grammaticis adhibitum fuisse nullum me memini locum inuenire, nisi quae ex codice Vossiano 37 saec. X excerpsit H. Keilius gramm. Lat. V p. 328, 8.*

## Cap. II.
## DE LOCIS QVIBVSDAM CLAVDII SACERDOTIS.

*Iam de locis quibusdam Claudii Sacerdotis nobis disputandum est, quem uirum in arte anonyma Bernensi quinquies solo 'Claudii' nomine praeposito laudatum reuera pro Claudio Sacerdote grammatico Dositheani libri paradigmate famoso habendum esse, cuius librorum duorum fragmentum ab editoribus Vindobonensibus ex codice uetusto Bobiensi primum publici iuris factum est, ex iis efficitur, quae de nominibus c littera terminatis atque de ipso 'lac' uocabulo ab utroque disputata sunt:*

Ars anonyma Bernensis p. 120, 3:

In c unum nomen neutrum inuenitur, ut lac lactis. Claudius: c unum nomen contra regulam euphoniae causa terminatum, ut lac, quod quidam nimia quaestione tractauerunt; quinam plerique putauerunt 'lact' dici adiecta t. Varro: 'lac non debemus dicere, sed lact'. Caesar: 'nullum nomen duabus mutis terminatur.' Superest, ut sequamur regulam Plauti et dicamus 'lacte', qua terminatione usus est Cato: 'In Italia atras capras lacte album habere.' Sed usus rationem uicit, ut 'lac' potius dicatur iuxta illud Maronis:

Lac mihi non aestate nouum, non frigore defit.

Et remansit illa consuetudo.

An. Vindob. p. 47:

C littera unum nomen reperi terminatum generis neutri, declinationis tertiae is faciens genetiuo hoc lac huius lactis. Plautus hoc lacte posuit: 'sicut lacte lacti simile.' Quidam putant hoc lact debere dici. Sed errant; duabus enim mutis nullum nomen terminari potest. Vergilius: 'lac mihi non aestate nouum, non frigore defit.' Et declinatur numero tantummodo singulari: nam quod Plautus lactes posuit genere masculino, numero plurali, non a nominatiuo hoc lac uel hoc lacte, sed hii lactes numero semper plurali. Sunt autem lactes partis corporis in intestinis pinguissimae.

*Nouum igitur uides testimonium omnium locupletissimum illis addi, de quibus Ritschelius olim (opuscula II p. 330 s. 571—579) disputauit, cf.*

Digitized by Google

*H. Keilii adn. ad Cledonii p. 48, 22.**) *Quo quamquam haud multum noui docemur, aliis grammaticis alia eius disputationis frustula suggerentibus, tamen opportune accidit, ut ista omnia sub uno conspectu proposita atque idonei scriptoris auctoritate firmata inuenirentur. Quid quod Catonis locus hactenus non nisi ex Charisio p. 102, 9 notus fuerat? Iam intellegimus, ex eodem fonte et Claudium et Pompeium p. 199, 10 seq. hausisse. Nam apud Pompeium cum nonnulla desiderentur, tum adsunt singula, quae apud Claudium non reperiuntur. Sed aliud ex hac disquisitione colligimus multo maioris momenti, Claudium Sacerdotem, sicut ab Endlichero edictus est, non solum omnino mutilatum, sed ne singulis quidem partibus integrum ad nos deuenisse, siquidem in summa rerum similitudine utriusque loci et uerborum et sententiarum habitus plane diuersus est ita tamen, ut codicis Bernensis locus ad pristinam Claudii formam propius accedere uideatur. Duas igitur prisci grammatici conceptiones diuersa ratione institutas manibus tenemus, quarum alterius sunt, quae in arte anonyma Bernensi extant, alterius, quae iusto operis circuitu Bobiensis codicis beneficio seruata sunt. Itaque non mirandum, quod ceteri artis Bernensis loci Claudiani in editione Vindobonensi non inueniuntur; sunt autem hi p. 107, 24. 26 de tertiae declinationis litteris terminalibus; p. 130, 24 de quintae declinationis nominibus; p. 133, 5 de quintae declinationis nominibus apud ueteres genetiuum singularem similem nominatiuo habentibus, quo loco perquam memorabile est, Charisium iisdem fere uerbis usum esse p. 31, 18, cf. quae supra de Catonis loco solis a Claudio et Charisio seruato diximus; denique p. 134, 29 de nominis definitione.***) *Ceterum apud illius temporis grammaticos nullam praeterea Claudii mentionem factam esse noui.*

*Restant aliquot* S e r g i i *loci ex eius commentis excerpti hactenus incogniti, de quibus infra praef. partis III cap. VI dicam,* I s i d o r i *p. 82, 2; 86, 27; 140, 25, cf. infra praef. partis III cap. XI;* F e l i c i s *p. 131, 30;* F l a c c i *p. 134, 10;* G a r r i n i *p. 136, 19;* H i e r o n y m i A u g u s t i n i M a x i m i P a p e r i n i, *de quibus cf. praef. partis III cap. X;* V a l e r i i *p. 128, 5;* V e r g i l i i A s i a n i *multotiens, de quo cf. infra sect. VII; neque parua est manus locorum anonymorum soluta uinctaque oratione conceptorum, de quibus indices adeas s. u.* a r s, a u c t o r e s, B i b l i a s a c r a, g r a m m a t i c i, i n c e r t i p o e t a e, i n c e r t i s c r i p t o r e s. *De* F l a u i a n i *locis p. 107, 24 seq. et p. 133, 30 et de* C o m i n i a n o *infra partis III cap. III accuratius dicturi sumus.*

*) De Probi loco cf. supra cod. Bern. 207 descriptionem p. XIX fin.

**) Qui loci quod in editione Vindobonensi non inueniuntur, ex parte hinc quoque explicatur, quod codicis Bobiensis quaterniones duo priores deperierunt, quo factum est, ut fere omnium, quae de nomine et pronomine egerat Sacerdos, iactura fieret, cf. praef. ed. Vindob. p. I.

Digitized by Google

## Cap. III.
## DE EMENDANDA ARTE.

*Iam priusquam ad aliud argumentum pertractandum transeam, de aliquot et meis et typothetarum neglegentiis pauca dicenda sunt: qua de re uiros doctos aeque spero iudicaturos esse, simulac innumeris scribendi et interpungendi uitiis hanc artem a librario satis indocto corruptam magis quam scriptam esse cognouerint. Itaque mirum non est, grauissimis undique librariorum uitiis circumfusum atque adeo obtunsum minutiora quaedam et subtiliora fugisse. Accedit quod editori principi sua sunt iura benigne tribuenda.*

*Itaque p. 63, 27 post 'uerbi' coniectura addendum erat et participii; p. 65, 31 post 'Iulius Pulcher' agnominis explicatio intercidit; p. 68, 23 post 'item' inseras in ia, quod pro ceterorum locorum analogia haud neglegi debebat; p. 69, 14 'uetustas. Et alia' interpungendum erat; p. 69, 24 ante 'cuna' inseras in abulum, quod ne hoc quidem recte omitti poterat; p. 70, 18 pro 'catus' legas 'catulus' secundum Prisc. I p. 109, 17; ibid. 32 pro 'minus minusculum' ob id 'munus munusculum' poterat conici, quod hoc ipsum apud Priscianum illo, quem auctor expressit, loco I p. 103, 19 legitur, quamquam 'minusculus' quoque illic habes p. 101, 11; de loco p. 71, 25 seq. cf. [Sergii] explan. in Don. II p. 538, 10; Probi instituta artium p. 90, 33; Charisius p. 156, 11 (Charisii excerpta uel Dositheus p. 536, 11 K.) et Diomedes p. 322, 34; p. 72, 28: 'haec autem adiecta nomina mediae significationis dicuntur' cf. Charisii excerpta p. 536, 15. 17; p. 75, 10 pro 'equatio' malim 'aequatio'; p. 76, 25. 26 lacuna ex antecedentium analogia rectius ita supplebitur: 'Superlatiuus quare dicitur? Quia conparatiuo superfertur, ut doctissimus.' P. 78, 15 'egregiior' legendum erat, et: 'intollerabilem 16 Priscianus]' in apparatu critico; p. 81, 9 illud 'absque ea' uitiose dictum temptare non ausus sum; p. 84, 25 ante 'in omnibus' fortasse hoc inserendum; f. 95, 19 illis: 'aut participia futura aut similia participiis' substituas haec: 'aut participia praeterita aut participia futura uel similia participiis', cf. 26—28; p. 100, 6 'declinatione' corrigas, 27 Antipatros; p. 102, 16 adnot. crit. corrigas ita: 'phenu huius penu addidi'; p. 107, 30 Keilius ita edidit Herm. I p. 333: ac ec aes aus uis als ales ans ars abs arx [als] anx ens ebs [epis] ers emps irps ips [ips] ons ops ors ubs uns • in id in it — in ud in um; p. 108, 20 pro † teriuma legas 'thereuma'; p. 109, 31 mancipi pro 'manicipi'; ibid. 14 in adnot. crit. 14 Latina pro 'Laina'; ibid. 36 pro 'Iuno' legendum erat 'Ino', cf. p. 110, 3; p. 111, 28 adn. crit. 'Sed hic sal erit'; ibid. 30 haud scio an recte correxerim librarii uerba uitiose scripta: 'sales in tussi adherescunt': nam eadem esse uidentur, quae apud Charisium p. 106, 16 leguntur: 'idem (Fabianus) pluraliter dixit: haerescunt infusi sales';*

Digitized by Google

*p. 112, 22 corrigas 'commune'; ibid. 26 'Item hic'; p. 117, 8 pro 'ante s' legas 'ante es'; p. 120, 32 fortasse 'calcis'; p. 128, 19 post 'hic risus' confidenter addas* huius risus; *p. 131, 31 interpungas: rebus egenis, cum omnia — e litteram corripiant. Omnia ergo etc.; ibid. 32 inter 'littera' et 'terminantur' fortasse* ablatiuo *excidit; p. 139, 16 legas 'quispiam' pro 'quodpiam'.*

# IIII.

# PRIMAE EXPLANATIONES*) SERGII DE PRIORIBVS DONATI GRAMMATICI VRBIS ROMAE.

## Cap. I.
## DE SERGIO ARTIGRAPHO.

*Huic arti grammaticae quod Sergii nomen indidi, non alia de causa feci, quam quod haec codicis Bern. 207 inscriptio est. Nam a Seruio uel Sergio eam profectam esse, iam ob id credi nequit, quia ipsius Sergii duobus locis mentio fit p. 151, 24 et 33; eodem p. 151, 4 'sed modo de solis V tractat' spectare uidetur. Itaque quod in codicis Lauantini explanationibus accidit p. 496, 26, ut Seruii, cuius explanationes illae esse feruntur, nomen commemoraretur, idem huic quoque arti contigit, ut pateretur. Sed ut minime dubitari potest, quin multa illis explanationibus insint, quae ex Seruii scriptis translata sunt (cf. Keil. praef. p. LIII), ita hunc quoque libellum ad eruendas ex tanta grammaticorum farragine Seruii ipsius sententias plurimum ualere quiuis iudicabit, qui eius indolem accuratius inspexerit. De hoc igitur libro Henricus Keilius praef. p. L minus recte iudicasse uidetur, qui codicem Bernensem libris Santeniano et Frisingensi similem esse diceret. Neque enim quod uir doctissimus 'in eo multa mutata et in breuiorem formam redacta esse' contendit, satis est ad similitudinem istam, quam uocat, defendendam. Nam ut inueniri nonnulla in hac arte, quae cum Seruii Sergiiue commentariis congruant, libenter concedimus, ita tam multa insuper in ea peculiariter exposita esse uidemus, ut eam ex Seruianis, qui extant,*

*) Dolet, quod in libro edendo recentem tituli formam 'expositiones' antiquiori, quae est 'explanationes' praetuli, cf. p. 143 adn. Nec non sero uidi, p. 143, 12 pro 'uerbum', quod nullum sensum huic loco aptum praebet, 'aduerbium' legendum esse.

Digitized by Google

*commentariis excerptam et in breuiorem formam redactam esse minime credere possimus. Immo id potius nobis statuendum est, ex eisdem Seruianae doctrinae riuulis, ex quibus qui sub eius nomine circumferuntur commentarii fluxerunt ad unum omnes, hanc quoque artem manasse atque ita manasse, ut quasi suo Marte rem gereret. Eodem iure Sergio apud Petrum grammaticum huius libri p. 167, 1 tribuitur locus, qui aliunde non erat notus; cf. etiam artem anonym. Bern. p 135, 1. Quod ubi primum mihi animaduertisse uisus sum, totum libellum integrum edere nullus dubitaui. Nam quamquam ne ita quidem, quae Seruii sint, quae aliunde inlata, quae ab ipsis artium scriptoribus addita fuerint, omnia certis quibusdam argumentis discerni posse credo, tamen aliqua certe, quae quidem in ceteris Seruii commentariis iisdem concepta uerbis ac sententiis definitionibusque ornata inueniantur, Seruio uindicabuntur. Ceterum ea quoque, quae in hoc libro peculiariter exposita sunt, bonae frugis plena ita se habent, ut neglecta iacere nefas duxerim. Nam insunt nonnulla, quae a nullo, quotquot ad nostra tempora deuenere auctores grammatici, obseruata uideas. Accedit, quod a Graeco homine hanc artem scriptam uel ex Graeco translatam esse haud fallacibus argumentis mihi uideor probare posse, ita ut hoc quoque spectantes uiros doctos non ingratum me sibi fecisse opus sperem esse iudicaturos atque ipsum illum uirum doctissimum, cui haec sacra esse uolui, quippe qui Dosithei artem multa per saecula neglectam cum ob alia, tum ob id ipsum in lucem protraxerit, quod hoc quoque rectissime statueret nobis attendendum esse, qua ratione antiquis temporibus peregrino sermone usi sint uiri alienigenae.*

## Cap. II.

## QVAE INTER LIBRVM BERNENSEM ET SCRIPTA SERGIANA INTERCEDAT RATIO.

*Iam qualis inter artem nostram et Sergii commentarios editos intercedat uel similitudinis uel dissimilitudinis ratio, tractatibus de coniunctione inter se conlatis patescet:*

| ars Bernensis cod. 207: | [Sergii] explanationes in Don. lib. I codicis Lauantini: |
|---|---|
| p. 156, 26—28 Coniunctio pars orationis est dicta, quod stringat orationem et teneat, ut si dicas 'ego et ille ire uolumus'; non possumus dicere 'ego ille', sed interposita ista particula 'et' conexione coniungit et ligat. | p. 515, 36—39 Coniunctio dicta est eo, quod coniungat elocutionem. Nam non potest oratio nostra cohaerere, nisi coniungatur ista particula, ut si dicas 'ego ille eamus', non est conexa oratio: interpone 'et': 'ego et ille eamus', uides, quo modo conligata sit oratio. |

Digitized by Google

ars Bernensis cod. 207:

[Sergii] explanationes in Don. lib. I codicis Lauantini:

p. 156, 28. 29 Coniunctioni accidunt potestas figura ordo. *Cf. p. 516, 33 K.:* Diximus quod tria accidunt coniunctioni, potestas figura ordo.

p. 515, 39—516, 5 Coniunctiones quidem multae sunt; sed compendii causa institutores huius artis in breuem definitionem collegerunt coniunctiones. Nam cum enumeratae sint plurimae, adeo non omnes collectae sunt, ut in usu reperiantur, quae in arte scriptae non sunt, ut est huiusce: coniunctio est, quae in arte nusquam est adnumerata.

p. 156, 29. 30 Potestas coniunctionis V species habet: aut copulatiuae aut disiunctiuae aut expletiuae aut causales aut rationales.

p. 516, 5. 6 Quinque sunt coniunctionum significationes: sunt enim copulatiuae disiunctiuae expletiuae causales rationales.

p. 156, 31—33 Copulatiuae sunt, quae *et uerba* et sensum copulant, ut puta 'ego et tu eamus'. Non solum uerba coniuncta sunt, sed et sensus significatur. Dicimus enim 'ego et tu', non 'ego aut tu'.

p. 516, 7—9 Copulatiuae dictae sunt eo, quod sensum coniungant. Quando dico: 'ego et tu eamus', uides, quod coniunctio sensum coniungit: utrumque enim ire debere ostendit.

p. 156, 33—36 Disiunctiuae, quae uerba disiungunt, sed sensum copulant, ut est 'aut'. Nam quando dico 'aut ego aut tu', uerba quidem disiuncta sunt, *sensus tamen copulatur*. Nam qui dicit 'ego aut tu', non dicit 'utrique eamus', sed 'unus e duobus'.

p. 516, 9—13 Disiunctiuae dictae sunt, non quod elocutionem disiungant, sed quod sensum, ut cum dicimus 'ego aut tu eamus', non utrumque, sed alterum iturum ostendit; elocutio tamen coniungitur. Ceterum si elocutionem quoque disiungerent, res contraria accideret, ut coniunctioni disiunctio cohaereret. *)

p. 157, 1—5 Expletiua coniunctio, quae addita ornat, detracta....., ut est si dixero 'ad domum uade saltim': 'uade ad domum' ornabit eloquutionis sensum et ponderis aliquid addet † minus i. ac si dixisset: 'magnum est tibi etiam domus tua † tantum,

p. 516, 13—20 Expletiuae dicuntur coniunctiones, quae sensum explent, quae apud Graecos παραπληρωματικοί dicuntur. Sed apud eos ex abundanti ponuntur et ornatum tantum habent, apud nos et rationem. Vis arguere aliquem neglegen-

*) Hoc loco prorsus contraria praecipere artem Bernensem atque Lauantinam non est quod moneam; alterutrum igitur artigraphum Seruii expositionem male intellexisse patet. Cum Lauantina arte facit Seruii comm. p. 418, 11 et codicis Bernensis 123 excerpta Sergiana f. 28[b], cf. praef. partis III cap. VI: 'Sergiani cuiusdam commenti fragmenta inedita'.

Digitized by Google

ars Bernensis cod. 207:

dum omnis tua substantia distracta est praeter domum tuam.

p. 157, 6—28 Causalis est, quotiens de causa loquitur. Causa est haec, si debeo occidere illum, aut ut tollam ei hereditatem, aut quod inimicus mihi est. Hunc si occidero, et carebo inimico. Ideo dicitur causalis, quod eo tempore ponitur, quando de causa loquimur.

Rationalis, quando aliquid loquimur de ratione. Longe enim aliud est causa, aliud ratio, idest quo quid conpellor facere. Causa est, quae nos trahit ad faciendum. Ratio est modus faciendi, idest quo quid efficiatur, ut puta 'inimicus meus est; occido illum propter hereditatem': haec causa; 'sed solus debeo occidere; uereor, si non *solus* debeo occidere, ne deprehendar': haec non causa, sed ratio est. Ergo quando de ratione loquimur, rationalem ponimus coniunctionem; quando de causa, causales coniunctiones. Sed scire debes, quod licet nobis pro rationalibus coniunctionibus uti causales; pro causalibus numquam uti rationales. Rationalis est igitur, ubi est ratio; causalis est, si ubi est causa; † igitur potest poni si ubi si non potest poni; igitur ubi est causa, coniunctionem rationalem non potes ponere; quod si ubi est ratio, cau-

[Sergii] explanationes in Don. lib. I codicis Lauantini:

tem, et dicis illi 'lege': obiurgasti quidem eum neglegentem, quod non legat, sed non ostendisti, quod paenitus nihil agat; dic 'saltim lege', ostendisti hominem in omnibus neglegentem, 'nec illud nec illud agis, saltim hoc age, saltim lege'. Addita haec coniunctio expleuit illud, quod minus erat.

p. 516, 20—32 Inter causales et rationales multum interest. Primo scire debemus aliud esse causam, aliud rationem. Causa est, quae cogit ad aliquid faciendum, ratio, qua utimur in faciendo: ut puta si dicas 'occido hominem et tollo eius hereditatem' causa est. Ratio est, qua quis utitur in faciendo: quo modo eum debeo occidere? ueneno ferro, per mediam noctem, per diem, quo in loco? Quotiens ergo de causa loqueris, causali utere; quotiens de ratione, rationali utere; 'si illum occidam, tollo eius hereditatem': si causalis est, bene dixisti si; 'debeo ueneno occidere, debeo clam, ergo latebo': quoniam ergo coniunctio rationalis est, bene dixisti. Illud tamen scire debemus, quod ubi sunt rationales, etiam causales esse possunt; ubi autem causales sunt, rationales esse non possunt. Et ratio manifesta est, quia ubi est causa, non statim inest ratio, ubi autem est ratio, iam fuit causa. *Cf. Seruii comm. in Don. p. 418, 17—23:* Inter causales et rationales hoc interest, quod tunc utimur causalibus, cum de causa loquimur, tunc rationalibus, cum de ratione. Causa est autem, quae nos inpingit ad aliquid facien-

Digitized by Google

ars Bernensis cod. 207:

salem ponere potes. Et quare? Quod, quando utimur de ratione, iam praecessit causa; quando de causa utimur, non statim sequitur ratio. 'Occidam, ut tollam hereditatem' *causa est;* si autem dico: 'sed solus debeo occidere illum, ne deprehendar', ratio est. Ideo ubi est ratio, utimur et causa; ubi est causa, non statim utimur ratione, quod potest causa poni sine ratione, ratio autem, nisi causa praecesserit, non potest dici.

p. 157, 28 Coniunctio simplex nam, conposita namque.

p. 157, 28 — p. 158, 5 Accedit et ordo: sunt coniunctiones, quae semper praeponuntur . . . . . ., sunt mediae, quae communes dicuntur. Praeponuntur, ut ast at, ut: 'at pater omnipotens', 'ast ego', quod medium numquid possimus dicere 'pater at omnipotens'. Ergo ast numquid medium est. Quae postponuntur? Autem que: 'ego autem facio', nemo dicit 'autem ego facio'. 'Inousque Palaemon', nemo dicit 'que Inous Palaemon'. Quomodo illae semper praeponuntur, sic istae post semper ponuntur; quae mediae sunt, et postponi possunt et anteponi: 'igitur hoc fac', 'fac igitur'; mediae pro arbitrio dicentis aut praeponuntur aut postponuntur.

[Sergii] explanationes in Don. lib. I codicis Lauantini:

dum; ratio autem, qua utimur in faciendo. Sed plane sciendum est, quod pro rationalibus causales ponere possumus; pro causalibus numquam ponimus rationales. Etenim causa non statim ratione reperitur: ubi autem ratio est, iam causa praecessit.

p. 516, 33—34 Dicimus quod tria accidunt coniunctioni, potestas figura ordo. De potestate tractauimus, *cf. ars Bern. p. 156, 28. 29.*

p. 516, 34 Figura accidit simplex, ut nam, conposita, ut namque.

p. 516, 35—39 Ordo coniunctionum sollicitudinem quaerit. Sunt namque coniunctiones, quae semper praeponuntur, sunt quae semper postponuntur, sunt quae et praeponi et postponi possunt: et atque ast semper praeponuntur, que et autem semper postponuntur: sunt quae mediam significationem habent, ut igitur.

*Iam quae coniunctionum causalium et rationalium differentia esse dicitur, in ea re codicis Lauantini artem magis, quam Bernensem secutus est Iulianus grammaticus, cuius uerba non nihil ualent ad illum,*

Digitized by Google

*quem supra posui, locum et emendandum et explicandum. Sunt autem haec cod. Bern. 207 f. 43ᵃᵇ:*

Inter causales et rationales est aliqua discretio an non? Est. Quid? Sicut superius diximus ‖ f. 43ᵇ ‖, ubi causa est, ratio esse potest; ubi ratio est, causa esse non potest. Da eius exemplum. Inter causales et rationales multum interest. Primum scire debemus, aliud esse causam, aliud rationem. Quomodo? Causa est, quae nos cogit ad aliquid faciendum, ratio, qua utimur in faciendo. Quomodo? Vt puta si dicam 'occido hominem et tollo eius hereditatem': causa est. Ratio est, qua quisque utitur in faciendo, ut puta si dicam, quomodo eum occidere debeam, ueneno an ferro, per mediam noctem, per diem, quo in loco. Quoties ergo de causa loqueris, causali utere, cum de ratione, rationali utere. 'Si illum occido et tollo eius hereditatem': hic iam in loco causa tantum esse praedicitur. Ratio autem est, qua quis utitur in faciendo: si causalis est, bene dixisti; 'sed debeo ueneno occidere, debeo clam, ergo latebo'; quoniam 'ergo' coniunctio rationalis est, bene dixisti.

*Vides igitur, artem Bernensem neque ita consentire cum commentariis Sergianis, ut eis similis possit dici neque in tantum ab iis abhorrere, ut, quo nomine inscripta est, eius nullam omnino imaginem uideatur referre. Nam et in ceteris orationis partibus multa sunt, quae iam in editis leguntur cum uerbis, tum sententiis perquam similia. Quae proponere omnia ob id haud uidebatur necessarium esse, quia, postquam libelli edendi operam suscepi, singula a uiris doctis ipsis inter se conferri atque diiudicari poterunt: hoc tantummodo in uniuersum monendum est, eam commentariorum Sergianorum formam, quam codex Lauantinus praebet, plurimos exhibere locos huic arti consimiles. Itaque quae p. 142, 1—3 leguntur, eadem fere habes p. 487, 23—25 K; p. 142, 4 'ut puta — 6 coniunctio est' conferas cum illo loco, qui est p. 487, 29: de loco p. 142, 16—19 confer p. 490, 10—13; p. 147, 5—8 cf. p. 496, 27 seq.; p. 147, 15. 16 cf. p. 496, 30; p. 150, 14—30 cf. p. 488, 24 seq.; p. 152, 19—20 cf. p. 496, 28 seq.; p. 155, 19: 'quare dico, quod frequenter fiunt soloecismi, ut si dicas 'uado ibo et ago nescio quid' etc. cf. p. 441, 5 adnotante Keilio ex excerptis codicis Leidensis Voss. 33. 4: item Sergius dicit 'quaeritur igitur, si in uno uerbo fiat soloecismus, ut si quis interrogatus 'quo uadis'? et ille dicat 'Romae', soloecismus est; p. 155, 23 seq. cf. p. 510, 17 seq.; p. 158, 7—9 cf. p. 489, 8; 517, 2; 406, 6; 441, 35 K.; p. 158, 17—22 cf. 517, 34 seq.; p. 158, 23. 24 cf. p. 517, 14; p. 158, 27—30 cf. p. 517, 21. Ceterum ista singularum sententiarum similitudo ad ea quoque pertinet, quae in codicis Bernensis 123 artem quam Clementis Scoti esse uulgo ferebant, Sergii nomine praescripto translata sunt, de quibus locis infra partis III cap. VI disputaturi sumus: huc igitur referas, quae f. 27ᵃ, f. 27ᵇ, f. 28ᵇ, f. 29ᵃ, f. 30ᵃ extant.*

Digitized by Google

## Cap. III.
## DE LIBRI ORIGINE PEREGRINA.

*Iam de Graeca seu libri seu scriptoris origine uideamus. Itaque cum omnino totus libelli habitus asperitatem quandam dicendi atque sermonis Latini usum neglegentissimum prae se ferat, tum nonnulla non Latine dicta ita solummodo recte explicari possunt, ut aut scriptorem natione Graecum fuisse aut certe ex Graeco sermone in Latinum haec translata esse conicias. Iam p. 155, 29 uerba: 'Participium dictum est quasi particapium, quod partes capit; hoc enim partes a nomine, hoc habet a uerbo', nisi pro illo 'hoc' utroque loco 'has' scribi iubeas, quod minus probandum est, Graecismum certissimum exhibent τοῦτο μέν — τοῦτο δέ inperite ac ruditer in Latinam linguam inuectum. P. 144, 26 habes: 'Ergo uidenda sunt, quae recipiunt conparationem' pro 'uidendum est' idest σκοπητέα ἐστίν. P. 157, 19—21 si ubi ter positum est pro 'ubi' uel 'sicubi', hoc est εἴ που Graece. Eodem fortasse spectat uti uerbum cum accusatiuo casu coniunctum p. 157, 18; p. 150, 10 celerum eadem notione positum est qua Latini aliter uel alias, Graeci ἄλλως uel τά τε ἄλλα usurpauerunt. Aperte, opinor, Graecam libri originem coarguit p. 148 sectas Verrinas, sectas Philippicas dictum: neque enim uerisimile est, 'sectas' ex 'orationes' corruptum esse; erit igitur 'secta' interpretatio Latina eius quod Graece dicitur τόμος. Ad eandem fortasse causam reuocandum est, quod p. 149, 7 satis obscure legitur: Sunt personae, quae finita pronomina ≐ ἐστὶ πρόςωπα ἅπερ καί. Denique Graecam phrasin redolet illud 'in rerum natura' bis positum p. 147, 5. 13 et 'si' = εἰ pro 'num' in sententia interrogatiua adhibitum p. 145, 12. Haec ad defendendam meam opinionem satis erunt. Neque id obesse arbitror, quod p. 147, 29—31 auctor quasi merus Latinus discipulum a Graecarum formarum usu atque consuetudine prohibere uidetur: hoc enim minime dubitamus, quin haec omnia et Latine et a Latinis principio scripta fuerint, sed non integra ea ad nos, sicut olim scripta fuerunt, ad nos deuenisse ob dicendi mendositatem et cogitandi ambages interdum uix tolerabiles, non sine iusta causa suspicari nobis uidemur. Haec igitur uafra uerborum sententiarumque prolixitas saepissime cernitur, cf. p. 149, 34 seq. = p. 148, 21—33; p. 150, 2—12; p. 151, 4 = p. 151, 24 = p. 151, 32; p. 153, 18—20 = p. 152, 29. 30 = p. 153, 3—6; p. 155, 26. 27 = p. 155, 23. 24; p. 155, 30 = p. 155, 37; p. 157, 25—28 = p. 157, 22. 23; p. 158, 10 = p. 158, 7; p. 158, 21. 22 = p. 158, 19 = p. 158, 17. 18; p. 158, 29 = p. 158, 23; p. 158, 28 = ib. 27. Graecos uero homines linguae Latinae studiis grammaticis operam dedisse testimonio est Cledonius Donati commentator grammaticus Constantinopolitanus, deinde Philocalus, cuius studia grammatica laudabiliter commemorantur in ipsis*

Digitized by Google

*commentis Sergianis, cf. p. 498, 23; 502, 19; 515, 30, alii non pauci, denique omnium instar Dositheus Magister linguae Latinae Ollendorfiorum more ad usum uitae communis raptim discendae institutor antiquissimus.*

*Libelli scriptor alteram quoque Donati artem idest maiorem explicare in animo habuit, cf. p. 146, 2 'in secunda arte uidebitur'; 146, 13 'nam in altera arte dicturus sum'; 147, 32 'in secunda arte tractabitur'.*

# V.

# PETRI GRAMMATICI EXCERPTA.

## Cap. I.
## DE LIBRIS MANVSCRIPTIS.

*Petri grammatici excerpta trium codicum peruetustorum auxilio adiuti edidimus ABC, quorum unum tantummodo cod. Bern. 522 (B) Petri auctoris nomen una cum carmine dedicatorio seruasse supra docuimus, cum de eius libri argumento multiplici agebamus p. XXXVIII*); qui restant A et C, uno eodemque codicis Bern. 207 uolumine ita continentur, ut ipsa Petri uerba f. 148ª — f. 168ª legantur, f. 112ª — f. 127ª uero alia habeatur ars ceteris quidem partibus a Petro satis diuersa, aliquot autem locis, praesertim in aduerbii coniunctioni praepositionis expositione, adeo illi consimilis, ut ne una quidem sententia mutata sit, cf. p. XXIX. Quamobrem in extrema excerptorum parte hanc quoque artem anonymam quasi tertium libri emendandi fontem adhibendam ratus C littera notaui, cf. p. 166, 22 — p. 170, 29. Altera autem ars, quam cod. 207 f. 148ª — f. 168ª habes, quamquam Petri nomen neque in initio operis neque in fine legitur, tamen ob hanc quoque rationem Petro grammatico iure tribuitur, quod, qui totum codicem perscripsit, in uoluminis protocollo ipsius Petri nomen commemorauit. Sed desunt in A et uersus dedicatorii et de litteris tractatus, ut, quamuis uersus ipsos a Petro illorum temporum morem sequente scriptos esse negari nequeat, illam quoque partem, quae de litteris ac de uoce praemissa est in cod. 522 f. 1ᵇ — 3ᵇ num Petro debeamus tribuere, dubitari possit. Sed cum pateat, Petrum non tam Donati commentatorem fuisse quam iustae artis grammaticae scriptorem, a litteris eum exordium cepisse scribendi ueri multo est similius, quam si statim ad orationis uim explicandam eum accessisse statuas. Accedit,*

*) Horum uersuum octo priores ad libri finem pertinuisse uidentur, reliqui uero fortasse in libri fronte olim collocati fuerunt, cf. supra l. l.

Digitized by Google

quod altera codicis 207 ars anonyma, quam multotiens cum Petri praeceptis consentire supra ostendimus, paene ab eodem incipit argumento, cf. quae inde excerpta supra p. XXIV proposuimus. Denique qui in illa parte nominantur grammatici Augustinus et Priscianus p. 161, 2. 4, in reliquis quoque opusculi partibus adhibentur, cf. p. 161, 14; 165, 3. Atque quod Vergilii grammatici fit mentio duobus locis p. 160, 3 et 24, eandem doctrinae inanis indolem prae se ferunt, quae de 'ego' et 'met' pronominibus dicta sunt p. 165, 23. Itaque, quoniam in cod. 207 ars altera anonyma Petri artem praecessit, librarius, qui nimio sudore tot scripta in unius uoluminis formam redegit, ob quandam argumenti similitudinem Petri prooemium praetermisisse uidetur. Quales uero inter Petrum et codicis 207 artem anonymam rationes mihi uideantur intercedere, iam supra indicaui p. XXVI. XXVII.

## CAP. II.
## DE PETRI GRAMMATICI FONTIBVS DOCTRINA AETATE.

Petrus igitur siue qui fuit eius auctor atque fons, praeter Donatum et Priscianum Vergiliumque Maronem atque Augustinum Sergianis quoque in Donatum commentariis usus est, nominatim p. 162, 19; p. 167, 1; nomine presso p. 166, 16—20, cf. huius libri p. 151, 11—17; p. 171, 14. 19, cf. [Sergii] explan. p. 489, 14. 15 K. Praeterea Cominianum ipsum laudauit p. 167, 6 atque Probum p. 165, 16, quamquam Probi locum non tam ex ipsis Probi artium institutis p. 131, 25 K., quam ex Pompeio p. 200, 12. 25 seq. excerptum esse inde effici uidetur, quod artis definitio p. 161, 25 seq. prolata summam habet cum Pompeii explicatione similitudinem, cf. Pomp. p. 95, 8 — 96, 1 K.

Alios uero auctores ipse inspexisse putandus est: neque enim eum grauiorum studiorum expertem fuisse ex iis patet, quae p. 161, 8 et p. 168, 29 de fontibus suis dixit neque contemnenda uiri doctrina p. 162, 21 de 'semigeniis' uel p. 164, 2 de Romanorum poetarum more uel, ut alia bene exposita taceam, p. 171, 1—12 de praepositionum positione agentis. Ceterum non uniuersum artis grammaticae circuitum, sed conpendium tantummodo tenue atque angustis finibus circumscriptum se uelle conprehendere ipse locis conpluribus testatus est, cf. p. 162, 11. 27; 163, 18; 164, 22 et 166, 6, quo quidem loco satis modeste reliqua doctioribus enarranda sese relicturum profitetur. Duobus uero locis p. 162, 28 et 163, 18 se maius aliquando, si uita comes fuerit, idque Domino placuerit, huius quasi supplementum adgressurum esse pollicetur.

In scribendo passim nimia leuitate usus est, cf. p. 163, 18. 19 et p. 165, 28 'grammatici uidentes — non rectum illis uisum est'; neque hoc defendo, quod p. 165, 3 Priscianum male intellexit uel quod de 'ego' et 'met' pronominibus mira quaedam ariolatus est p. 165, 23; sed in uni-

Digitized by Google

*uersum grammaticorum praeceptis undique colligendis et cognoscendis sedulam nauauit operam neque mehercle infructuosam pro illis, quibus uixit, temporibus. Qui in eo quoque laudandus est, quod tritis illis uulgari grammaticorum usu regularum exemplis omnino fere neglectis noua attulit paradigmata, quae et argumento ipso satis sunt memorabilia, cf. p. 163, 6. 7. 31. 33; 165, 10; 166, 4; 169, 16. 25; 170, 1—3 omniumque ἀτοπώτατον p. 170, 10—13.*)*

*Ex Asperi quoque Bernensis arte grammatica nonnulla petita esse p. 170, 15 adnotaui; Donatum in aduerbii expositione ita secutus est, ut adhibitis, quae p. 386 K. extant, multa insuper adderet noua aduerbiorum exempla, quae ne apud ceteros quidem grammaticos reperiuntur; in coniunctionum uero enumeratione p. 169, 4—13 fere ubique Donati uerba expressit p. 388, 31 — 389, 9, sed non eum Donati formam secutus est, qualem Keilius restituit, sed illam, quam Parisinus inprimis codex Sangermanensis 1180 exhibet. Sed id certius definiri nequit, utrum aliqua, quae in codicibus a Keilio adhibitis non leguntur, Petrus ipse mutauerit an sic scripta in codice suo inuenerit, quamquam illud propius uerum accedere dixerim, propterea quod haud scio an non plura mutandi uestigia relicturus fuerit, si mutare Donati uerba omnino habuisset in animo.*

*Quibus denique temporibus uixerit Petrus, et librorum saeculo IX uel X scriptorum aetate et hinc colligi potest, quod in prooemio Vergilii Maronis grammatici mentionem fecit, quam non fuisset facturus, si multo post Karoli Magni et Alcuini tempora uixisset.**) Itaque quia morem illum ab ineuntis praesertim medii aeui grammaticis saepissime usurpatum et ipse secutus est, ut opus suum uersibus distichica ratione conpositis commendaret, octauo uel nono saeculo ineunte eum uixisse coniecerim.*

---

*) Quae p. 161, 17 de Serone apud Graecos studii orationis inuentore disseruntur, Wilmannsius sagaciter uidit, haec perperam ficta esse ex Isidori orig. I 27, 2: 'Omnia enim prius uersibus condebantur, prosae autem studium sero uiguit. Primus apud Graecos Pherecydes Syrius soluta oratione scripsit; apud Romanos autem Appius Graecus (sic) aduersus Pyrrhum solutam orationem primus exercuit.' Haec enim leguntur apud Bonifacium, cuius frustula metrica Wilmannsius ex cod. Pal. 1753 edidit mus. Rhen. 1868 p. 403 seq., p. 404: 'orationis autem studium primum egit Seron: primus autem apud Graecos Ferecides Syrius solita traditione scripsit, apud Romanos' e. q. s. Ceterum Bonifacii et Petri artium nulla omnino similitudo est.

**) Atque Petri artis iam saeculo decimo lectae testis est codex Aurelianensis M 248 saeculo decimo scriptus auctore Thuroto Extraits etc. tom. XXII p. 15, cuius initium est: 'Orationis genera quinque sunt. Est enim copulata et ligata in metris — relatiua in historiis' = Petri excerpta p. 161, 12.

Digitized by Google

# VI.

# QVAESTIONES GRAMMATICAE SELECTAE EX CODICE BERNENSI 83 EXCERPTAE.

---

## Cap. I.
## DE CODICE BERNENSI 83.

*Codicis Bernensis 83 decimo maximam partem saeculo scripti uarium ac multiplex est argumentum: continet f. 1ᵃ — 16ᵇ (f. 17ᵃ alia manu saec. X singulae uoces breuiter explicatae leguntur; f. 17ᵇ scriptura uacat) quaestiones plurimas ad grammaticam disciplinam uel ad interpretanda auctorum ueterum scripta spectantes. quarum similis congeries inde a f. 63ᵃ usque ad f. 74ᵃ legitur. Inter utramque autem particulam Nonii caput quartum interpositum est:* 'Aduersum contra significat — Vix .... uarro eumenidibus — atque ancillarum' *sed admodum decurtatum, ut non nisi dimidium fere exemplorum a Nonio propositorum extet.*

*Sequitur f. 74ᵇ 75ᵃ scriptura uacantibus f. 75ᵇ:* 'Ad domnum regem de saltu lunae. Domino desiderantissimo et omni sapientiae decore clarissimo dauid regi flaccus albinus perpetuae pacis et gloriae salutem'. *Alcuini libellus, quem Karolo regi scripsit; nam supra 'regem' uocabulum scripta sunt:* 'Karlum quem dauid uocat'. *Hunc excipit chronicon per sex aetates usque ad Hludouici Karoli Magni filii tempora deductum, cui subiuncta sunt nonnulla de Francorum regum nominibus deque monasterii Sancti Vedasti abbatibus. Proxima porro pagina aliquot metrorum ponderumque explicationes habentur: tum sequitur Hieronymi chronicon:* EVSEbius hieronimus uincentio et suis salutem. Vetus iste dissertorum mos fuit — quae uniuersa in suis locis cum summa breuitate ponemus. Valete. *Huic subiunctum est Isidori chronicon Hispaniensis prouinciae:* IN Nomine dnī incp̄ cronica ysidori ispaniensis prouinciae — Explicit laus hispaniae prouinc̄. *Deinde f. 101ᵃ Augustini quaedam:* AUGUSTINUS AD CASULANŪ PRBM̄ DE IEIUNIO SABBATI. Quisquis dominicum diem ieiunio decernendum putauerit — f. 102ᵃ in hac re noli ressistere (*corr.* res-) et quod facit ipse sine ullo scrupulo uel disceptatione sectare. *Vltimo codicis loco manu satis diuersa ab altera multoque recentiori (duodecimi fere saeculi) Pauli Diaconi gesta Langobardorum scripta sunt a tergo mutilata:* f. 104ᵃ Incipit gesta langobar-



Digitized by Google

dorum edita a paulo scī benedicti cassiniensis cenobii monacho. *Denique inter ipsum hoc opus et illa quae antecedunt unius paginae spatium manu saeculi decimi glossarii Graeco-Latini frustulis repletum est, quae, quia haud uno nomine scitu dignissima sunt, hac oblata edendi occasione percurram. Nulla autem eorum cognatio est cum notissimis illis glossariis Graeco-Latinis, quae inde a Bonauenturae Vulcanii temporibus conpluries edita sunt.*

## Cap. II.

## FRAGMENTVM GLOSSARII GRAECO-LATINI.

ΔΡΥΑΔΕϹ deae siluarum sunt dictae a nomine ΔΡΥϹ i. quercus.

ΚΥΒΕΛΛΑ quoque mons est Phrygiae, in quo colitur Ops mater deum, a quo et Cybele dicta est. Alii dicunt Cybellum sacerdotem eius primum fuisse et ab eo Cybelen dictam. Alii: Cybele ΑΠΟ ΤΟΥ ΚΥΒΙΖΕϹΘΑΙ ΤΗΝ ΚΕΦΑΛΗΝ ·i· a rotatione capitis, quod proprium est eius sacerdotum.

ϹΥΜΜΥϹΤΗϹ ·i· consecretalis; compositum est autem a ϹΥΝ i· con et ΜΥϹΤΗϹ ·i· arcanus, unde et ΜΥϹΤΗΡΙΟΝ i· secretum uel sacramentum.

ΜΕΤΕΜΨΥΧΩϹΙϹ ·i· transmutatio animalium in alia animalia, uelut si dicamus 'transanimatio': compositum est quippe ex ΜΕΤΑ i· trans et ΨΥΧΩϹΙϹ ·i· animatio. Nam ΨΥΧΗ anima dicitur.

ΠΑΛΙΝΩΔΙΑ ·i· iteratum canticum et est compositum a ΠΑΛΙΝ i· iterum et ΩΔΗ ·i· canticum.

ΦΑΝΤΑϹΙΑ et ΦΑΝΤΑϹΜΑ imaginatio interpretatur, sed ΦΑΝΤΑϹΙΑ earum rerum est, quas uidimus, ΦΑΝΤΑϹΜΑ uero imaginatio earum, quas numquam uidimus.

ΟΙΚΟΥΜΕΝΗ ·i· orbis terrae, unde ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟϹ diriuatur i· uniuersalis eo, quod sit totius orbis et per ΟΙ diphthongon, pro qua nos habemus ΟΕ, non per Υ scribenda est prima syllaba, secunda autem per Κ, non per Χ. Diriuatur autem ΟΙΚΟΥΜΕΝΗ a uerbo ΟΙΚΩ ·i· habito, unde et ΟΙΚΟϹ domus.

ΑΜΑΡΤΙΓΕΝΕΑ ·i· peccatrix generatio, quod per e, non per i in penultima scribendum est. Compositum est enim a nomine ΑΜΑΡΤΙΑ ·i· peccatum et ΓΕΝΕΑ ·i· generatio, unde genealogia ·i· generis series. ΑΜΑΡΤΩΛΟϹ enim, non ΑΜΑΡΤΙΛΟϹ dicendum ·i· peccator.

---

1 ΔΡΙΑΔΕϹ syluarum 2 CΥΒΕlum frigie 3 cycibellum 4 cybele dictam ΚΥΒΙϹΘΑΙ 5 ΚЄΦΑLIN *De toto hoc loco conferas Seruium ad Verg. Aen. III 111:* Mater cultrix Cybeli] Montis Phrygiae, in quo colitur, a quo Cybele dicta est. Alii dicunt Cybelum sacerdotem eius primum fuisse et ab eo Cybelen dictam. Nonnulli 'cultrix Cybele' legunt, ut sit quasi Cybeleia. Alii Cybele *ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλήν* idest a capitis rotatione, quod proprium est eius sacerdotum. 7 ΑϹΥΝ 8 archanus 10 ΜΕΤΕΜΨΙΚΟϹΙϹ ex meta 11 ΨΥΧΟϹΙϹ 12 ΑΠΑΛΥΝ 17 ΟΙΚΟΜΕΝΙΚΟϹ 18 dyptongon 20 ΟΙΚΥΜΕΝΗ 23 a nomine amartia 25 ΑΜΑΡΤΟΛΟϹ

Digitized by Google

CYMMYXѠN, non CYMMYXIѠN ·i· coobscuratarum, cuius nominatiuus femininus est CYMMYXH ·i· coobscurata uel latebrosa; masculinus uero CYMMYXOC. Compositum est autem ex CYN ·i· con et MYXOC ·i· obscurus locus, uelut si Latine diceretur 'latebra'.

CYNΘHMA ·i· sigillum.

KHPѠMA, non KHPACMA dicendum ·i· unguentum; ponitur autem ceroma pro palaestra ·i· rustica colluctatione; palaestrici enim oleo linuntur, antequam luctam ineant.

†EPOYΘΘEѠN ita uitiatum est, ut nec umbra ueritatis ibi appareat; si uero codicem habuissemus, unde assumtum est, fortassis ex circumstantia uerborum conicere possemus, quid ibi potius legendum esset.

ZYMH ·i· fermentum, unde et ZYMѠ ·i· fermento; ex nomine autem ZYMH componitur AZYMOC ·i· infermentatus; 'a' enim negatiue ponitur.

CYMΠOCION ·i· conuiuium, ex quo CYMΠOCIAKOC ·i· conuiua.

ΠPOBΛHMA ·i· quaestio uel propositio, unde et ΠPOBΛHMATION idest quaestiuncula, ut Dionysius Ariopagita dicit: 'deus YΠEPΘEOC est ·i· superdeus, YΠEPAΓAΘOC ·i· superbonus, YΠEPAΛHΘHC ·i· superuerus'.

KPEAΓPAI tridentes uel fuscinulae ad carnes de caldariis proferendas; KPEA enim Graece caro Latine et AΓPA captio, atque ex his componitur creagra.

---

1 Cυμμύχων] *Recte igitur schol. Bern. ad Verg. Georg. I 498 p. 883 ἔμμυχοι scripsi pro ἐμμύχιοι.* 6 KЄPѠMA non cerasma 7 palestra palestrici liniuntur 9 u'tiatum 13 infermentatus, *suprascr.* uel sincerus purus. 16 questio 17 questiuncula dyonisius] *Fortasse intellegas Dionysii locum qui est in mystic. theolog. init. cap. I § 1, tom. I p. 543 A ed. Corder. 1755: Τριὰς ὑπερούσιε καὶ ὑπέρθεε καὶ ὑπεράγαθε, cf. etiam de diuin. nomin. II § 3 et 4, quibus locis ὑπεράγαθος forma usurpatur. Ὑπεραληθής uero apud Dionysium frustra quaesiui neque extat auctore F. B. Hasio (Steph. thes. s. u.) nisi apud Anastasium Sin. Hodeg. p. 72, 17.*
20 Creagrae 21 grece

---

*Hae glossae quo consilio collectae fuerint, dici nequit: nam quamquam illa Δρυάδες, Κυβέλη, συμμύστης, μετεμψύχωσις ad unum librum referri possunt, quo de diis atque deabus sacrisque rebus disputatum erat, nec non haec κήρωμα, ζύμη, συμπόσιον, πρόβλημα, κρεάγραι certo inter se uinculo conexa esse uidentur, tamen uniuersa nequaquam inter se cohaerent.*

---

## Cap. III.

## DE COD. 83 QVAESTIONIBVS GRAMMATICIS.

*Quae igitur Nonii capiti quarto circumfusae sunt utrimque quaestiones grammaticae, ex earum numero illas tantum excerpsi, quibus ex professo de rebus grammaticis agi uiderem. Insunt autem non pauca,*

Digitized by Google

*quae ad Sacrae Scripturae locos aliquot rectius cognoscendos scripta sunt, quo in genere id satis memorabile est, uulgatam quam uocant Scripturae translationem Latinam quasi grammatice scriptam atque ab ipso Spiritu Sancto accurate institutam acerrime ab istius farraginis auctore defendi, quem ceteroquin grammaticorum ueterum praeceptis non mediocriter inbutum fuisse multis locis probatur. Atque ut excerptis quae usui fore uidebantur, cetera relinquerem, eo facilius ab animo meo impetraui, postquam minime inter se cohaerere singula uidi, quod quo melius intellegeretur, prioris tractatus paginas tres integras proposui p. 172—175, 17. Nam nullo haec sententiarum conexu intercedente exposita esse uides. Idem prorsus de altero tractatu statuendum est, cuius initium hoc est:*

I Beatus Hieronimus in libro Hebraicorum nominum quotiens in ueteri testamento nomen repperit Isaiae (ẹsaie), per i protulit; at ubi uenit ad nouum testamentum, idest ad euangelium, protinus per e dixit 'Esaiam' et statim subintulit: 'uerum apud Hebreos ab i littera sumit exordium'. Vnde certissime sciendum plane, quod per e (*an* per i?) debemus id semper efferre. Nec mirum, cum et ab Edom non Edomei sed Idumei sit proferendum. II Non enim coutuntur Iudaei Samaritanis]. Licet enim, sicut 'fruor', sic et 'utor' iungatur ablatiuo, tamen hic 'Samaritanis' datiuus, ut 'coutor tibi'. III Figura heroici uersus etc., *cf. p. 183, 11.*

*Hi igitur tractatus, quamquam suo uterque modo conpositus est, sunt tamen nonnulla, q̄uae in utroque eadem ratione explicata esse uideas. Itaque in altero f. 63ᵃ haec leguntur:*

Quod Priscianus dixit, quod sicut a rege rexi dempta i remanet rex et a duxi (adduxi *cod.*) dux et a luceo luxi lux, sic a coniungo coniunxi coniunx debeat dici, sciendum certissime, nullatenus id uerum esse, quia uidelicet in superioribus uerbis uocales habentur ante ultimam syllabam, non etiam consonantes, ut habet 'coniunxi'. Vt autem clareat et pateat forma conformis et norma regularis, consimile uerbum competit quaeri, quo ueritate simul atque certitudine rei possit, ut expedit, quisque uult intueri: uinguo, sicut et coniungo, habet u in penultimo; proinde sicut a ningo et ninxi non fit ninx, sed nix, ita prorsus et a coniungo coniunxi non fit ullo modo regulariter coniunx, sed omnimodo coniux. Vnde Sanctus Augustinus in artis grammaticae (grammaticicae *cod.*) libro, sicuti dux et lux, sic docet etiam, quod in ux desinat (*fuit:* designat) coniux.

*Hic Augustini locus in eius scriptis grammaticis non extat, nisi scriptorem de eo Regularum loco cogitasse dicas, qui est p. 503, 5 K:* 'Exit genus commune et in iux syllabam, ut coniux, hic et haec coniux. Exit et in ux, ut hic et haec dux redux'. *Sed hoc parum probabile est. Cum his igitur conferas, quae p. 176, 3—11 excerpsi.*

Digitized by Google

*Nec minus inter se consentiunt, quae de* 'sodes' *uocabulo disputata sunt p. 174, 14 et p. 185, 22. Eodem redeunt, quae in tractatu II f. 71ª leguntur:* 'Mus inflatus magister nequam sophia nota ue (ue *eras.*) menti et mens nota sophiae. Vrania polimetus scruta. interdum ab auctoribus difficilior glosa ponitur etc. *cf. p. 185, 14 seq. Nam quae post uerba* '*magister nequam*' *mutile et corrupte scripta sunt, cum prioris tractatus loco, quem habes p. 174, 1 et 6, congruere uides. Attamen in uniuersum posterior quaestionum centuria in carminibus sacris uel Scripturae Sacrae locis interpretandis uersatur. Idem igitur de duabus his quaestionum collectionibus statuendum est, quod de illa, quae Analectorum Vindobonensium p. 205—211 prostat, diuersas nos diuersorum locorum explicationes grammaticas nullo certo uinculo inter se conexas manibus tenere, quas scholarum usui destinatas fuisse iam inde intellegitur, quod p. 180, 23 seq. aperte discipulorum ratio habetur, cf. p. 184, 27. 35; 187, 18.*

*Ex priori tractatu haec insuper excerpsi:*

f. 5ᵇ *post uerba:* '*in uadimonium trado*' = *p. 177, 36:*

'Mulierem' in antepenultimo nemo debet acuere, sed in penultimo potius, ut calefacit (calefịạṭ [acit], *corr. m. II*). Illa quoque distinctio placet admodum, quod differant aduerbia 'secundo tertio quarto quinto sexto' et 'secundum tertium quartum quintum sextum'. Illa quidem prima, quae terminant in o quod sint aduerbia, claret liquido; at uero ista, quae terminantur in um, nemo nostrum fore (*an* fere?) putaret aduerbia, nisi fuisset tam patenter expositum 'sextum consul', quod sexies fuerit consul. Ac per hoc superiora aduerbia sunt ordinis, ista numeri.

f. 6ª med. Ita, sicut dicendum dictauit dominus deus, dicere possumus, quemadmodum scilicet regulariter et illud A u g u s t i n o nostro docente dicimus de homine (homọne [i]) uel in campo sito (sito *suprascr.*) uel in ciuitate: 'currit in campo uel in ciuitate', *cf. Aug. Regul. p. 522, 33 K:* si autem in uno eodemque loco, ablatiuum, ut curro in foro, curro in campo.

f. 9ª *post uerba:* '*dici posse non negat*' = *p. 180, 36:*
Graeco more tamquam primae declinationis nomina protulit V i r g i l i u s 'crateras' et 'lebetas', ut 'poetas', at penes (poenas, *corr.* -es) nos corripitur 'crater crateris', ut 'stater stateris' et 'lebes lebetis', ut 'hebes hebetis' 'teges tegetis' 'teres teretis'.

f. 10ᵇ med. Inter 'oportet' et 'expedit' salua magistrorum doctrina hoc interim interesse non asserenti, sed conicienti mihi uidetur, ut 'oportet' sit 'necessarium est', 'expedit' uero 'utile est proficuum fructuosum salubre est' iuxta illud: 'omnia mihi licent, sed non omnia expediunt' (expedium *cod.*).

f. 11ᵇ *(f. 11ᵃᵇ de Hebraeorum Graecorum Latinorum syntaxi gram-*

Digitized by Google

*matica conparatiue agitur):* Sic et illud quoque quod contra Iulianum dixit Sanctus Augustinus (augis *cod.*): 'Mira sunt quae dicitis, noua sunt quae dicitis, falsa sunt quae dicitis, mira stupemus, noua cauemus, falsa conuincimus, ita transtulit interpres Graecus (intrespres gręcus): 'Mirae sunt quas dicitis, nouae sunt quas dicitis, falsae sunt quas dicitis, miras stupemus, nouas cauemus, falsas conuincimus'.

f. 14ª Licet Donatus dicat: separatae praepositiones separatis praepositionibus non cohaerent (cohe–), diuina tamen Scriptura postponens talia plerumque praepositioni praepositionem iungit, ut est illud: 'Aut certe desuper terram eripias me' et: 'desub cuius pede', similiter: 'depost fetantes' (fętantes). Recenseo habuit antiquitus duo praeterita (pre–) 'recenseui' et 'recensui', sicut scilicet 'aboleo aboleui et abolui': a recenseo remansit 'recensetus', ut ab oleui 'aboletus', *cf. Don. p. 391, 19 et de postremis p. 180, 11. 13.*

*Posterioris tractatus haec sunt:*

f. 63ᵇ Hymnus (ymnus) ille iste confessor de multis confessoribus totus placere debet; at tamen de nonnullis non inmerito uersus ille propter uiolationem ueritatis totus displicet † ad sacrum cuius; uix enim de quibusdam fit in anno quod in eo perhibetur frequenter. Igitur aut de talibus ille uersus omittendus est penitus, aut dicendum corda languentum (languentium) aut spiritaliter est de membris etc., *cf. p. 183, 17.*

f. 66ª Metuebat Herodes Iohannem v̄. manifestum enim factum fuerat nomen eius ob insignia uirtutum: propterea uerebatur illum]. 'Nescio quis istum uersum fecerit, scio tamen, quod Sanctus Iohannes insignia miraculorum non egerit. Nullum enim debilem infirmumue curauit neque corporaliter aliquem sanauit, spiritalium tamen uirtutum efficacia (–atia) praecipue uituit atque radiauit.

f. 71ᵇ *(de dictione 'uenit in mentem' agitur):* Quod et ipsum sole clarius in uerbo 'miror' (minor *cod.*), quod posuit ipse Priscianus (ipsi priuanus *cod.*), cognoscere possumus: ait enim 'miror (minor *cod.*) illum' et 'illius' et 'illo', ut:

Molem mirantur

(miranti *cod.*) et:

Iustitiane prius (plus *cod.*) mirer belline laborum —

*(cf. Prisc. II p. 319, 9—13; Verg. Aen. II, 32; XI, 126)* 'miror illum' (minor *cod.*) posuit proprie, 'miror illius' figurate. 'Miror' quoque 'illo' resolute, unde † uegens (genetiuus?) ille pro nominatiuo stat apud Boetium (boetiam *cod.*) iuxta traditionem (iuxtraditionem *cod.*) omnium huius temporis (omni hunc temporis *cod.*) hominum: 'uti nunc mentis es'. Aiunt enim uelut exponentes: 'uti nunc memor es', cum sit solummodo: 'uti nunc mentem habes', ut illud: 'qui mentis est † duo corruet in malum'.

Digitized by Google

*Boetii locus consol. phil. I pr. 5, lin. 38 ed. Peiperi legitur.*

*Restat de* Audace *quodam grammatico locus, quem num ad notum illum Audacem cum Maximi Victorini scriptis artissime coniunctum referre debeamus, dubitare licet, quamquam ut non adfirmari illud pro certo, ita ne negari quidem potest:*

f. 68[b] Item deus qui iustificat, item ut sit ipse deus iustus et iustificans. Vnde Sanctus Augustinus, cum eum quidam grammaticus Audax nomine sacratorem plebis dei nominasset: 'Quid' inquit, 'me sacratorem plebis dei uocas? Da ueniam multam (multum): cui loquaris | f. 69[a] | ignoras, cui sacratum esse magnum est.' Hinc etiam alius doctor ait, quod electi dei gratiam sancti spiritus accipere sciunt, dare nesciunt. Non debuit dicere ullatenus sancto Remigio in columbae specie crisma (crismam) ministrasse spiritum sanctum, qui etiam uelut de crismate ipso (ipsos) reliquias dedit regi Hludouuico. Deus est qui sanctificat, sanctus uero quilibet egenus inops ab ipso sanctificari se caeterosque supplicat.

## Cap. IIII.
## DE COD. 83 QVAESTIONVM GRAMMATICARVM ORIGINE ATQVE AETATE.

*Iam quo potissimum tempore omnia haec scripta fuerint requirentibus nobis Althelmi Einhardi Smaragdi nomina atque adeo Karoli Magni et Hludouuici regum intra saeculorum noni decimique fines consistendum esse demonstrant: nam quominus ultra progrediamur temporum, quibus codex scriptus sit necesse est, inpedit habita ratio.*

*Sed de loco satis constat, si quidem in primarum paginarum 1[b] et 2[a] marginibus inferioribus scripta sunt manu antiqua saec. X:* LIB FRIS EMMONIS DONO TEVTBOLDI | AD OBSEQVIVM SCI REMIGII scripsit illi partim fr uuarinus | partim hernardus *(sic)* clericus. *Porro p. 176, 30 libri scriptor se suosque populares aperte distinxit ab Afris Romanis Beneuentanis Italis omnibus. Eodem facit, quod p. 178, 7 Sparnaci uillae, quae a nostrae aetatis hominibus Epernay uocatur, atque Troiae oppidi, quo nomine Troyes urbem significari Wölfflinus probabiliter mihi significauit, mentio fit nec non Corbeiae coenobii. Eodem loco quod nominatur palatium Charisiaci, esse Chiersi non longe ab his, quas dixi, urbibus remotam Winkelmannus collega meus benigne me edocuit. Iam cella, quod Altum uillare nuncupatur, quae duobus locis p. 178, 7 et p. 184, 35 seq. ita commemoratur, ut ipso illo loco hunc librum scriptum fuisse pateat, haud procul a Sancti Remigii urbe aberat prope fluuium qui uocatur Marne, in ipsis Sparnaci pagi finibus constituta, cui hodie nomen est Hautuilliers, cf. Mannerti lexic. geograph. I p. 890. Sed mirum est p. 187, 26 agrestium Graecorum Latinitatis ignarorum personas induci, qui quomodo quid in-*

Digitized by Google

*terrogari potuerint difficile dictu est. Ceterum in huius loci uerbis recensendis libri uestigia* YPOPANTI *quamuis corrupta sequi malui, quam ὑπάντησις uel ὑπαντίασις conicere, quod ipsum additis 'obuiationis' uel 'decursus' interpretationibus significari uidetur. Est autem apud Graecos nomen diei festi postridie Kalendas Februarias celebrati, cui apud Romanos Candelariae nomen est, uel Hypante uel Hypapante uel Ypapanti dicti, quod ipsum 'obuiatio' dicitur significare apud Dithmarum Merseburgensem (Leibnitii Script. Tom. I p. 375): 'quarto Non. Febr. i. e. Hypanty Domini seu obuiatione iusti Simeonis', cf. Haltaus Calendar. medii aeui a Scheffero recogn. 1797 p. 87.*

# VII.

## DE VERGILIO MARONE GRAMMATICO.

*Vergilii Maronis grammatici, quem sexto uel septimo post Christum saeculo natum esse atque si Dis placet floruisse iam una est uirorum doctorum uox, quod locos aliquot, quorum aut nullam omnino aut tenuem atque non raro fide destitutam habueramus notitiam, ex medii aeui artibus grammaticis collectos huic uolumini inserui, non equidem uereor, ne ipsis nugatoris nequissimi ariolationibus fauere dicar. Nam dum cetera grammaticorum medii aeui uirorum cohors bona plerumque fide usi ueterum praecepta secuntur satisque habent collectum undique puluerem grammaticum suis ipsorum ingeniolis mediocriter aspersisse, unus inter eos extitit Vergilius Maro, qui ad ultimos audaciae atque inpudentiae fines prouectus non solum peruersissima de rebus a ceteris probe obseruatis iudicia ferret, sed insuper singularem istam insaniam mendaciorum foedissimorum inuentione quasi tueri ac conmunire auderet, reuera ille quidem non lucem ex fumo, sed ex fulgore fumum dare solitus. Nonne notissimo illo Vergilii uersu ecl. III, 90: 'Qui Bauium non odit, amet tua carmina, Maeui' nequiter abusus Maeuium uirum in carminibus dulcissimum fuisse nugatus est? Etenim haec legimus p. 79 Mai: 'Astipuletur mihi in hoc Maeuius uir in carminibus dulcissimus, de quo illud pro centum est: q u i f a u u m m e l l i s (Bauium!) n o n a m a t, o d i t t u a c a r m i n a M a e u i. Hic eloquentissimum carmen in octo partes orationis edidit, in quo haec ait' e. q. s. Mitto cetera, quae iam ab aliis collecta sunt, cf. Keilii progr. Erlang. 1868 p. 5. Sed est quod ueniam demus Maio, ut ipse testatur auct. Vat. tom. V praef. p. VI, Vergilii*

Digitized by Google

*Maronis copia eruditionis peregrinoque magisterii genere delectato. Quamquam enim multa sunt prorsus respuenda, tamen nonnulla ita conparata sunt, ut probari possint uel saltim intellegi respecta illorum quibus Vergilius uixit temporum dicendi consuetudine, uelut quae p. 100 seq. de phonorum scinderatione dicuntur, optime explicantur carmine Eugenii Toletani, quod patr. ed. Lugd. tom. XII p. 345 legitur. Accedit, quod Vergilii grammatici auctoritatem apud aequales posterosque non nihil ualuisse ars anonyma Bernensis Cruindmelusque atque Clemens qui dicitus Scotus et Petrus demonstrant; quae quamquam inde a Karoli Magni temporibus paulatim restingui coepta est, tamen ad grammaticorum qui inter sextum nonumque saeculum uixerunt indolem penitus perspiciendam Vergilii quoque opera adhibenda esse patet. Itaque postquam ex copiis meis grammaticis uariis modis Vergilii scripta, ut edita sunt a Maio, suppleri posse uidi, hunc quoque laborem subii. Quo facto non sine quodam gaudio uidi, nonnulla, quae in Maii editione inepte exposita erant, in meis excerptis ad sanioris iudicii normam redacta esse. Itaque, ut hoc ipsum quid ualeret ad purgandum, si id fieri potest, hominem, melius intellegi posset, Maii editionis discrepantiam scripturae accurate ascribendam curaui. Sed multo maior eorum quae excerpsi pars apud Maium omnino non extabat, quae quidem eiusmodi sunt fere omnia, ut collegisse me non modo non paeniteat, sed delectatione quadam inbuat. Nam huic quoque pomo honorem habitum iri aliquando a uiris doctis medii aeui studiorum mysteria latebrasque perscrutantibus spero atque confido.*

---

# VIII–X.

# DE COMMENTIS EINSIDLENSIBVS IN DONATI ARTEM MINOREM MAIOREM BARBARISMVM.

---

## Cap. I.

## DE REMIGII AVTISIODORENSIS COMMENTIS IN DONATVM.

*Commenta Einsidlensia tria in Donati artem utramque atque barbarismum quamquam haud sane multa prae se ferunt reconditioris doctrinae uestigia, tamen, quemadmodum nono uel decimo fere saeculo Donatus explicatus sit et quae patuerit tunc commentantibus sermonis et Latini et Graeci notitia, luculenter demonstrare possunt. Quod commentandi genus ut est satis exile atque ab accuratiore rerum inuestigandarum*

Digitized by Google

*perscrutatione remotum, ita exceptis aliquot, quae in singulis uocabulis a Graeca origine repetendis uersantur, definitionibus, in uniuersum Vergilianis similiumque eius ariolationibus paene omnino caret. Atque eorum ex numero commentorum, quae multa etiam in bibliothecarum tenebris latere consentaneum est, quod Einsidlensia potissimum luce donaui, inde factum est, quia haec ipsa ab insequentium saeculorum hominibus probata et propagata uidi seu excerpentibus seu alia aliunde iis adglutinantibus. Hoc ut probarem, alteri in Donati artem maiorem commento atque tertio, quod ad barbarismum pertinet, passim in adnotatione codicis Bernensis 386 locos consimiles ascripsi non omnes, sed quadam dicendi uel docendi proprietate conspicuos. Itaque etiam in scholio marginali, quod cod. 207 f. 10*$^{b}$ *primis Donati de littera uersibus ascriptum est manu saeculi decimi, talem argumenti cognationem deprehendas: 'litterę quare dicte? tribus ex causis, uno modo quasi legittere eo quod praebeant legentibus iter. alio modo ex his dictę a litturis idest a liniendo. antiqui quippe non habebant membranas sed scribebant in tabulis ceratis omnia et iterum delebant. tertio modo dictę litterę eo quod in legendo iterentur. Sepe enim in una linea potest a repperiri aut b aut c', cf. comm. Einsidl. II p. 221, 15—19; ibid. 'Mos erat apud antiquos ut non dicerent obtimus, sed obtumus nec uir expresse, sed ita ut e sonaret nec obtumus expresse sed ita ut i sonaret et ideo i et u medię dicuntur', cf. comm. Eins. p. 223, 11—17. Ceterum hanc argumenti similitudinem ita quoque explicare quispiam possit, ut ex talium scholiorum margini aspersorum farragine undique congesta commentatorem Einsidlensem opusculum suum confecisse dicat.**) *Hic uero quis fuerit homo atque ubinam gentium uixerit quibusue temporum finibus quam accuratissime sit circumscribendus, difficillime dictu esset, nisi primum certe tractatum sub Remigii nomine in libris manuscriptis passim circumferri constaret, cf. Caroli Thuroti 'Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque impériale', tom. XXII, 1868 p. 9. 10. Nam haec sunt ultima uerba eius tractatus, qualis est in codice Montepessulano 387 saec. X f. 101:* 'unde et papa dicitur apostolicus et interpretatur admirabilis uel pater patrum. Et attat interiectio est metuentis. Liber Remigii explicit. Deo gratias amen'. *atque in codice Parisino 712 (saec. XIII) f. 47*: 'Incipit expositio Remigii in prima editione Donati gramatici urbis Rome. Iste titulus *(cf. Keilii*

---

*) *Obiter moneo, eum locum, quo de 'idem' pronomine agitur p. 205, 8—15, ex Iuliano manasse uideri, eo scilicet, qualis legitur in codice Bernensi 207, f. 28*$^{b}$: 'Idem masculino genere productum. Δ Quomodo? )-( Quando masculini generis fuerit, ut puta 'idem uir' erit i longum dem breue et erit pes trocheus. Δ Da eius exemplum. )-( Viuo nocendo quidem sed me manet exitus idem. Idem neutro correptum. Δ Quomodo? )-( Quando neutri generis fuerit, ut puta 'idem animal', erit i breue dem breue et erit pes pirrichius. Δ Da eius exemplum. )-( Mortale corpus idem inmortale resurgit.' *Exempla poetica desunt apud Iulianum uulgatum p. 79. 80 ed. Rom., cod. Bern. 123 f. 126*$^{b}$.

Digitized by Google

*progr. Erlang. 1868 p. 24)* — f. 56: timentis. Litora sermonum linguis componimus istic', *cf. huius libri p. 218. Huius igitur copiarum Einsidlensium partis auctorem Remigium fuisse indubitatum esse uidetur.**) *Nam quod a Thuroto ex Remigii commento p. 80 adn. adfertur de typico siue gerundii modo* (Tipicus modus dicitur, idest figuratus. quia figurate portat sub litteratura actiui sonum passiui), *iisdem plane uerbis conceptum legitur huius libri p. 210, 10. 11. Itaque dolendum est, Thurotum ex ea commenti parte, qua de nomine agebatur, quam ex codice Einsidlensi deperiisse diximus p. 202, non nisi pauca excerpsisse; sed uel haec, dum librorum ipsorum Remigii inspiciendorum copia negatur, hic inseram (Thurot. l. l. p. 70):*

Ex Remigii Autisiodorensis in Donati artem priorem commentario excerptum de nomine.

Cod. Montepess. 387 saec. X f. 84[b]:

cf. Don. p. 355, 18. Cum haec ergo promiscua sint nomina, quaerendum est, cur passerem et miluum masculino, aquilam uero et mustelam feminino genere pronuntiauerit. Ad hoc respondendum est quod auctoritas et usualis loquacitas magistrorum fecit, ut, quae r uel s litteris terminantur, magis masculino, et quae a finiuntur, feminino genere pronuncientur.

*Iam quaeritur, num alterum quoque commentum Einsidlense, quod inde a p. 219 exhibuimus, Remigium auctorem habeat, in quod ipsum ut inquiramus eo adducimur, quod magna inter utramque expositionem similitudo intercedit ita conparata, ut non solum uel eadem omnino uel paululum mutata uel similia saepissime utrobique legantur, sed et iisdem auctorum exemplis haud raro firmentur. Quod quamquam unaquaque pagina certissime conprobatur, tamen, ne multus sim, eos solum locos enumerabo, quos ad pronominis et uerbi explicationem pertinentes collegi: p. 204, 19—22 = p. 247, 9—15; 203, 33 seq. = 247, 25—29; 205, 26 = 248, 26; 202, 19—203, 3 = 249, 2—12; 205, 17—37 = 250, 8—24; 206, 1—4 = 251, 2—4; 206, 22—26 = 251, 13—16; 206, 26—28 = 251, 16—18; 206, 37—207, 9 = 251, 36—252, 7; 207, 13—18 = 251, 32—34; 207, 9—13 = 251, 34. 35; 207, 19—22 = 252, 7—9; 207, 33—35 = 253, 1—3; 208, 1—11 = 253, 8—14; 208, 14—18 = 254, 8—10; 208, 20—22 = 254, 17—19; 208, 22. 23 = 254, 20. 21; 208, 27. 28 = 254, 21. 22; 208, 32. 33 = 254, 22. 23; 208, 36—38 = 254, 26—28; 208, 39. 40 = 254, 25. 26; 209, 6—12 = 256, 17—22; 209, 14—18 = 256, 23—26; 209, 18—21 = 256, 26—29; 209, 23—33 = p. 256, 30—39 etc.*

*) Eodem redit, quod in codicis Einsidlensis, quo hic Donati minoris commentarius ab initio mutilus legitur, tegumento postico alia manu de titulo nonnulla scripta sunt, quae satis consentiunt cum primis commenti Remigiani uerbis, cf. supra p. XLII not.

Digitized by Google

*Atque Remigium*) in secundam quoque Donati editionem commentatum esse constat, cf. H. Keilii progr. Erlang. p. 24 et Thuroti librum supra laudatum p. 10. Quorum hic in bibliotheca Brugensi (n. 537 saec. XIII; cf. Laude catalogue des manuscrits de la bibliothèque de Bruges p. 470) tale commentum extare ait, sed, id quod summopere doleo, nihil certius de eo significauit; tamen Laonensis libri n. 465 saec. XIV Remigio attributi hoc esse initium contendit: 'Quoniam ad sapientiam per gramaticam deuenimus.' Keilius uero libri Bernensis 386 non nisi subscriptionem proposuit. Quem describens Sinnerus catal. codd. Bernn. I p. 369. 370 eo errauit, quod eam Donati artis secundae expositionem Remigio attribuit, quae in initio f. 1ª — f. 24ᵇ legitur. Hanc enim expositionem non saeculo XIII, sed XII scriptam, quam cum commentariis Einsidlensibus interdum congruere uidimus (cf. p. 237, 5 marg. 16 marg. 238, 18 marg. etc.) a Remigio alienam esse eo probatur, quod, quam inde subscriptionem Keilius protulit p. 24: 'explicit Donatus maior cuius expositor est Remigius', ea non in huius, de qua loquimur, fine legitur, sed in altera ab ista satis diuersa, quae manu saec. XIII scripta inde a f. 25ª usque ad f. 35ᵇ pergit. Sinneri uero error inde natus est, quod in prima codicis pagina manu recentissima adscriptum est '1. Donatus cum expositione Remigii', quod ad alteram libri partem pertinere inde patet, quia statim sequitur '2. glossa Doctrinalis', quae alteram expositionem excipit f. 36ª — f. 91ª.*

## CAP. II.

## DE CODICIS BERNENSIS 386 COMMENTIS IN DONATI ARTEM SECVNDAM DVOBVS.

*Duae igitur istae expositiones ambae ad Donati artem maiorem pertinent, quarum prior Donati uerbis continuo scriptis ita adiecta est, ut quattuor margines linearumque spatia interposita passim scholiis repleta sint, posterior singulis Donati sententiis, quae illustrantur, praemissis subicitur. Atque haec non nisi ad octo orationis partes pertinet, illa, postquam f. 1 — 17ᵇ orationis partes expositae sunt, f. 18ª eo loco, qui est de posituris p. 372, 15 — 23 K., exhibito ad barbarismum pergit usque ad finem libri: 'ut at nos sic frigius — troianas uexit ad urbes. Explicit liber artis donati.' Cuius hoc est initium:*

**Incipit edicio secunda donati grammati urbis rome. Cum dicit secunda intelligitur prima quia donatus duas ediciones conposuit minorem**

*) Remigii in Martianum Capellam commentarius, quatenus ad librum tertium qui est de grammatica spectat, quamquam in duobus libris Bernensibus uetustis nr. 56 saec. X et nr. 331 saec. X—XI legitur, ideo a me praetermissus est, quia nihil inde ad studia grammatica cognoscenda colligi poterant, si quidem fere totus in singulis uocabulis uerbaliter explanandis uersatur. Hoc iam Thurotus uidit l. l. p. 11.

Digitized by Google

uidelicet et maiorem: minorem ad pueros instruendos, maiorem ad perfectiores. Minor uero sub interrogatione et responsione conposita est que congruit pueris. Maior uero absolute est conposita quia perfectioribus conuenit. Edo multos sensus habet: quando equaliter declinatur edo edis edit, significat parturio siue informo, unde Sedulius *(op. pasch. lib. I tom. VI p. 460 F ed. Ben.):* Edidit et serum suspendit ad ubera natum. Quando inequaliter edo es est, significat manduco.

*Remigii uero expositionis hoc est principium f. 25ª:*

Don. p. 372, 25 Partes orationis sunt octo: nomen etc. — interiectio. Notandum inprimis, quod maiores has partes maioribus et intellectu fortioribus Donatus conscripsit; quemadmodum enim minorem editionem minus intelligentibus i· pueris sub interrogatione pueri et responsione magistri ordinauit, ita hanc auctioribus doctoribus sine ulla iam interrogatione uel responsione composuit. Qui quasi iam roborato ingenio non indigentes interrogatione per se quae nolunt legere et intelligere possunt. Hanc etiam decorando suis circumdedit hic ornamentis ab humane s. nite qualitate illam conformans. Primo enim de uoce, deinde de littera, de sillaba, de pedibus, de tonis, de partibus, ad ultimum de uitiis scripsit. Infans enim cum nascitur, primo uocem sine sensu emittit, postea iam loquendo uerba profert, quae procul dubio litteris et sillabis constant, cum rectis pedibus incedere incipit; at postquam iam loquendo et ambulando roboratur, partium mox doctrina (dict'na) imbuitur. Cum autem aliquantulum roboratur, Latinitatis amore captus uel loqui aliquid Latine uel dictare gaudet. Sed quia nondum est in arte perfectus, incurrit barbarismum i· in dictando uel loquendo uitium facit. Quod dedecus cum iam cautiori oculo nouerit declarare, securus abhinc (adhinc *cod.*) eligantibus uerbis siue dictatione sententias ornat. Quidam hunc ordinem non recipiunt ex parte: nam post partes ponunt pedes et tonos cum barbarismo atque ceteris uitiis, quia pueri primo litteras et sillabas iubentur agnoscere, deinde partes componere illarum quae componi tum habere perticiam (*leg. fort.* illarumque compositionum habere peritiam) quibus cognitis nomina sillabarum et accentuum t'ªe; (*fort.* ceteraque) ut sedulus (cedulus) discat donec ad hoc perueniat ut sciat uitare barbarismum cum ceteris uiciis.

Don. p. 372, 26 Ex hiis sunt due — nomen et uerbum. Principales partes merito dicende etc.

*desinitque in haec uerba f. 36ᵇ:*

Don. p. 392, 2 Accentus in interiectione certi esse non possunt ut fere in aliis uocibus quas inconditas inuenimus. In aliis uocibus i· in aliis partibus siue dictionibus s. barbaris et peregrinis quae incondite dicuntur i· inconposite quia illorum regulas uel accentus ignoramus: 'fere' autem dicit quia quorum noticiam habemus ut cristus scimus quem accentum habeant, uel aliter: nullus accentus certus est in interiectione ut fere in aliis uocibus quia quaeque gens suas habet interiectiones quae

Digitized by Google

in aliam linguam transferri non possunt, unde racha, quae interiectio est ebraica ab$^a$ (?) in alia non p$^T$ (potest? potuit?) in alia lingua exponere. Nichil autem differt utrum pape accentu in fine posito aut penultima dicatur: similiter in ceteris. Incondita res dicitur informata quae nullam formam nullamque habet conditionem secundum omnes uoces pro omni interiectione deputari quae cuiusque passionis animi pulsu per exclamationem proferuntur. Explicit donatus maior cuius expositor est Remigius.

*Sed num ipsa Remigii uerba cod. Bern. 386 praebeat neque mutata potius per eius discipulos, iure dubitari potest. Nam quod Alexander de Villa Dei in suo Doctrinali (cf. Thuroti librum p. 507) Remigium contendit de Donati editionis maioris loco p. 385, 4 K. exposuisse:*

Donatus dicit in maiori uolumine: 'Sunt'uerba defectiua alia per modos ut cedo'. . . Remigius dicit exponendo Donatum sic: 'Cedo deficit per modos quia non habet nisi secundam personam in presenti tempore. Facesso idest frequenter facio et interdum discedo et interdum desidero deficit per formas. Non uenit a perfectatiua forma, sed frequentatiuam formam habet tantum' —,

*eius nihil simile legitur apud cod. 386 Remigium f. 34$^a$ col. II:*

Cedo non habet nisi inperatiuum (inperatiō) et est secunde persone. Facesso quod est de secunda tamen (tm̄) uerbum sine perfecta forma esse uidetur; nam facio facito faxo facit, nullo enim uerbo quartus gradus admittitur.

*Sed ne in Einsidlensi quidem commento prorsus eadem extant p. 257, 31 — 258, 1, quamquam Alexandri locus multo magis in Einsidlensem librum, quam in Bernensem quadrat.*

*Ac uide porro, quam dissimilia sint inter se utriusque commenti initia; nam uel si contendas talia, qualia in cod. 386 praemissa sunt, in commenti Einsidlensis ea parte, qua de nomine agebatur, nunc deperdita (p. 231) olim lecta fuisse, tamen minus apte uni eidemque homini utrumque attribuas, quippe cum Einsidlensis commentator p. 219 laudet Donati consilium a uoce incohantis, Bernensis uero eorum rationem et enarret et ipse sequatur, qui editionis secundae loco primo orationis partes collocandas esse censeant.*

*Iam expositor Bernensis in fine pronominis f. 32$^b$ col. I haec scripsit:* Neuter uter unus alter alius etc. — eo quod articulis in declinatione non indigent. Voluit ut arbitror hoc affirmare in quo multos dubitare sciebat, sed Priscianus certa nomina ac pā affirmat esse (*fortasse*: nomina haec pronomina *etc.*). Deinde in priore editione me de hac parte satis dixisse arbitror, plura nunc scribere non opus esse uidetur. *Quae cum libro Einsidlensi p. 250, 1—6 non consentiunt.**) *Simili modo*

*) Atque in uniuersum hoc de pronominis explicatione statui potest, exiguam in hac parte utriusque libri similitudinem deprehendi.

Digitized by Google

*f. 27ᵇ col. II, cum de nominis generibus agebat, ad primam editionem prouocauit:* Genera nominum sunt IIII$^{or}$ etc. — aquila mustela miluus. De generibus in minori editione sufficienter disputatum est, fastidium est ergo eadem repetere sepius. *Sed de hoc argumento in commento Einsidlensi prolixe agitur p. 234, 14 — 236, 1.*

*Quae cum ita sint, tamen iisdem utrumque commentum fontibus fundamentisque niti negari non poterit, quod ut persuadeam uiris doctis, eius partis, qua nominis conparatio tractatur, aliqua percurram.*

Cod. 386 f. 27ᵃ col. I:

Comparationis gradus sunt tres positiuus comparatiuus superlatiuus: positiuus, ut fortis, comparatiuus ut fortior, superlatiuus ut fortissimus. Sciendum autem, quod illa nomina, quae substantiam significant, non comparantur, *quia* incrementa uel diminutiones accipere non possunt: uerbi gratia homo uel lapis substantiam significant cuius significatio nec augeri nec minui potest. Si enim homo uel lapis inciperet comparationem i· maius uel minus, iam non esset homo uel lapis. Si uero actionis aliquod dictamen homini uel lapidi acciderit, tunc habet locum comparatio (comcomparatio), ut doctus homo et doctior, lapis durus et durior. Ergo non ipsa substantia, sed quae acciduut substantie comparantur. Sed comparatiuus gradus generis est semper communis masculini et feminini in or et neutrum uero in us ut hic et haec fortior et hoc fortius. Causa breuitatis praetermisit Donatus de genere . . . . . . . . . . . (*cod.* pos$^{uo}$ et sing$^{uo}$ et g$^{u}$.) sed hoc debemus scire, quod positiuus recipit omnia genera, alia autem comparatiui gradus generis sunt communis et masculini et feminini in or, neutrum uero in us. Vt hic et haec fortior et hoc fortius excepto uno quod est senior, quod tantum masculini generis est et facit quod femininum haec anus. Superlatiuus tria recipit genera ut doctissimus ma mum. Comparantur autem nomina quae qualitatem aut quantitatem significant. I· omnia nomina quae comparantur qualitatis et quantitatis sunt, sed non omnia quae qualitatem aut quantitatem significant comparantur. Nam cecus mancus perfectus, cum sint nomina qualitatis accidentia, minime comparantur . . . . . . . . . (*cod.* i$^{e}$ n$^{t}$ si ẽe) significatio comparare ut dicam cecior et sumus perit prior significatio per omnes gradus. Sed non omnia per omnes gradus exeunt. Et duobus et oui$^{is}$ nomina in comparatione deficiunt aut littera ut peior aut sensu ut mediocris. Ideo

---

1 Comparationis] *Don. p. 374, 15* 3 Sciendum — 11 comparantur *cf. comm. Einsidl. II p. 231, 24—32* 11 Sed comparatiuus] *Don. p. 374, 17* 15 comparatiui gradus — 18 haec anus *cf. comm. Eins. p. 231, 33—35* 19 Comparantur] *Don. p. 374, 17* 21 i · omnia nomina — 24 comparantur *cf. comm. Eins. p. 232, 2—5* 25 perit *etc.*] *cf. comm. Eins. p. 232, 7* Sed non] *Don. p. 374, 18* 26 Et duobus — p. CXIV 4 comparatiuus *cf. comm. Eins. p. 232, 7—13*



Digitized by Google

autem per omnes gradus non exeunt, quia ipse Donatus dicet in sequentibus, quod quaedam nomina sunt, quae tantum habent positiuum et comparatiuum ut senex et quibus deesse superlatiuus, alia positiuum et superlatiuum, quibus deest comparatiuus. Vnde sb' dī.

*Est igitur quaedam commenti utriusque cognatio neque tamen ea, ut, qui alteram expositionem Einsidlensem conscripsit, hunc ipsum Remigium fuisse pro certo ausim adfirmare, praesertim cum commentum Bernense ipsum, quod Remigii nomen prae se fert, ut doctrinam sane eius uiri referre, ita integram uerborum imaginem minus praebere Alexandri loco conprobari uideatur. Itaque, ne subtilius inquiramus in res humana indagatione obscuriores, donec certiora inueniantur ueri uestigia, hoc statuisse satis habemus, tres hos Donati artis secundae expositores Einsidlensem et duos Bernenses ex copiis a Remigio magistro subministratis hausisse ita, ut neque recederent nimis a communi fonte et suam quisque rationem peculiarem in tractando sequerentur. Atque haec erat causa, cur eius expositionis, quae cod. Bern. 386 primo loco posita est, excerpta nonnulla commento Einsidlensi passim adderem: quod de altera quoque uellem statuissem, sed urgebat temporis breuitas et laboris iam ad finem certum perducendi taedium.*

## Cap. III.
## DE COMMENTO BERNENSI IN DONATI BARBARISMVM.

*Iam quod ad tertium commentum Einsidlense quod est de barbarismo mutilum pertinet, ne de eo quidem certius statui potest, num Remigium habeat auctorem. Nam illorum glossae Graecismi locorum, quibus Thuroto auctore l. l. p. 10 Remigianae barbarismi expositionis mentio fit* (Donatus: sineresis est . . . unde Remigius: hic poeta propter necessitatem metri unam sillabam de duobus uocalibus fecit. — Idem patet per Remigium dicentem sic: Zeuma est conclusio idest coniunctio et dicitur figura, quando multa deponentia uno uerbo uel una sententia clauduntur. — Preterea dicit Remigius: ideo fit uiciosa (*scil.* cacosyntheton *figura*) quia scilicet littera, que pene pro sillaba accipitur, in fine ponitur dictionis), *duo primi a libro Einsidlensi discrepant (p. 267, 15 et p. 269, 10), tertius in ea quae seruata est parte non extat.*

*In hac quoque parte commenti Bernensis cod. 386 prioris auxilio aliquot loci inlustrari poterant, unde, ut libri Einsidlensis lacunosa condicio aliquantum repararetur, haec insuper excerpsi:*

f. 18ᵃ *(Don. p. 392, 5)* Barbarismus dicitur a barbaris gentibus; dum enim Romani totum orbem in sua ditione tenerent, quosdam de diuersis partibus Romam uenire fecerunt, ut ibi Latinitatem discerent, quatinus ipsi cum Romanis et Romani cum illis loqui possent. Illi autem

Digitized by Google

non recte Latinitatem proferre ualentes ceperunt eam corrumpere, unde placuit Romanis, ut illa lingua barbarismus uocaretur.

f. 18[a] *(Don. p. 392, 7)* Mastruga lingua Gallica dicitur uestis ex pellibus ferarum facta. Cateias lingua Afrorum dicitur gladius. Magalia et mapalia idem sunt uidelicet casule pastorum uel cauanne, sed in his differunt, quia magalia producitur, mapalia corripitur.

f. 18[a] *(Don. p. 392, 14)* Infantibu' (u *supra* i) dixit pro infantibus. Versus enim est, in quo littera subtrahitur, quia aliter in eroico metro ordinari non potuit.

f. 18[b] *(Don. p. 392, 21)* Detrahuntur accentus, ut si quis meta creta et cetera talia sub acuto accentu pronuntiauerit, cum sub circumflexo pronuntianda sint: tunc fit detractio circumflexi et positio acuti.

f. 18[b] *(Don. p. 392, 26)* Scilicet quam alii etc.] Sensus talis est: illi qui indicant eam esse litteram, hii putant esse barbarismum, qui per eam sit in scripto et hii, qui non iudicant eam esse litteram, barbarismum, qui per eam fit, dicunt esse in pronuntiatione.

f. 18[b] *(Don. p. 393, 1)* Metacismus est uicium siue scissio m littere quae fit quando m littera inter duas uocales ponitur, ut 'bonum aurum' 'docibilem amicum', ut talem sonum habeat unum m, ut duo m m esse uideantur. — Laptacismus est uitium siue scissio l littere, quae fit, quando duo ll in medio posita asperum sonum reddunt, ut sella stella. Nam unum l in medio positum exilem sonum facit, ut relinquo. — Collisiones dicuntur confricationes quando finis (sinis *cod.*) praecedentis dictionis initium est sequentis, ut 'materia a terra', et quando multe dictiones ab una littera inchoant, ut est illud:

O Tite Tate tute tibi tanta tiranne tulisti.

f. 18[b] *(Don. p. 393, 5)* Soloecismus dicitur a Sole ciuitate Dalmatie, quae nunc Ponpeiopolis dicitur, cuius habitatores Athenas perrexerunt, ut ibi Graecam linguam discerent et suam seruarent, quam recte non ualentes proferre utramque corruperunt. Vnde placuit doctoribus, ut uicium illius lingue soloecismus uocaretur.

f. 19[a] *(Don. p. 393, 18)* partibus] Quidam libri habent 'partium orationis', sed recte et nobilius dicit 'partibus', quio accido uerbum datiuo casui iungitur.

f. 19[a] *(Don. p. 393, 20)* Toruum nomen est, quod (qui *cod.*) ponitur pro aduerbio torue: de Amata uxore Latini dicit, qui cum Lauiniam filiam suam Enee sociaret, toruum i· terribiliter clamabat, cuius exemplum latius est:

Sanguineam torquens faciem toruumque repente
Clamat: io matres audite ubi quaeque Latine.

f. 19[b] *(Don. p. 393, 30)* Per genera fiunt soloecismi, sicut 'ualidi silices'. Silex enim feminini generis est. Vnde Virgilius:

Ita silice in nuda reliquit.

f. 19[b] *(Don. p. 393, 31)* Collum neutri generis est, collarium similiter. Est enim collarium instrumentum colli. Ergo si dicimus 'collus collaria caret', ut collus uideatur masculini generis, collaria feminini esse ablatiui s· casus, cum dicendum sit 'collum collario caret' i· collum non habet suum instrumentum, quia careo uerbum semper ablatiuo iungitur, soloecismus fit per genera.

f. 19[b] *(Don. p. 394, 4)* Per modos uerborum fiunt soloecismi, quando unus modus pro alio ponitur, sicut 'itis parentis arma' pro 'ite parate arma', indicatiuus pro inperatiuo. Verba sunt Graecorum se inuicem ortantium ad bella: o uiri itis paratis arma quam primum i· uelociter, pro 'ite parate'.

f. 20[a] *(Don. p. 395, 1)* Hic fuit cacenphaton in una parte: arrigere enim proprie uirilis membri est; nam si dixisset 'erige', pulcrius dixisset, sed cum 'arrige', kacephaton facit.

f. 21[a] *(Don. p. 396, 11)* Quidam codices 'commemorat pro commemorauerat', quidam 'commorat', sed in utroque huius exempli est ostensio.

f. 22[a] *(Don. p. 399, 1)* Hic locus quadraginta uersuum est, ubi monstratur sensus usque ad quadragesimum uersum. Virgilius hoc dicit de Anchise, qui apparuit per somnium filio suo Enee et hec uerba de gubernatione conditionis dixit ei.

f. 22[b] *(Don. p. 399, 30)* Reciprocas scire debemus metaforas, ut 'ale deorum', 'uela nauium' et 'alarum remigia'. Alias unius partis, que non reciprocantur, ut est 'fluctuare segetes' et 'gemmare uites'. Nam non possumus eas ita conuertere, ut dicamus 'segetare fluctus' et 'uitescere gemmas'.

f. 23[b] *(Don. p. 400, 30)* Sonus eris uocatur tinnitus, sonus tubarum uocatur clangor, sonus stipularum ardentium aut spinarum aut ueprium uocatur crepitus, sonus fractarum (fractura *cod.*) arborum fragor uocatur; nam si es tactum fuerit, talem sonum uidetur agere, quasi tinnitus et ex ipso sono datur ei nomen.

*Haec quamuis et ipsa satis exilia neque multi pretii rudioris aetatis excogitamenta, quibus medii aeui homines ad figuras orationis melius cognoscendas parum diligentiae adhibuisse probatur, cum eosdem de aliis artis grammaticae partibus agentes antiquiorum temporum praecepta sequendo rem satis laudabiliter egisse concedendum sit, sola erant digna quae excerperentur; cetera inutilia fere et in rebus futilibus enarrandis uersantia iure neglexisse uidebor.*

---

Digitized by Google

# XI.

# DE DISSONANTIA SERMONIS.

## CAP. I.

## DE CODICIS BERNENSIS 178, PVTSCHII, GOTHOFREDI, HANDII DIFFERENTIIS.

*Quae hoc loco primum euulgatur differentiarum collectio, praescripto DIFFERENTIAS CÝCERONIS titulo in codicis Bernensis 178 saec. IX scripti parte nouissima legitur. Continet is liber praeterea haec:*

*f. 1ᵃ duae figurae mathematicae descriptae sunt; f. 1ᵇ et 2ᵃ praecepta aliquot leguntur medici argumenti f. 2ᵇ scriptura uaçante; inde a f. 3ᵃ usque ad f. 7ᵇ col. II glossarium extenditur, quo fere non nisi Graeca uocabula explicantur: 'Adonai domine. Agius sanctus. Angelus nuncius — ypodesion dispositionum. ypodesis argumentatio. ylin prima matheria'. Secuntur f. 7ᵇ col. II — f. 11ᵇ col. II synonyma quae dicuntur Ciceronis nullo adiecto titulo, sed prooemio hunc in modum composito, quod etiam in codice Bernensi 258 saec. IX—X legitur:*

Cicero ueterio salutem. Collegi haec uerba (collegi *om. cod. Bern.* 258) quae (qui *cod.* 258) plurimis modis in unum deiestis (*corr.* diiestis; digestis *cod.* 258) dicerentur (dicentur *cod.* 258) quo (quod *cod.* 258) uberior prumptiorque fiat oratio ẽrum (eorum *cod.* 258) adsertionum (assertionum *cod.* 258) quorum plerumque multo (multo *om. cod.* 258) maior pars traditur uerborum consertionum (consortione *cod.* 258) in has oñ (onš *cod.* 258) formas studentibus profuturas (profuturus *cod.* 258) ceterque conuenient quod (cęteraque conuenient his eo quod *cod.* 258) minime mirum erat (sit *cod.* 258) si in plurimis locis eadem uerba saepe relegerentur. Erunt enim magna quod nostre (nrę *cod.* 258) memoriae non refugerint (fuerint *cod.* 258) aut quod multis significationibus dictae conueniant remota (ueniunt remora *cod.* 258). Igitur ab oratore inicium (initium *cod.* 258) capiamus. Orator actor (capiamus sic. INCIPIVNT GLOSĘ SENONIMĘ CICERONIS. Oratur actur *cod.* 258) defensor — egressus est exiit profectus est iter intendit iter inuadit pertendit contendit.*)

---

*) *Synonyma Ciceronis praeterea leguntur in codice Bernensi 224 saec. X f. 192ᵇ col. II:* INCIPIUNT SINONEMA CICERONIS. Inanis uanus uerbosus uafer loquax garrolus — *fol. 193ᵃ col. II* fastigium gratus (*sic*) ordinem honorem in reli-

Digitized by Google

*Haec excipit glossarium f. 12ª — f. 77ᵇ:* 'Abactor fur iumentorum. Abacta inuoluta furata. Abactae excluse. Abactus ab actu remotus — Zepheri uenti occidentalis. Zizania lolium. Zona cingulum'.

*f. 78ª col. I — f. 88ª col. I sequitur orthographia, quae Bedae uulgo tribuitur nullo praefixo nomine:* ME LEGAT ANTIQUAS UULT QUI PROFERRE LOQUELAS QUI ME NON SEQUITUR UULT SINE LEGE LOQUI. Aeternus aetas aequitas aeuum aequus idest iustus per duo u — uesper incerti generis est ut prisciano placet. ideo euangelista dixit: uespere quae lucescit in prima sabbati.

*f. 88ª col. I:* DE ORTOGRAPHIA. ORTOGRAFIA GRECE latine raecta scriptura interpraetatur. Orto enim rectę grafia scribtura dicitur. Haec discipina (*sic*) docet quemammodum scribi debent. Nam sicut ars tractat de partium declinatione ita origo uel ortografia de scribendi peritia ut puta ad cum est praepositio — *f. 89ᵇ col. I:* sed supra sicilicus apponebant quae nota commonebatur lectorem geminandus esse litteram. Sicilicus enim si ita quo scribsi propterea per p et s scribitur — *f. 90ª col. I:* si de peccato fuerit ut est delicta per a et i scribendum est —, *hoc est Isidori originum lib. I cap. XXVI, cui alia collectio orthographica adiecta est, quam huius libri loco duodecimo p. 299 seq. edidimus.**)

*Sequitur f. 90ᵇ — f. 108ª col. I opusculum theologicum sine tituli significatione:* Illorum que infra scribuntur quinque graduum ministeria alta dominatione praecellunt — Ex his omnibus creaturis quorum perstringimus ordinem quaedam ex aliquo quaedam ex nihilo conditor creauit caelum et terram et marae. finit. AMEN.

*Sequitur aliud opusculum theologicum sine titulo f. 108ª col. I — f. 110ᵇ col. I:* Omne peccatum accio est acci autem omne quod uoluntarium est tam honesta quam turpis. Ergo uoluntarium est — Numquid nobilitas gloriabitur effecta non numquam indignis et miserabilibus ser-

---

gionem. EXPLIC̄ŪN; *cod. Bern. A 92 nr. 6 saec. IX:* Sinonima ciceronis (*man. rec*). Abditum opertum absconsum obscurum — uitare declinare cauere subtiliter fugere, *folia VIII conplectens primo quoque uocabulo per alphabeti rationem digesto; cod. Bern. 258 saec. IX—X f. 191ᵇ* INCIPIT PLOGUS SENONIMAE · hęc uerba qui plurimis (*cf. supra*) — Oratur actur *etc., qui quidem liber non integrum exhibet opusculum, sed iam f. 192ª col. 1 med. finitur his:* 'Sterilis infructuosa infecunda.' *Eiusdem codicis f. 153ª — f. 159ª synonymorum collectio proponitur ordine alphabetico:* Audatia temeritas confidentia improbitas nequitia. Auidus cupidus rapax auarus sordidus — *f. 159ª col. 1:* Vociferatur clamat. testatur testificatur. Vindicta ulcisci prosequi. Squalor inluuies pallor macies tabes afflixit prostrauit percussit opprę̨ssit elisit euertit obruit euellit.

*Denique in Glossarum librum magnum, cuius exemplum est cod. Bern. 16, Ciceronis synonyma recepta esse Ciceronis nomine singulis lemmatis praefixo olim uideram, cf. Kettneri progr. Rosslebens. 1868 p. 31.*

*) *Praeterea f. 90ª col. II ultima pars tractatus Bedae uulgo adscripti repetita est inde a uerbis:* 'Ueniunt qui uendunt. Ueneunt qui uenduntur' *usque ad finem:* 'Vesper incerti generis est ut prisciano placet. ideo euangelista dixit. Vespere quae lucescit.'

Digitized by Google

uiens diabolus aliquando gloriabitur interfectorem esse misericordiae tuae nc̃ socios tuos tuae beatitudinis ingemiscit.

*Huic subiuncta est praemisso PRAEF uocabulo uita Senecae:* Lucius annius senica apud grecos Cordobensis fotionis stoici discipulus et patruus luciani poetae continentissime uite fuit — *f. 111ª col. I* deinde uolens nero ignem in romam dare pro eo quod non uidit troeam quando accensa est troea. Vetuit eum senica atque mater neronis et cognati eius ab illa causa interfecti sunt ab eo tempere in qua passio petri et pauli fuit.

*Secuntur f. 111ª col. I — f. 111ª col. II pauca de memorabilium uirorum mulierumque sacrae inprimis scripturae nominibus et de VII diuinis miraculis.*

*Iam uero a f. 111ª col. II usque ad f. 116ª col. I habes Ciceronis cuius hic dicuntur differentias; agmen claudit chronici Anglici nescio cuius fragmentum (f. 116ª col. I — f. 116ᵇ col. I) ab his uerbis incipiens:* ANNO ANTE INCAR | nationem dominicam LXmo gaius iulius cesar primus romanorum brittanias bello pulsauit *etc.*

*Praeter hunc librum in parte aliqua operis p. 275, 12 — 282, 2 uti licuit duobus codicibus Bernensibus, qui illam syllogen continent, quam Putschius edidit p. 2203—2208 et Handius progr. Ienens. 1848 p. 7—18.*) Quorum alter, quem B littera notaui, A 92 nr. 34 saec. XI—XII* (Incipit dissonantia sermonum. Inter auxilia et praesidium et subsidium hoc interest. Auxilium laboranti mittitur etc. — Inter rediᵘbiuũ per b litteram et rediuiuum per u hoc interest. redubiuũ quod finit nascitur rediᵘⁱum quod reuiuiscit) *cuius argumenti sit praeterea, supra p. LIII. LIV significaui.*

*Alterius libri 330 saec. X (C) accuratam descriptionem nobiscum nuper communicauit Hermannus Vsenerus mus. Rhen. XXII p. 416 —418; differentiae leguntur f. 45ª col. I — f. 46ª col. II:* IN NOMINE SALVATORIS INCIPIT DE DISSONANTIA SERMONVM. Inter auxilium et praesidium et subsidium — rediuiuum quod reuiuiscit. *Atque hoc codice Putschium usum esse utrumque conferenti facile persuadetur. Ceterum codicum B et C non idem ordo est, qui in A conspicitur: nam post p. 277, 10: 'qui regit regnum' statim habes p. 279, 1: 'Inter fari' etc. — p. 280, 22: 'intra affectum doloris'; iam secuntur, quae p. 277, 11: 'Inter amentem' etc. — p. 278, 25: 'noctu aduerbium' scripta sunt, quae excipit illa pars, quae p. 280, 23: 'Inter orare' etc. — p. 282, 2: 'quos nescimus' extat.*

*Hac igitur codicis Bernensis 178 differentiae, quae quod Ciceronis nomen in fronte gestant inde factum esse uidetur, quia, ut Isidori*

---

*) Quae apud Handium inde a p. 18, 3: 'Inter patrium' *etc.* usque ad finem libelli p. 21 extant, ea maximam partem quamuis diuerso plerumque ordine inter codicis Bern. 178 differentias leguntur, cf. infra p. CXXIII.

Digitized by Google

*ad nostram aetatem uenere et synonyma et differentiae, ita, cum Ciceronis nomine inscripta synonymorum collectio circumferretur, differentiarum quoque eum fuisse auctorem librarius nescio quis suspicatus est,*) simillimae sunt illis, quas Dubreuilius anno 1601 inter Isidori opera, Gothofredus anno post in linguae Latinae auctorum corpore append. p. 79—106 (paginarum numeri non recte positi sunt, quippe cum a numero LXXX statim ad numerum LXXXXI transeatur) S. Geruasii, ad postremum Areualus in Isidori operum tomo VII append. XXIII p. 426—442 ediderunt; quamquam neque ordine neque numero neque singularum rerum explicatione plane inter se consentiunt. Quorum Breuilius, cuius editionem Areualus secutum sese esse ipse testatur l. l. p. 426, eam collectionem ab ipso Isidoro scriptam esse ratus, utpote quam inter Isidori opera a Margarino de la Bigne anno 1580 edita extare uidisset, cum, antequam opus ad finem uergeret, genuini operis Isidoriani nescius fuisset, pone originum libros p. 281 seq. tanquam primum Isidori Hispalensis Episcopi de differentiis siue proprietate uerborum librum edidit, cui spiritales, quae dicuntur, differentias quasi alterum subiecit. Gothofredus uero Breuilii editionis, quam aut ignorauit aut ignorare se simulauit, nullo habito respectu 'ab amplissimo uiro Iacobo Bongarsio legato regio' haec secum communicata esse palam professus est. Sed ignorabatur usque ad hunc diem et aetas libri Bongarsiani atque ipse qui ea continebat codex ubi esset. Quem cum diu frustra quaesiuissem bibliothecam Bernensem perscrutando, tandem inueni. Est codex 224 saeculo decimo nitidissime scriptus continens Isidori originum libros XX, de mundo librum, differentias spiritales, eiusdem Isidori **) de uita et obitu patrum aliaque scripta minora theologica, Eucherii glossas, Ciceronis synonyma, denique glossaria conplura, quorum quod ultimo loco collocatum est, omnium maximum XXVII folia inplet praemisso INCIPIUNT GLOSAE (f. 198ᵇ col. II) titulo. Differentiae ipsae f. 182ᵃ col. I — f. 186ᵃ col. II leguntur:* INCIPIT DE PRO|PRIETATE SERMO|NVM · VEL RERŪ | Intel pollicere et promittere hoc interest — Inter homines et bestias hoc interest, quod bestiae uentri seuiunt (r *add. m. II*) homines ratione (*corr.* rationi *m. II*) | EXPLICIT | FELICITER |.

*) Quamquam id quoque cogitari potest, Ciceronem istum Veterii amicum reuera differentiarum collectionem instituisse, ut Isidorus non synonyma tantum eius, uerum etiam differentias imitatus esse uideatur. Nam synonyma certe Ciceronis ab Isidoro expressa fuisse ipse testatus est synonym. lib. I praef. (Isid. opp. ed. Areual. tom. VI p. 473) his uerbis: 'Venit nuper ad manus meas quaedam schedula Ciceronis quam synonyma dicunt, cuius formula persuasit animo quoddam lamentum mihi uel miseris condere.' Neque enim recte Mariana olim (Patrologiae tom. 83 p. 827 ed. Migne) illud 'Ciceronis' expungi iussit, quasi a plerisque libris manuscriptis alienum. Adest enim non solum in libris Guadalupeo et Hispalensi, quibus Mariana usus est, sed etiam in Einsidlensi nr. 172 saec. IX—X f. 1ᵇ.

**) Hinc explicatur illud, cur inter Isidori opera hae differentiae receptae fuerint.

*Iam quia de codicibus harum differentiarum a prioribus editoribus adhibitis nihil omnino constat, hoc dixisse sufficit, Breuilium interdum audacissime corrigendo scripturam inmutasse uideri, Gothofredum uero uel corruptas codicis Bernensis lectiones plerumque summa cum fide expressisse (unde simul Bongarsii ἀκρίβεια cognosci potest), Areualum denique Breuilium secutum interdum uel deteriorem reddidisse, quod, ut eo exemplo utar, nr. 199 factum est, quo loco cum et Breuilius et Gothofredus una cum libro Bernensi recte exhiberent 'uires uiriosum', Areualus male scripsit 'uitiosum', qua in re mirandum est, quod Reifferscheidium habuit asseclam Suetoni rell. p. 294. Qui cum Gothofredum p. 274 seq. testem adhibere se diceret, reuera Areualum, hoc est Breuilium expressit. Quo factum est, ut editorum nouellorum excogitamenta pro antiqua codicis manuscripti Bongarsiani lectione plerumque uenditarentur.*

*Hanc Breuilii et Gothofredi collectionem, quamquam reperto libro manuscripto satis uetusto maior ei in posterum fides erit habenda, tamen denuo typis describere nolui, quia Areuali editione a Migneo nuper anno 1850 in patrologiae tom. LXXXIII repetita satis diuulgata est. Sed codicis diligenter excussi scripturae ad Gothofredi editionem alteram, quae a. 1602 S. Geruasii (Geneuae) prodiit*), conlatae uarietatem Areuali numeris adpositis doctorum uirorum memoriae tradi necessarium duxi:*

P. 79 *Gothofr.* 1 Intel pollicere | pollicimur | 4 et lusta correptae | 6 intellegi, *sic semper* | 7 asper ad tempus | 8 hieme intumiscit |

p. 80, 8 conpletur | 12 caret mentē | retenet | 14 quod demonstramus, de *eras.* | sepius | 15 locupletum opulent||um (*fuit:* opulentiam) | tamquam |

p. 91, 16 hominum, minum *in ras.* | 19 numquam | 20 greca | discendit | cadet | discendit | inpulsu | uentu, *corr.* uenti | lacrimae | Nymbus | erumpit ualiquam *(sic)* | caeli | 21 santiat | 22 qd terga | 23 conpositum | 25 contine|||tur | 26 d^i^ei | 27 facundae | cum aliquem | 28 accipemus |

p. 92, 29 quae longę | uisemus | 30 et ^in^saniam | 32 rectae | 33 dona dō (= deo) dantur | 34 uestes feminarum | 35 poenitus | 36 conparatur | 38 qui a ceteris | sine ceteris | 39 apheresim | sincopen | apheresis | temnetes | rare nantes pro natantos | 41 reliquimur | 42 miserimur | 43 dicitur qnm̅ (= quoniam) oris racio | etiam praecatur | inperiti | ad praeces discendunt |

p. 93, 46 segnes | 52 etiam | *post:* iumenta dicimus: disiuntio | 53 qui ^in^uno | 55 desinet | 56 ut cum exi|erit, cum exi *in ras.* | 58 quasi principium, *corr.* primum |

---

*) Tertiae editionis anno 1622 Geneuae curatae (cf. Reiff. p. 274 et 451), quam secundae similem fuisse paginarum appendicis numeri et ipsi falso positi coarguunt, nulla poteram, quamuis cupide inquirerem, notitia inbui.

Digitized by Google

p. 94, 62 et cet^e^ros | ceteros | 63 redibibum, ibi *in ras.* | litteram | per u litteram | 68 officiet | 69 accedunt | 70 con gratis | 71 oliuas arbores sunt unde | 76 membra distituit | 77 hoc inter |

p. 95, 80 in alterius terra | 81 inperitorum | 82 baltea ipsa lora | ceteros | 83 relinquid | 84 ut uirgilius | puplite | 85 adclinis locus | 86 dicunt | 93 accersire et arcessire |

p. 96, 94 inmaturus | 96 coaculata | 97 gallea | 98 quod certo est a certu· | 99 tamquam | 100 caerimonia | 104 quod illius similis moribus illi similis et illi similis uultu | 105 I flemina | quod flemina s̃ | habundant sanguinẽ | 107 adspiratione | per adspirationem | 109 conpescere | ut uirgilius | timor aguit | 110 morti |

p. 97, 112 inglnuies sordium, *corr.* inluuies | hoc ad inglutiendo | 113 commonimus | admonimus | monimus | 114 audatiam | audatia | 115 caeleritatem | caeleritas | 121 excribere transscribere | disscribere | transscribere | inperfectum | 123 consuiscere insuiscere et adsuiscere | consuiscimus | insuiscimus | adsuiscimus | 125 aduliscere inoliscere et exoliscere | aduliscere | inoliscere | exoliscere |

p. 98, 126 conportare, *bis* | 129 et herundinem | herundo anis q̃ tegnis adherere | 131 pertinatiam | pertinatia | mala rei | 132 quod sequimur | 134 etiam si | facile generit etiam si | quamquam | effundat 135 quod subter | praemitur | altius non contingitur | 136 signum *bis*, g *eras.* | 138 ut per uiros | 139 et delegere | delegi | ex^er^citus delegi | 140 cetera |

p. 99, 142 qui ob eci tauit || 144 bestearum | 146 inprobe | 148 diutinum, *corr.* diutenum | diutenum | 150 deminutum | 153 quod nubet | enubet | denubet | 156 opturatum, *bis* | tamquam | opturatae | 159 inter palma |

p. 100, 159 police | 161 apparere | apparat qui parato adecit. id accusare parat | 162 adstipolatio | constipolatio conserta | 163 satietatem | sacietas | 164 uitiniam | 165 luxorior et luxorio | 164 inter potere † 167 et his similia | 168 ascendemus | escendemus | altius scendimus | ęquo, *corr.* equo | 170 pignero et pigneror | pigneror | pignero | 173 inter ceruleum et cerulum | cerulum | ceruleum ex cerulo |

p. 101, 177 anima est qua | animus quod regimur | quod spiramus | qui bona | 179 ne accipiamus | 181 hostia c^v^om moles falsa in capit | 182 uictima conuinc̃ | in fascibus | uictima quae dextra habet | 184 frustram | 187 ad ^a^effectum (a *suprascr. m. II uet.*) | 188 maculino | et quo filii, d *post* quo *add. m. II uet.* | in numer^v^o | quia habet |

102, 190 in duas partes | 192 praescius, *corr.* -ios *m. II* | 194 peram, *corr.* pyram *m. II* | pera, *corr.* pyra *m. II* | 196 modis inte|||llegitur | *Quae post 196:* Inter uirum — ut in animalibus *apud Gothofredum secuntur:* Inter primum et priorem hoc interest, quod prior alterum prae-

Digitized by Google

cedit, primus omnibus, *in libro quoque manuscripto leguntur, nisi quod pro illo* alterum *scriptum est* alter': *omiserunt neglegenter Dubreuilius atque Areualus, quo factum est, ut Reifferscheidius p. 287 non uideret, eadem reuera apud Gothofredum extare, quae inter Suetonii reliquias receperat.* | 197 uoluntariae | reliq̃rit | hostẽ, *corr.* hostes *m. I* | 200 monstrat' sanguinis | 201 proelium | bellum discitur acies ordinat' proelium | 203 ad congrationem | discendit |

p. 103, 205 puplicorum | 212 ex inmaturo | aut suae | inponit | qui latentes rei | 213 inhibere ui dř (= ui dicitur) | 214 in caelo | quattuor | 216 cineris | 217 sidera | astra sine sidera | caelo | sidera | 218 In | in inferiore |

p. 104, 221 diuium | diuius | comeatur | 222 litteram | habundare | et|||uehemens | 224 altero | inuiditur | 226 Inter dimitto, *corr.* demitto | 228 subieciat | dimedia esse | dimid'atum autem | 230 maxme | 231 assiduae et cotidie, *bis* | perseuerantiam | 232 maeret, *bis* | quia ex | benefitio | expectat |

p. 105, 234 praecor et depraecor | 237 sine cuius quam | 238 uel aceti | 240 cognitus | nũquam | 241 clipeum, *bis* | 242 Inter germanum et hoc interest, *om.* fratrem | 243 inter mesare | mesare | 245 comminus, *bis* |

p. 106, 248 tamquam | 251 cuiuscumque | totiens | quotiens | ac reginam graui | lacrimans | inmittit | 253 se^r^uiunt (r *m. II*) homines ratione, *corr.* -ni *m. II.*

---

*Iam quem Areualus VII p. 426 adn. in partes uocauit codicem Vaticanum 624 nescio cuius aetatis, is quamquam ab eadem incipit differentia: 'Inter metum' etc., tamen prorsus alienus est a libro Bernensi 178: neque enim idem est rerum expositarum ordo uel ratio explicandi.*

*Atque ordo ipse omnium horum quotquot differentias continent librorum qua potissimum ratione nitatur, equidem non queo definire, nisi quod libri Bernensis 178 eam sectionem, quae legitur p. 282, 5—22, si a postremis ad prima recurras, ordine alphabetico scriptam esse uides. Quam rem, cum casu factam esse haud credam, ita explicauerim, ut in hac operis parte differentiarum collectorem libro ad numerum alphabeticum exacto usum esse dicam, ordine ipso causa nescio qua inuerso.*

*Earum autem differentiarum, quas Handius edidit Ienae anno huius saeculi duodequinquagesimo, pars longe maxima inde a p. 7 (1) usque ad p. 18 in. eundem plane ordinem tuetur, quem Putschius atque codices BC obtinent; quae restant p. 18, 3—21, eorum duo prima: 'Inter patrium et paternum hoc interest, quod patrium a patria uenit, paternum a patre' et: 'inter pomaria et pometa hoc interest, quod pomaria uaga dicimus, sicut olearia et ficaria: pometa quasi maleta ficeta olueta', nec non p. 19, 1: 'Inter contingere et accidere hoc interest, quod contingunt*

Digitized by Google

*bona, accidunt mala' a codice 178 absunt; cetera adsunt omnia hoc ordine: p. 18, 5 (inter aegrum) = p. 282, 3; 6 (inter prior uenit) = p. 282, 5; 7 (inter inficere) = p. 282, 7; p. 19, 2 (inter gratis) = p. 289, 28; 3 (inter oleas) = p. 282, 9; 4 (inter nexis) = p. 290, 1; 5 (inter nefarium) = p. 290, 3; 6 (inter nutrit) = p. 282, 12; 7 (inter maritimum) = p. 282, 14; p. 20, 1 (inter merum) = p. 282, 16; 2 (inter laniat) = p. 282, 18; 3 (inter laurum) = p. 282, 21; 4 (inter imum) = p. 283, 1; 5 (inter curam) = p. 283, 2; 6 (inter animam) = p. 283, 6; 7 (inter grauem) = p. 283, 9; p. 21, 1 (inter ultorem) = p. 283, 11; 2 (Palaemon occetenus insignis grammaticus romanus habetur, qui quondam interrogatus, quid inter stillam et guttam interesset, gutta, inquit, stat, stilla cadit) = p. 288, 16.*

## Cap. II.
## DE MAGNI LIBRI GLOSSARVM DIFFERENTIIS.

*'De differentiis sermonum' permulta lemmata inueniuntur in codice Bernensi 16, qui glossarium illud inclytissimum continet saeculo IX scriptum, cuiusque mentio iniecta est ab Vsenero nuper, postquam Wilmannsius perscrutandis et describendis Vaticanae bibliothecae subsidiis glossariis omnibus uiris doctis haud dubie gratissimum incohauit opus mus. Rhen. XXIV p. 361—391.*

*In codice igitur Bernensi haud raro legentibus occurrit in margine glossis praescriptum illud: 'ex differentiis' uel 'ex differentiis sermonum'. Quae quidem lemmata ne quis haud inepto argumenti habitu allectus noua inde quaedam subsidia ad supplendam, quae mutila ad nos deuenit, grammaticorum uetustorum doctrinam colligi posse credat, id moneam, omnia ista iam in Isidori differentiarum librum recepta esse. Sed quia in eodem illo glossario ex Isidori differentiarum libro, praescripto aut Isidori solius nomine aut certe: 'ex Isidori de differentia sermonum' haud pauca leguntur, alia quaestio inminet satis difficilis, quanam tandem ratione ductus unam eiusdem argumenti materiam glossarii scriptor diuersis nominibus distinguere uoluerit. Sed de hac re postea dicemus; nunc de illis locis disputemus, quibus illud 'ex differentiis' uel 'ex differentiis sermonum' praescriptum est. Vncis inclusa sunt, quae a Dubreuiliana editione discrepant.*

f. 9ª col. 1 Ad forum ire — in ipsum forum = Isid. diff. p. 743, Nr. 60 ed. Dubreuil.; tom. V p. 10 ed. Areual., qui eisdem numeris usus est (alicus locus quam imus).

f. 12ᵇ col. 2 Aduersum te — imitator = Isid. p. 742, 29; p. 6 Ar.

f. 17ᵇ col. 1 Affectio — inter extraneos = Is. p. 766, 419; p. 54 Ar. (inter diuinctas)

f. 18ª col. 2 Afrum — negotiatorem = Is. p. 743, 61; p. 10 Ar.

Digitized by Google

f. 18[b] col. 2 Agere — dicit reus = Is. p. 744, 64; p. 10 Ar. (agit enim patronus)

f. 19[a] col. 2 Agnoscimus — nobis exciderunt = Is. p. 744, 62; p. 10 Ar. (cognoscimus enim — agnoscimus ueroque)

f. 20[b] col. 1 Albentem — qui incipit = Is. p. 743, 36; p. 7 Ar. (qui iam albus est, albescentem qui)

f. 21[b] col. 2 Allidere — eliditur uero longe = Is. p. 742, 20; p. 5 Ar. (quisq; proxime)

f. 22[a] col. 1 Alios — ex alio = Is. p. 747, 107; p. 16 Ar.

f. 24[b] col. 1 Ambos — qui ambos tangit = Is. p. 750, 157; p. 22 Ar. (utque qui dicit)

f. 30[a] col. 2 Ante — tempus = Is. p. 741, 10; p. 3 Ar. (significat et tempus, antea)

f. 36[b] col. 1 Arbitrare — proferre = Is. p. 752, 188; p. 25 Ar. (aestimare — anime proferre)

f. 36[b] col. 2 Arbitrem — ex lege = Is. p. 742, 33; p. 6 Ar.

f. 43[a] col. 2 Aspicere — cura = Is. p. 775, 581; p. 73 Ar.

ibid. Aspicere — est quaerere = Is. p. 742, 21; p. 5 Ar. (suspicimus despicimus — inspicimus retrorsum conspicimus circumquaque prospicimus longe — aspectit — item circuminspicit quaerit cernere. Nam circuminspicere etc. *Verba*: Item aspicimus — prospicimus futura *om.*)

f. 44[a] col. 1 Astra — et eiusmodi = Is. p. 770, 495; p. 62 Ar. (dirigunt consilium — grandes orion — ut yadas pliadas — est aut taurus scorpius (ius *eras.*) et eiusmodi)

f. 46[a] col. 1 Auarus — desiderat = Is. p. 741, 4; p. 2 Ar. (qui non suo)

f. 46[a] col. 2 Audatia — consilium = Is. p. 774, 556; p. 70 Ar.

ibid. Audax — non metuit = Is. p. 743, 29; p. 6 Ar. (temerarius non estimat periculum, audax non metuit)

f. 46[b] col. 1 Audire — tantum boni = Is. p. 742, 23; p. 5 Ar. (audiantur)

f. 47[b] col. 1 Auferre — rapimus = Is. p. 744, 63; p. 10 Ar. (ab alio rapimus)

f. 48[b] col. 2 Auritur — puteus = Is. p. 758, 286; p. 37 Ar. (auritur etc.)

f. 51[b] col. 2 Balneum — balneum dicimus = Is. p. 746, 75; p. 11 Ar. (cotidiano)

ibid. Balsamum — exurit = Is. p. 746, 79; p. 12 Ar. (nam opo — dicit plenius)

f. 54[a] col. 1 Beatus — felix euentus = Is. p. 746, 72; p. 11 Ar. (felix sequenter et aliis — quocumque)

f. 58[b] col. 2 Bestias — desiderio suo feruntur = Is. p. 755, 248; p. 33 Ar. (quod naturali)

Digitized by Google

f. 68[a] col. 2 Cartigare corrippere et obiurgare — obiurgamus cedibus = Is. p. 747, 96; p. 15 Ar. (corripimus uerberibus obiurgamus cedibus)

f. 70[b] col. 1 Cauum — cauatum manu = Is. p. 747, 92; p. 14 Ar.

f. 73[b] col. 2 Censorem – pulchrum dicimus = Is. p. 747, 109; p. 16 Ar. (censores etiam — censum prouinciale)

f. 76[b] col. 1 Ceteros — ex alio = Is. p. 747, 107; p. 16 Ar. (ex eodem numeros non alio ex alio)

f. 81[a] col. 2 Circum pedes — ante pedes amicorum = Is. p. 747, 94; p. 14 Ar.

f. 84[b] col. 2 Coclearium — uero speciem = Is. p. 748, 124; p. 18 Ar. (coclearium qui uendet coclearem uero speciem)

f. 85[b] col. 1 Cognoscimus — exciderant = Is. p. 748, 134; p. 19 Ar. (cf. supra f. 19[a] col. 2; qui nobis exciderant)

f. 89[a] col. 1 Comptus — natura = Is. p. 747, 112; p. 16 Ar. (comptus cura compositus)

f. 90[a] col. 1 Concidit et occidit — separasse = Is. p. 748, 19; p. 4 Ar. (correpta media significat)

f. 94[b] col. 2 Consequimur — studio = Is. p. 747, 103; p. 15 Ar.

f. 96[a] col. 1 Construere et extruere — extruere uero externere = Is. p. 747, 100; p. 15 Ar. (aedificare est)

ibid. Consuere — corium = Is. p. 747, 102; p. 15 Ar.

ibid. Consuescimus — adsuescimus utra = Is. p. 747, 104; p. 15 Ar. (inuescimus et adsuescimus — consuescimus bonā inuescimus adsuescimus utra)

ibid. Consuetudinem — equum sanctumque praespicimus = Is. p. 748, 122; p. 18 Ar. (soliterre huius consensu — pendet quasi)

f. 96[b] col. 1 Consummatum — deductum = Is. p. 767, 433; p. 56 Ar. (cui iam nihil addi potest)

f. 99[b] col. 1 Corum (*sic*) et palam — ad omnes = Is. p. 747, 91; p. 14 Ar. (quia id significat)

f. 100[a] col. 2 Corripere — castigamus cedimus = Is. p. 747, 96; p. 15 Ar. (*cf. supra* f. 68[a] col. 2)

f. 102[b] col. 2 Crassum — quam pinguis = Is. p. 747, 113. 114; p. 16 Ar. (pinguedines — animi et crudelitatis. rursus inter crassum — quod cras pinguis est. Nam obesus)

f. 104[a] col. 1 Criminatorem — dominicam = Is. p. 746, 86; p. 13 Ar. (hoc inter se differt. orbilius putat — crimen infert et id sepius facit — quantum uipera)

f. 111[b] col. 1 Defensor exultor ita distinguitur — iniuria = Is. p. 749, 138; p. 19 Ar. (id facine inpune sit facta iniuria)

f. 125[b] col. 1 Disco et deceo — qui nouit = Is. p. 750, 177; p. 24 Ar.

Digitized by Google

f. 127ᵃ col. 1 Dispartrem et inpartrem. dispars — sine pare = Is. p. 750, 158; p. 22 Ar. (est inequalos)

f. 147ᵃ col. 2 ES ET ES — VERBUM EST = Is. p. 743, 53; p. 9 Ar. (METALLᴵ MATERIEM).

*Sunt praeterea loci nonnulli, quibus 'Esidori ex differentiis sermonum' antescriptum est, qui et ipsi ad Isidori differentiarum librum redeunt. Sunt autem hi:*

f. 52ᵃ col. 2 Barbarismon — in pluribus = Is. p. 746, 81; p. 12 Ar. (solaecismon)

f. 53ᵇ col. 1 Basium — grata labellis = Is. p. 765, 398; p. 51 Ar. (Basium dicitur quod uxori datur, suauium quod scorto. Item basium — uersibus hoc distinxit. Coniugis interea basium osculantur amicis suauia)

ibid. Bassos — nomina sunt = Is. p. 746, 80; p. 12 Ar.

f. 55ᵇ col. 1 Benignitatem — inuitare dulcedine = Is. p. 745, 71; p. 11 Ar. (alloquio et omnium — familiaritem inuitant)

f. 57ᵃ col. 1 Bucinam — clangor clamoris est = Is. p. 746, 77; p. 12 Ar. (quasi signum datur in hostem)

f. 59ᵃ col. 1 Bibere — luxuriae = Is. p. 746, 74; p. 11 Ar. (natura est)

f. 62ᵇ col. 2 Capillatum — yrsutus = Is. 748, 127; p. 18 Ar. (capillatum capillos grandes)

ibid. Capillos — arboris = Is. p. 747, 117; p. 17 Ar. (capitis, *om.* sunt)

ibid. Capio — frequenter = Is. p. 747, 105; p. 16 Ar.

f. 63ᵃ col. 2 Capsidem — gallea de coret *(ter repetitum)* = Is. p. 748, 120; p. 17 Ar.

f. 79ᵇ col. 2 Circiter et circo — non circasse = Is. p. 747, 94; p. 14 Ar. (ad locum ad tempus — circus se nos)

f. 88ᵇ col. 1 Commodare et adcommolare — adcommodare uero abtare ut laterique argiuum adcommodat essem *(Verg. Aen. II 393)* = Is. p. 747, 101; p. 15 Ar.

f. 112ᵇ col. 1 Deforme — ad crimen referimus = Is. p. 749, 139; p. 19 Ar. (ad corpus, turpe autem ad crimen referimus)

ibid. Deforme — ultra forma = Is. p. 750, 162; p. 22 Ar. (formam informis uero ultra forma)

f. 112ᵇ col. 2 Deformis — ad animum = Is. p. 749, 139; p. 19 Ar.

*Magna porro est pars earum glossarum, quae solo Isidori nomine insignitae sunt, quas ad Isidori librum, de quo agimus, pertinere non mirum est, uerbi gratia:*

f. 132ᵇ col. 2 Aebrietatem et ebriositatem — nec uiuum = Is. p. 752, 183; p. 24 Ar. (ebriositas autem — de quo apostolus — ignobilis oraticum ebrium et somno discribet et excitat cum ait nec dormire — quia sententia ||| — in eum fuisse)

Digitized by Google

ibid. Ebrium — multum bibet = Is. p. 752, 205; p. 27 Ar. (multum bibet et).

*Sed supersunt aliquot loci, qui, quamquam nullam omnino notam prae se ferunt, tamen ad Isidorum referendi sunt:*

f. 3ª col. 2 ℞ Absconsum — texuntur = Is. p. 741, 9; p. 3 Ar. (absconditum uero est — conditum enim est non absconsum, unde et — supta atque apta)

f. 8ᵇ col. 2 Adficimur et afficimus ita distinguitur · adficimur iniuria afficimur uero honore = Is. p. 742, 28; p. 6 Ar.

f. 10ª col. 1 Adloqui — eloqui oratoris = Is. p. 742, 16; p. 4 Ar. (adloqui orantis et iuuentis obloquio obtrectantis est)

f. 10ᵇ col. 1 Adnunciatur — de futuro (*mutil.*) = Is. p. 742, 25; p. 5 Ar.

f. 74ª col. 2 Inter cepit — de incipiendo = Is. p. 748, 129; p. 18 Ar. (cepit et coepit)

f. 82ª col. 2 citra et ultra hoc inter se differt · citra ad nos ultra illuc = Is. p. 774, 579; p. 72 Ar.

f. 85ª col. 2 Inter cognatum — coniunctus = Is. p. 747, 110; p. 16 Ar. (affinis sumptus)

f. 86ᵇ col. 2 Inter collum — plurali superniam = Is. p. 748, 118; p. 17 Ar. (collus semper ceruice significat — numero singulari nominatur — dum uero plurali)

f. 87ª col. 1 Columen et incolumen — unde et cǎlmus = Is. p. 747, 111; p. 16 Ar. (incolumen animo — quia columna factum est)

f. 88ᵇ col. 1 Commodat — sibi reddedissent = Is. p. 763, 363; p. 47 Ar. (commodat qui commendat. mutuat uero qui recepturus est. Commodat quid quod dat sibi reddedissent)

f. 89ª col. 1 Commune — animalium = Is. p. 748, 126; p. 18 Ar. (commune genus est hominum, *optime*)

f. 91ᵇ col. 1 Confiteri — uoluntatis = Is. p. 754, 232; p. 31 Ar.

f. 105ª col. 1 Crudelis hoc differt a seuum — in sanguine est = Is. p. 771, 501; p. 63 Ar. (crudelis uero)

f. 109ᵇ col. 2 Decens speciosus et formosus ita distinguitur — sine forma = Is. p. 750, 161; p. 22 Ar. (*his additis in fine:* Decens conpositus a numero decem dictis hinc decorus et detibilis (dec.)

f. 114ᵇ col. 1 Demens et delerus — dirigunt sulcos = Is. p. 749, 140; p. 20 Ar. (delerus autem per etatem et e defectus — ita quod arecto — haberet lira est enim)

f. 117ª col. 2 Despicere deorsum suspicere sursum aspicere ante se respicere retro prospicere longe adspectare uero in dexteram leuamque se conuertere = Is. p. 742, 21; p. 5 Ar.

f. 118ª col. 1 Deus — diuus fit = Is. p. 750, 168; p. 23 Ar.

f. 130ª col. 2 Domum — captum manuum = Is. p. 750, 160;

Digitized by Google

p. 22 Ar. (domus a proprios aut et tores — tuum uocatur — aut ab aliquo — recipimus — ueniet — hospis nec ab inter hospitem captum manmum)

f. 139ª col. 1 Inter eloqui — obtrectantis est = Is. p. 742, 16; p. 4 Ar.

f. 159ª col. 1 Exultatio uerborum atque membrorum est laetitia uero est mentis gaudium. Exultatio a iubilatione — iubilatio est = Is. p. 760, 329; p. 43 Ar. (diffusi laetitiam inuocem quadam)

*Idem de duobus quoque locis, quibus 'de glossis' signum additum est, statuamus oportet:*

f. 53ᵇ col. 1 Basium quod uxori datur. nam distantia haec est. uerba si uel uxori (*leg.* ut basium uxori) osculum filiis suanium scorto sit deputatum = Is. p. 765, 398; p. 51 Ar.

f. 139ª col. 2 EM ETENIM CUM INCREPAS· EN CUM OSTENDIS = Is. p. 752, 204; p. 27 Ar.

*Hunc igitur differentiarum in glossario Bernensi similibusque propositarum fontem atque originem postquam aperui, haud dubitabis, si*

f. 128ª col. 2 Diurna diutina et diuturna ita distinguitur: diurna adiecta sunt ut diurna merces, diutina ab eo quod est q; diu durauerit, diturna uero a perpetuitate dicta quasi aeterna

*notam CICEꝞ praescriptam uideris, quin id signum a glossarii uel auctore uel librario — nam apographum, non archetypum nos manibus tenere infinita pessimorum scribendi uitiorum multitudo demonstrat atque conprobat — perperam positum sit. Caue igitur committas, ut ad ipsum illud hoc referendum esse putes, quod in codice Bernensi 178 differentiarum farrago Ciceronis nomen prae se fert. Quaecumque enim libri Bernensis glossae Ciceronis nomen gestant in fronte praescriptum, ad synonyma eius, quae feruntur, pertinere uerissimum est.*

*Quibus expositis perquam mirum est, aliquot nobis ex isto genere glossas occurrere, quae apud Isidorum non extant:*

f. 10ª col. 2 Ex differentiis. Admonemus monemus et commonemus hoc inter se differt. ammonemus praesentia, monemus futura, commonemus praeterita.

*Nam quae apud Isidorum p. 763, 364; p. 47 Ar. leguntur, eadem in glossario praemissa* ESID *nota statim secuntur. Illa uero ordine inuerso habes apud Gothofredum p. 97 (nr. 113 Areual.).*

f. 40ª col. 1 Ex differeñ sermonum. Argumenta (armenta) et greges hoc inter se differunt, quod armenta aequorum et boum sunt, greges uero capellarum et ouium *(Eadem ex differentiarum codice Vaticano 624 excerpsit Areualus Isid. opp. VII app. 23 p. 442 adn.).*

f. 97ª col. 2 Ex diff̄ sermoñ. Contestor et obtestor hoc inter se differt: contestor ad iudices obtestor ad aduersarios.

f. 113ᵇ col. 1 *(sine nota)* Delerat et delirat ita distinguitur: delerat terreat delirat uanum esse significat.



Digitized by Google

f. 126[a] col. 1 Ex diffē sermoñ. Disertum et disertum: disertus oratorem dicit, desertus derelictus.

f. 116[b] col. 2 *(sine nota)* Desertus et disertus ita distinguitur: desertus derelictus, disertus orator a diserendo.

*Sunt porro nonnulla, quae, cum Isidori nomen praecedat, tamen apud Isidorum non inueniantur:*

f. 4[a] col. 2 ESIDORI. Abtum et utile ita distinguitur. aptum ad tempus, utile ad perpetuum. — Aptus in tempore abtatur, utilis uero in usum perpetuum.

f. 36[b] col. 2 Esidori differentiarum. Arbitrium est uoluntas libere potestatis, quae persone sponte uel bona uel mala appetere potest.

f. 62[a] col. 1 Ysidori ex differentiis sermonum. Callidus et facundus hoc inter se differt. Callidus per exercitationem artis instructus, facundus qui facile fari possit.

*Ac ne quis credat, Isidori differentiarum librum a glossarii auctore adhibitum pleniorem fuisse, quam quem hodie manibus tenemus, addam aliquot locos, quibus unius eiusdemque uocis explicatio duplex proponitur ita, ut altera cum Isidori libro consentiat, altera uero aut aliquantum aut omnino dissentiat. Sunt autem hi:*

f. 47[b] col. 2 Ex differ̃ sermonum. Augurium et auspicium hoc inter se differt: auguria consuluntur, auspicia ultro ueniunt:

f. 49[b] col. 1 Ex diffē. Auspicia et auguria hoc inter se differt: auspicia sunt quae incoantur et ultra ueniunt, auguria quae consuluntur et consecontur = Isid. p. 741, 6; p. 2 Ar.

f. 75[b] col. 2 Ex differ̃ sermonum. Ceruleum et cerullum inter se differt. nam cerulum dicitur ipse color ceruleus quod ex cerulo constat aut quod cerulum est, ceruleum fit:

ibid. ESIDORI. Cerulum et ceruleum differt. Cerulus est color ceruleus qui ex colore conficitur. nam ceruleum ipsum colorem dicimus = Is. p. 747, 115; p. 17 Ar.

f. 112[b] col. 1 Ysidõ ex dif̃ sermonum. Deforme ad corpus, turpe autem ad crimen referimus:

f. 112[b] col. 2 Esidor̃ ex differ̃tia sermonum. Deformis et tupis ita distinguitur. Deformis ad corpus pertinet, turpis ad animum = Is. p. 749, 139; p. 19 Ar.

f. 153[b] col. 1 Ex diff̃. Inter exercitum et exercitatum hoc interest: exercitus laboribus, exercitatus studiis:

ibid. Esydori. Inter exercitum et exercitatum hoc interest: exercitus laboribus fatigatis exercitatus uel arte uel studio peritus = Is. p. 751, 181; p. 24 Ar.

*Eodem omnes illi loci referendi sunt, quibus Isidori uerba, qualia in differentiarum libro hodie leguntur, ita mutata sunt, ut librariorum solummodo incuriae deputari id nequeat, atque illi, quibus sunt admixta,*

Digitized by Google

*quae ab ipso Isidoro aliena sunt, sed in tantum aliena, ut non glossator nescio quis Isidori uerba dilatasse et interpolasse, sed ipse Isidorus aliunde petita angustiore dicendi forma circumscripsisse putandus sit. Tales igitur locos hos inueni:*

f. 15[b] col. 2 Ex differentiis. Aes et es ita distinguitur: aes per dyptonga metalli materiem significat, es uero sine diptonga uerbum est —

*cum quibus conferas, quae f. 147[a] col. 2 scripta sunt:*

Ex differentiis sermonum. ES ET ES ES METALL[1] MATERIEM ES VERO VERBUM EST = Is. p. 743, 53; p. 9 Ar.

f. 22[a] col. 2 Ex differentiis. Alius e multis dicitur, alter uero ex duobus uocatur, cf. Is. p. 743, 30; p. 6 Ar.: alter de duobus dicitur, alius de multis; alter enim sine uno esse non potest.

f. 40[a] col. 1 Ex different. Arma et tela hoc inter se differt: arma sunt, quibus defendimur idest rotunda, nela a quibus (tela quibus) oppugnamur, idest oblonga, cf. Is. p. 743, 39; p. 7 Ar.: arma sunt quibus defendimur, tela, quae mittimus. Item arma belli sunt, armamenta nauium.

f. 97[a] col. 2 Ex diff serm. Contigit obtigit accidit euenit hoc inter se differt: contigit facto obtigit sorte et accidit malum euenit casu, cf. Is. p. 747, 95; p. 15 Ar.: contingit euentu, obtingit sorte, accidit casu, euenit uel malo uel bono.

f. 122[b] col. 2 Esidori. Dilatator qui differt ad proferendum. Dilator et delator ita distinguitur: dilator qui differt, delator qui profert, cf. Is. p. 750, 164; p. 22. 23 Ar.: delator qui defert ad accusandum, dilator qui differt ad proferendum.

f. 135[b] col. 2 *(sine nota).* Eger anxius tristis. hoc autem interest inter egrum et egrotum. eger animo tristis aegrotus corpore, cf. Is. p. 744, 69; p. 10. 11 Ar.: aeger proprie animo moestus: nam corpore aegrotus dicitur. Proinde aeger est et tristis et male ualens, aegrotus autem siue aegrotans tantummodo male ualens.

*His addas locum memorabilem f. 52[a] col. 2:*

Esidori ex differentiis. Barbam et barbas hoc inter se differt: barbam hominum, barbas pecudum dicimus. Barbam et barbas hoc inter se differt: barbam hominum, barbas animalium sunt, barbas et hominum ut apud uirgilium: barbas incanaque menta regis romani, cf. Is. p. 746, 76; p. 11 Ar.: barbam hominum, barbas pecudum, uel herbarum dicimus. Barbas et hominum, ut apud Virgilium: Barbas incanaque menta Regis Romani.

*Cf. etiam supra f. 88[b] col. 1 (commodare), ubi Vergilii exemplum additum est, quod apud Isidorum desideratur, f. 102[b] col. 2 (crassus), f. 104[a] col. 1 (criminator), f. 117[a] col. 2 (despicere), quamquam hoc quidem loco Isidori uerba excerpta esse uidentur. Nam cetera leuiter tantummodo ab Isidoriano colore deflexere.*



Digitized by Google

*Igitur si haec omnia perpendimus, facile adducimur, ut non Isidorum tantum, sed alterum insuper fontem a glossarii auctore adhibitum esse suspicemur: nam differentiarum istam, quae uocatur, collectionem non omnibus locis pro Isidori libro accipi posse uel inde concludere licet, quod f. 75ᵇ col. 2 duplicis explicationis altera ad 'sermonum differentias', altera ad Isidorum refertur. At plurimis locis eodem illo nomine Isidorum significari et in huius tractatus initio abunde demonstrauimus et inde efficitur, quod f. 47ᵇ col. 2 et f. 49ᵇ col. 1 alterutra uocum 'augurii et auspicii' expositio ad unum illum 'ex differentiis' titulum accommodata est. Hoc igitur caue facias, ut omnes eas glossas, quibus 'de differentiis sermonum' nota praescripta est, ex diuerso quodam fonte alieno ab Isidori libro petitas esse dicas, quia, quamquam Isidorum, ut in originibus fecit, ita in hoc quoque opusculo ueterum auctoritatem quam artissimis uestigiis pressisse par est, id tamen uix credi potest, longe maiorem ab eo differentiarum partem iisdem plane uerbis transcriptam, satis autem exiguam, si cum illa conpares, mutatam fuisse. Quare eo potius inclinat sententia, glossarii auctorem, cum inprimis Isidorum sequeretur, deinde, si quid ille omisisset, alium quendam fontem adhiberet, ad ostendendam argumenti similitudinem atque cognationem, prout liberet, eadem omnibus nomina inposuisse. Ita factum est, ut nominum quibus diuersi fontes discernerentur, certa significatione sublata ea quoque Isidori nomine notarentur, quae ex alio auctor fonte petiuerat.*) Hinc et illud explicatur, quod f. 19ᵃ col. 2 duo loci ex eodem Isidori differentiarum libro p. 744, 62; p. 10 Ar. et p. 748, 134; p. 19 Ar. petiti, quamquam alter alterum statim excipit, tamen hic* ЄSIDR̄, *ille 'Ex differentiis sermn̄' in fronte scriptum habet, quod fieri non potuisset, nisi glossarii auctor ipse illa nomina in promiscuo ponere secum statuisset. Quae cum ita siue sint siue esse uideantur, est quod Vseneri sententiam addubitem, qua ille in mus. Rhen. XXIV p. 385 not. 4 auctoris lemmata maximam certe partem cum diligenter tum fideliter adposita esse contendit.*

## Cap. III.
## DE TERENTII GRAMMATICI DIFFERENTIIS.

*In codice Einsidlensi 32 saec. X—XI, qui continet glossas Priscianeas, p. 206 hae uerborum differentiae praescripto* Terentii *nomine proponuntur:*

*) Isidori nomine notata multa in huius glossarii lemmatis proponi, quae a uulgata codicum, quotquot etymologiarum libros continent, plane absunt, multofariam admirans animaduerti; eodem fortasse referendum, quod in glossarii codice Monacensi Isidori de notis caput nouis aliquot additamentis auctum est, cf. Kettneri progr. Rosslebens. 1868 p. 33 seq.

Digitized by Google

Terentius de uerbo tractans hanc differentiam dicit.

'Inuoco' in adiutorium, 'prouoco' ad iracundiam', 'uoco' ad honorem, 'euoco' ad officium, 'reuoco' errantem, 'conuoco' simul.

'Surgo' e sede, 'exurgo' e lecto, 'resurgo' a morte, 'consurgo' cum aliis, 'insurgo' in alios.

'Cognosco' ignorata et inuisa, 'agnosco', quae a me exciderunt.

'Moneo' praesentia, 'admoneo' futura, 'commoneo' praeterita, 'praemoneo' aliquid praecauendum.

'Precor' prospera, 'imprecor' aduersa, 'deprecor' pro delictis.

'Contingunt' bona, 'accidunt' mala, 'eueniunt' utraque.

'Testor' aliquid, confirmans sententiam, 'contestor' cum quadam auctoritate affirmans, 'protestor' manifeste cauenda denuntians, 'obtestor' aliquem iurare compellens, 'attestor' aliquem ad testimonium uocans, qui sit dignitate uel auctoritate eminens, 'detestor' aliquid execrandum respuens.

'Do das' aliquid largiter datum, sic 'dedi' scribendum est; at 'dedo dedis' aliquid uexatum, sic 'dedidi'.

'Accipio' ab alio, 'suscipio' sponte, 'recipio' aliquam rem amissam.

'Accipio' per alium ministrantem, 'suscipio' aliquid durum aduersumque, 'incipio' non tam compositionem, quam initialem partem significat.

'Incipit': quid subauditur, nisi hoc: 'incipit liber legi, scribi, narrari'?

'Dico' simpliciter, 'praedico cas' ad plebem, 'indico' alicui interroganti, 'edico' regiae dicionis est.

'Duco' ad honorem, 'deduco' a uia recta, 'educo' e carcere, 'induco' in captiuitatem, 'adduco' ad rem inhonestam, 'traduco' trans fluuium, 'seduco' in errorem, seorsum duco, 'diduco' distraho de suo statu, 'abduco' per uim precum, 'reduco' rursus in suum statum.

---

1 differenciam 2 etuoco 6 agnosco ignorata et inuisa cognosco etc. 7 commoneo preterea premoneo 10 etueniunt 13 curare compellans aliquem *om. add. Beda* 14 aliquem *Beda* execradum 19 composicionem inicialem 20 scripsi 21 indico aluus 23 ad onorem in uia et arcere 24 ad re de suo sta per uim abduco] *suppleui, cf. Verg. Ecl. II 43*: 'abducere Thestylis orat' 26 precum̄ rursum̄ statuum

---

TESTIMONIA. 2 *Beda p. 2328 P:* 'Aduocatur' daturus patrocinium, 'euocatur' praebiturus obsequium, 'inuocatur' praestaturus auxilium = *Agroetius p. 2271 P.* 6 *Caper p. 2242 P:* 'Cognoscimus' ignorata et inuisa, 'agnoscimus' quae nobis exciderant. 7 *Agroetius p. 2271:* 'Commonemus' praeterita, 'admonemus' praesentia, 'praemonemus' futura. 9 *Caper p. 2243:* 'Precor' prospera, 'imprecor' tetra. *Beda p. 2341 (= incert. de orthogr. p. 2795 P):* 'Precari' est rogare, 'deprecari' excusare uel purgare. *Agroetius p. 2266:* 'Precari autem est rogare, 'imprecari' maledicere, 'deprecari' excusare et purgare se. 10 Contingunt] *Eadem apud Agroetium p. 2269. Caper p. 2242:* 'Accidere' aduersi aliquid dicito, 'contingere' aliquid pulchrum est. 11 Testor] *Eadem apud Bedam p. 2347 (= incert. de orth. p. 2802).* 17 *Agroetius p. 2272:* 'Recipimus' aliquid deferendum rogati, 'suscipimus' nostra sponte. 23 *Agroetius p. 2267:* 'Deduco' de amico producendo, 'diduco' autem hoc est distraho; *idem p. 2271:* 'Abducitur' quis ad rem inhonestam, 'perducitur' ad studia, 'deducitur' ad honorem, *cf. Caper p. 2245.*

Digitized by Google

*Harum differentiarum pars legitur in codice Bobiensi, nunc Vindobonensi XVI f. 68ᵇ, cf. Analecta Vindobon. p. 226, 11—16, scilicet haec:* 1—5 Inuoco — insurgo in alios (aduoco ad honorem — conuoco plures simul — exsurgo); 7—10 moneo — eueniunt utraque (praemoneo praecauenda — inprecor); 16. 17 accipio — durum aduersumque (accipio ab alio, suscipio sponte de sursum, recipio aliquam rem amissam, suscipio aliquid durum aduersumque).

*Iam quis iste Terentius fuerit, si interrogamus, ob quandam rerum similitudinem ad Terentium Scaurum grammaticum, cuius orthographia extat, nos confugere par est. Quamquam enim in ipso tractatu orthographico, qui sub Scauri nomine fertur, eius generis differentiae non inueniuntur, tamen, siquis conferat, quae a Scauro p. 2262 seq. accurate definita atque distincta sunt, non adeo a ueri similitudine abhorrere dixerit, si ea quoque, quae supra posita sunt, olim suum in illo tractatu nunc mutilo atque lacero locum habuisse coniciamus, praesertim cum id genus similia apud ceteros, qui ad nostra tempora uenere, orthographiae auctores, Caprum dico, Velium Longum, Agroetium, Bedam extare uideamus. Quod si uerum est, fortasse ceterae quoque differentiae, quae apud Agroetium et Bedam inueniuntur, maiorem certe partem ad Terentium Scaurum referendae sunt. Sed, id quod commenti Sedulii in Eutychem p. 1, 11 significaui, si alium quendam Terentium intellegi quis dicat, cogitari id posse non negauerim; tum uero, quia tractatus Einsidlensis medias inter glossas Priscianeas uersatur, eundem indicari dixerim hominem, quem Sedulius p. 1, 11 Prisciani discipulum fuisse memorat. Sed ne hoc quidem a nobis debet praetermitti, a Vergilio Asiano quoque conpluries laudari Terentium grammaticum nescio quem. Ad hunc uero medii aeui grammaticum caue referas, quae A. Maius ex Gainfredi quem uocat arte excerpsit auctor. Vat. V p. 151:*

De consuetudine, quae nunc est, Terentius dicit: 'nihil est quod dictum prius.' Sed iniecit: 'postrema aetas mundi, ut disciplinam pristini saeculi, ita et sermonem fastidire coepit, et noua parere uerba, quae iuuenum ritu florent et uigent.'

*Neque enim sunt haec uerba Terentii grammatici, id quod suspicatus est Maius, sed Valerii Probi: ad Terentium autem poetam non nisi 'nihil est quod dictum prius' referas, cf. H. Keilii excerpta ex comm. in Don. gramm. Lat. V p. 325, 25; Diomed. p. 400, 8 K.*

Digitized by Google

# XII.

# AVCTORES ANONYMI DE ORTHOGRAPHIA.

## Cap. I.

## DE MAGNI LIBRI GLOSSARVM LEMMATIS ORTHOGRAPHICIS.

*Orthographiae Bernensis primae, quae Isidori orig. I 26 subiuncta cod. 522 f. 91ᵇ—96ᵃ inest, lemmatorum cum pars longe maxima praescripto 'de orthographia' titulo in glossarum quoque libro Bernensi 16 legatur (cf. Vsenerus mus. Rhen. XXIV p. 109), inueniuntur ibi praeterea loci aliquot eadem illa significatione notati, qui illic plane desunt:*

f. 15ᵃ col. I De ortographia. Aequitas per a et e scribendum (*Mai auct. Vat. VI p. 577, 1*).

col. II De ortographia. Aeramen per a et e dyptonga scribendum (*Mai p. 577, 1*).

f. 15ᵇ col. II De ortographia. Aes per a et e scribendum (*Mai p. 577, 1*).

f. 22ᵃ col. II De ortographia. Aliter per a sola scribendum (*Mai p. 577, 2*).

f. 30ᵃ col. II De ortographia. Annotat per duonn scribendum (*Mai p. 577, 4*: annutat; *cf. cod. Sangerm. ad p. 292, 4 infra p. CXXXVIII not. 1*).

f. 32ᵃ col. II De ortographia. Annunciat per duo nn scribendum (*Mai p. 577, 4*).

f. 57ᵇ col. I De othographia (*sic*). Bircus. uoluntas bita uel his similia que arci scribendo uitiant omnimodo reicienda sunt et per u scribenda (*Mai p. 577, 9*).

f. 60ᵇ col. II De ortografia. Cȩlibe cum a scribi oportet (*deest apud Maium*).

f. 114ᵃ col. II De ortografia. Delubra per e non per i scribendum (*deest apud Maium*).

f. 144ᵇ col. II De ortogra|fiae. Equus quod est iumentum per e sola scribendum (*Mai p. 578*).*)

---

*) Vnum talem ex glossario Einsidlensi 293 locum excerpsi, qui ne ipse quidem in isto tractatu legitur: De ortografia. Inquit t in fine ponenda est. Nam si d habuerit, interrogatio est tamquam si dicant: 'in quid mittit?' (Mai p. 579).

Digitized by Google

*Quorum quod f. 57ᵇ col. 1 legitur:* 'Birtus boluntas bita uel his similia, quae Afri scribendo uitiant omnimodo reicienda sunt et per u scribenda' *quo iure Isidoro tribuatur, nescio: extare id 'app. III e cod. Albanio 3 = III p. 504 Areu.' ex Brambachii orthogr. p. 240 conperi. Quodsi reuera in Isidori operum codice aliquo adest, eodem modo Isidorianis eiusdem generis praecepta aliunde collecta inserta esse dicam, quo in codd. Bernn. 178 et 522 Isidori lib. I capiti uicesimo sexto alia praecepta orthographica adglutinata sunt.*

*Iam patet, glossarii magni lemmata orthographica, quibus 'de orthographia' praescriptum est, non ex eadem illa, quae in cod. Bern. 522 et Sangermanensi 1447 (cf. Thurot. l. l. p. 521. 522) prostat, collectione deprompta esse, sed ex alia cum huic simillima tum multis nominibus insuper adaucta, sed carente illis, quae ab Isidoro I cap. XXVI de orthographia exposita sunt. Neque enim casu factum est, ut ne uni quidem lemmati ex ipso Isidoro petito iste titulus praescriberetur.*

*Praeterea conpluribus glossarii magni regulis orthographicis Pauli nescio cuius nomen adscriptum est. Ac primum quidem locos a Maio ex glossario Vaticano collectos auct. Vat. VI p. 598. 599, ut omnia uno conspectu intueri possis, transcribam.*

p. 598. PAVLI ABBATIS.

1 Achilles cum adspiratione scribitur.

2 Flaueius per u et e et i scribendum.

3 Forfices secundum etymologiam si a filo dicuntur, f ponitur, ut forfices quae sunt sartorum. Si a pilo, p, ut forpices, quae sunt tonsorum. Si ab accipiendo, ut forcipes, eo quod formum capiant, quae sunt fabrorum; formum enim dixerunt antiqui calidum, unde et formosus eo quod innouet faciem.

p. 599. 4 Hamus qui a Graecis ancistrus appellatur, cum adspiratione debet scribi.

5 Hannibal cum h scribendum.

6 Harena per h et a scribendum.

7 Harenae litoris.

8 Harenosum idest harenis plenum.

9 Hiat hispidos honor per h scribenda.

10 Hortandum ortandum.

11 Malle per duo ll scribendum.

12 Malo per unum l scribendum, quia est magis uolo.

13 Meae uires, in quo est uirtus mea.

14 Meus, subaudiendus filius.

15 Meum iter, meam peregrinationem.

*Abbatis cognomen Paulo in lemmate 11 solo adscriptum esse testatur Maius p. 599 not.*

Digitized by Google

*In glossarii exemplo Bernensi 16 non nisi haec inueniuntur Pauli nomine notata:*

f. 6ᵃ col. I Pauli. Achilles cum aspiratione scribitur (1).

f. 81ᵇ col. I PAVŁ. Cir. Urbs mauritanie antiquissima.

f. 127ᵇ col. II Pauli. Disterminat per i scribendum.

*In glossarii exemplo Einsidlensi 293 inde a littera F usque ad litteram M haec inueni:*

Pauli oř. flauius per v et i scribendum (2).

Pauli. Hannibal cum h scribendum (5). Harena per h scribendum (6). Hausit quod est bibit per h scribendum.

Pauli. Hispidus (9) homidus per h scribendum.

Pauli. Honor per h scribendum (9).

Pauli. Horritandum hortandum (10).

Pauli. Macerię sunt paries longi quibus uincę aliquę clauduntur. longum enim greci macron dicunt.

*Denique in exemplo Sangallensi 905 saec. X, id quod ex Vseneri excerptis cognoui, p. 553ᵃ ἀνωνύμως legitur:*

Malo Per unum l scribendum quia est magis uolo (12)

*sed nomine addito p. 551ᵇ:*

Male per duo ll.

Pauli AB̃B. Scribendum quia est magis uelle (11).

*Quorum ex numero non dubito, quin loci aliquot a Paulo isto orthographo alieni esse existimandi sint, illi scilicet, quibus non de orthographia agitur, sed de aliis rebus longe diuersis. Iam quae apud Maium leguntur ultimo loco nr. 13—15, ex commentis Vergilianis excerpta sunt; agitur enim de Verg. Aen. I 664; X 902; VI 112. Similiter 7 et 8 ad Vergilii uerba interpretanda pertinent, quae leguntur Aen. I 540 et IIII 257. Neque minus alienus ab isto Paulo est libri Bernensis locus: 'Cir urbs Mauritaniae antiquissima', 'Cirta' scilicet, et exempli Einsidlensis excerptum, quod ultimo loco proposui. Nam singulis his quos commemorani locis Pauli nomen a librario perperam adpositum esse uideri, hac praesertim re conprobari possit, quod longe maxima pars eorum quae restant in dissimillimo argumento uersatur. Quem uero hunc Paulum fuisse dicamus, difficillima quaestio est. Nam ceteros Paulos grammaticos circumspicienti Diaconum scilicet et Constantinopolitanum, de quo Vsenerus disseruit nuper mus. Rhen. XXIII p. 497 seq., nihil occurrit, quo hunc uel illum significari pro certo haberi possit.*

## Cap. II.
## DE ORTHOGRAPHIARVM ANONYMARVM CODICIBVS.

*Codicem igitur Bernensem 522, unde orthographiam Bernensem primam petiui, supra descripsi p. XXXVII seq. Eandem in Parisino quo-*

Digitized by Google

*que libro Sangermanensi 1447 saec. X extare postea edoctus sum a Thuroto l. l. p. 521. 522, coll. p. 508. Qui liber a Bernensi eo maxime differt, quod Isidori capiti I 26 hic tractatus non est uno tenore subiunctus, sed interpositis ITEM DE ORTOGRAFIA ab illo discretus.**)

*Orthographia Bernensis II in fasciculi A 92 foliis duobus saec. XI nr. 28 notatis legitur, quae folia inter se cohaerentia intimo olim quaternionis loco collocata fuere. Atque in pagina prima, cuius pars maxima uacat scriptura, extrema Hieronymi super Matthaeo commenti uerba relicta sunt; in quarta uero inter cetera excerpta ecclesiastica Eugenii decem plagarum Aegypti carmen scriptum est auctoris nomine omisso.* **)

*Orthographiae Bernensis III, cuius librum, qui est cod. Bern. 178, supra p. CXVII seq. perlustraui, similis est tractatus duobus in codicibus Parisinis Sangermanensi 1313 saec. X et 4629 saec. X seruatus, de quibus dixit Thurotus l. l. p. 508, p. 11; et p. 520. Quorum uterque praemisso Isidori capite ab eisdem, unde Bernensis, incipit uerbis: 'Sicilicus enim' (cf. Thurot. p. 508 et huius libri p. CXVIII); sed cum alter, qui est Sangerm. 1313 iisdem quibus ille uerbis finiatur:* 'ut est delicta per a et i scribendum est', *in altero cod. 4629 haec addita sunt (cf. Thurot. p. 521):*

Delectatio delectat per e litteram scribendum est.

Adiuuari postulari (*cod.* postolari; prestolari *coni. Thurotus*) misereri

---

*) Atque ne huic libro ex eorum quae iam aliunde innotuerunt copia quid deesset, codicis Sangermanensis uarietatem infra describi haud abs re fore arbitratus sum:

p. 291, 2 idest bibit | 5 quod est | 6 aedis | 7 At — 8 ad amicum uado *desunt* 10 per duos | 11 aggestas per duos g |

p. 292, 1 per ad sunt (est *coni. Thurotus*) scribenda (scribendum *coni. Thurotus*) quia | 3 admirabilis | 4 annuit annuntiat | 6 Aemtio quod ueudicio est per dyptongon | 7 quod est condono sine a, caedo quod est occido per ae, caelum caesariaes per ae | 9 cementurium ceterum cere | 12 Conpetet per n. Clangor per o | 16 solam scribendum *om.* | 17 commestium | 18 scribitur *om.* | 19—21 *om.* |

p. 293, 1 *om.* | 3 externus extraneus | 5 aessentia per ae | 6 effosa | effigies | scribendum *om.* | 7—11 *om.* | 12 faber per h unde et fabet | 13. 14 *om.* | 15 sciens est gnatus quod est filius per g *om.* | 16 per g quod est latro | 17 pronomen *om.* | dyptongon | et *om.* | omnia pronomina | 18 quoties | 19 subiunctinam syllabam *coni. Thurotus* | per a sola | 20 prepositione | 21 scribitur |

p. 294, 1 quod est nomen | dyptongon conscribendum et d | 5 immemor impius | duas *om.* | 6 inmaculatus inmobilis per i et n | 7 *post* redditur *etiam haec extant*: intellego a legere dicitur; intelligo conpositum est ab intellectu | 9 immunes | 10 per ae | 11 scribendum *om.* | 12 per o et e | scribendum *om.* | 14 occipicium per duos c scribitur | 15 olymphus | greca | 16 scribendum *om.* | 17 effulsit | scribitur | 18 duos | 19 per duos p | 20 paenes per diphthongon scribendum *om.* | 21 solu | 22 quur per q scribitur | 23 per a et e, *om.* scribendum | 24 *om.* | 25 duos | duos | succumbit per duos |

p. 295, 1 taedet paraethema quod est materia per h scribitur | 3 xerses xenofontes per x scribitur | 4 ymetia ydasileu ydrops ceteraque greca | 5 scribentur | 6 scribendum est per eam | 7 zabulus | scribitur | 8 greca | *post* breuis est *Thurotus* ante eam producta *supplendum esse censet.*

**) Huius carminis, quod uicesimum inter Eugeniana obtinet locum, haec est scripturae uarietas cum Patrum Lugd. editione conlati tom. XII p. 348 AB: u. 1 egypti limphas | 3 monit] traxit | 4 qua^rta | 5 quinta quoque] quinta etenim | 6 patrat] gignit | 8 Octaua] octa dedit | 10 decima] decima est.

Digitized by Google

muniri arbitrari adnuntiari uideri aptari celebrari placari et cetera similia, si infinitus modus fuerit, i littera terminatur.

Celebrat ceterum cecitas cesus cecidit cerulum et cetera similia sine a in capite scribendum est.

Caelum caelestia et cetera ad caelum pertinentia per a scribenda sunt. Sciendum sane, quia nullum ce per a scribendum, nisi caelum et cetera ad eum pertinentia.*)

*Quae restat quarto loco posita orthographia Einsidlensis, eam uenerandi Patris Galli Morelii amicitia accurate descriptam e codice 281 saec. IX mihi liberalissime edendam transmisit. Multiplex huius libri ac uarium argumentum enarrauit Gallus Morelius ipse in supplemento, quo Caroli Halmii scriptorum ecclesiasticorum in Heluetiae bibliothecis adseruatorum catalogum adauxit a. 1867 (Sitzungsberichte der philos.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften tom. LV p. 243—261), p. 260. 261, cf. p. 245. 246. 247 s. u. Augustinus, p. 248 s. u. Benedictus, p. 249 s. u. Caesarius, p. 251 s. u. Ebo, p. 252 s. u. Gennadius, p. 253 s. u. Halitgarius et Heraclius, p. 258 s. u. Prosper. Itaque hoc sufficiat monuisse, orthographiam media inter ecclesiastica nullo interposito spatio insertam esse eius libri p. 53 manu saec. VIII uel IX scriptam, praemisso* ORTHOGRAFFIA INCIPIT *titulo.*

## Cap. III.

## DE LEMMATIS ORTHOGRAPHICIS E DIVERSIS CODICIBVS BERNENSIBVS COLLECTIS.

*Praeter integras rerum orthographicarum collectiones, quas in hoc libro edidi, singulas quoque explicationes si inuenire possem passim in libris manuscriptis dispersas operam dans glossariis Latinis perscrutandis excepto cod. 16, de quo supra dixi, nihil profeci. Tamen in cod. 258 saec. IX parte ea, qua ueteris ac noui testamenti glossae habentur, f. 17ᵃ col. 1 Cassiodori mentio iniecta est singularem in modum:*

*) Codicis Sangermanensis 4629 p. 520 a Thuroto exhibiti hae sunt lectiones uariae:

p. 299, 31 per ss | 32 per uu | 33 accumolatus per cc | 300, 1 aggestus per gg | 4 est *om.* | sillabam | 9 sillabam | 10 complexus compendens | 11 imitator | 15 littera | 17 sanctos *om.* | sartos | 19 actenus | 20 (*adnot.*) renes meos e non i | 22 preteriti est temporis | 23 temporis est futuri | 27 dormet | littera | 28 ymnum | 301, 2 penitentia | patientia potentia | prouidentia constantia eloquentia temperantia coibentia sapientia fortia inprudentia per ti syllaba scribitur | 4 scripsi | 7 auxiliatrix adiutrix | distructrix | 8 confertim] confert (*Thurotus, qui* per i et x scribitur; ad nouissimam syllabam confert *edidit, lacunam subesse ratus est*) | 9 per rr | *post* 10 'per o' *haec addita sunt omissa in cod. Bernensi et Sangermanensi 1313*: Ianuarius februarius martius aprilis maius iunius iulius agustus september nouember december sic scribendum est | 12 ullulat | 13 dilectatio *om.* | diligam | diligit | dilectat dilegens *om.* | 14 per i scribitur | 15 per e, *om.* et i scribendum est.

Digitized by Google

Bernaculus domigena. 'Berna' compositum nomen secundum Casiodorum: b ab eo, quod est 'bonus', er ab eo quod est 'hereditarius', na ab eo quod est 'natus' i· bonus hereditarius natus atque ideo per b scribitur —

*cf. Cassiodor. p. 2299 P.:* 'His ita se habentibus possumus etiam intellegere bernam dictum esse eum, qui in bonis hereditariis natus est: bona uero per b litteram scribi supradicta ratio demonstrat'.

*Accedit, quod eiusdem libri ms. f. 128ᵇ col. 2 in glossario aliquo scriptum est:* 'Baiae' cum ae ciuitates in Campania balneatae. *)

*Praeterea in cod. Bern. A 92, 34 post differentias habes:*

p. 3 Nummularius per duo m largitor nummorum.

Nummis ṅ sa per duo m nummi percussa.

p. 4 Periuro uerbum r non debet habere: est enim quasi 'peius iuro'.

*In ipso codice Bern. 16 nulla nota praemissa haec leguntur f. 117ᵇ col. I:*

Destrictus sine n scribimus, non destrinctus. Est autem destrictus attentus uel seuerus ac non solutus (solutūs) et lenis. Destringo uerbum est actiuum, participium facit destringens destricturus, a passiuo (-ibo) destrictus destringendus (destrin g gendus).

*Item praemissa 'de glosis' nota*

f. 8ᵇ col. II: Adferte per a et d scribendum

f. 11ᵇ col. I: Adescit per d scribendum.

f. 12ᵇ col. I: Adhuc cum h scribendum.

f. 49ᵇ col. II: Ausus per diptonga scribendum.

f. 61ᵇ col. I: Caetus idest multitudo per dyptonga scribendum (*idem extat f. 76ᵇ col. I:* Esidori. Coetus idest multitudo pro diptonga scribendum).

f. 72 col. I: Celibes per scribimus sic hic celebs · celibis celi hii celibes accusatiuo celibes o celibes tres scilicet in numero plurali etsi etʰimologia celebs dicitur quasi celo beatus. Celibes qui sine coniugio uiuunt. Cęlibi cum a scribi oportet.

f. 75ᵇ col. I: Ceruerum per b inueni.

f. 76ᵃ col. II: Cepites (*leg.* cespites) frutices et scribimus diptonga.

f. 120ᵃ col. I: Didici a discendo per i.

f. 153ᵃ col. I: Exemptus per m et p scribendum.

---

*) In huius codicis glossariis, quae haud parui ceteroquin momenti facias, fere nulla inueni lemmata ad grammaticam ipsam pertinentia; nam praeter praecepta orthographica, quae supra proposui, non nisi haec insunt grammatici coloris f. 177ᵇ col. I: Ars. grammatica. | Elefans. barrit | Leo rugit | taurus mugit | capra miccit | onis balat | anser glancit | gallina glaccit. | Amoenum fertile iocundum etc. Haec ideo excerpsi, quia ad animantium uoces a Reifferscheidio Sueton. rell. p. 247—254 accurate collectas aliquantulum lucis adferunt. Itaque ne hoc quidem praetermittam, duo extare in cod. 16 eiusmodi lemmata nullis insignita notis, nisi quod locis proxime antecedentibus 'de glossis' praescriptum est, f. 53ᵇ col. II: Baubare sibelare canum est, sicut gennire (*corr. m. 1* gannire) uulpium, et f. 58ᵃ col. II: Blatterat camellus sicut aequus innit rudit asinus.

Digitized by Google

## Cap. IIII.

## CASSIODORI DIVINARVM ARTIVM INSTRVCTIONIS CAP. XXX AD FIDEM CODICVM BERNENSIVM RECOGNITVM.

*Denique in codice Bernensi 171 saec. IX—X, qui Sancti Hieronymi presbyteri in noui testamenti libros commentarios continet, post commentum in Matthaeum et ante Marciani initium, in pagina una, quae olim uacua relicta fuerat, manibus modo eadem, qua cetera saec. IX, modo altera saec. X scriptum est sine ullo nominis indicio Cassiodori diuinarum artium instructionis cap. XXX, quod, quia ad orthographicorum studiorum historiam cognoscendam quam maxime pertinet, altero quoque Cassiodori codice Bern. 225 adhibito hic subiungam.*

Ego tamen fateor uotum meum, quod inter uos quaecumque possunt corporeo labore compleri, antiquariorum mihi studia, si tamen ueraciter scribant, non inmerito forsitan plus placere, quod et mentem suam relegendo scripturas diuinas salutariter instruunt et domini praecepta scribendo longe lateque disseminant. Felix intentio, laudanda sedulitas, manu hominibus praedicare, digitis linguas aperire, salutem mortalibus tacitam dare et contra diaboli subreptiones inlicitas calamo atramentoque pugnare. Tot enim uulnera Satanas accipit, quot antiquarius domini uerba describit. Vno itaque loco situs operis sui disseminatione per diuersas prouincias uadit. In locis sanctis legitur labor ipsius, audiunt populi, unde se a praua uoluntate conuertant et domino pura mente deseruiant. Operatur absens de opere suo. Nequeo dicere uicissitudinem illum de tot bonis non posse subsistere, si tamen non cupiditatis ambitu, sed recto studio talia noscatur efficere; uerba caelestia multiplicat homo et quadam significatione comprobabili, si fas est dicere, tribus digitis scribitur, quod uirtus sanctae trinitatis effatur. O spectaculum bene considerantibus gloriosum! Arundine currente uerba caelestia describuntur, ut, unde diabolus caput domini in passionem fecit percuti, inde eius calliditas possit extingui.

Accedit etiam laudibus eorum, quod factum domini aliquo modo uidentur imitari, qui legem suam, licet figuraliter sit dictum, omnipotentis digiti operatione conscripsit. Multa sunt quidem, quae de tam insigni arte referantur, sed sufficit eos dici librarios, qui libere domino iustitiae-

---

*Cod. Bern. 171 duabus manibus scriptus saec. IX et X* = *A*; *cod. Bern. 225 saec. XI* = *B* *Cod. A titulus is est:* DE ANTIQVARIIS ET COMMEMORATIONE ORTOGRAPħ; *in B nullus est.* 4 salubriter *Garetius* instruant — disseminent B *Garetius* 6 linguis A tacitam *Garetius* tacitum AB 7 illicitas B 8 sathanas B 9 prouintias AB 10 laborem B 13 subsistere A percipere B *Garetius* cupitatis A 15 significationem A] *Hactenus cod. A man. I saec. IX; abhinc m. II saec. X* contrapabili A 16 sancte A 18 caput domini *supra lin.* B in passione *Garetius* in passionē dni fecit (*sic*) B caliditas A 20 accidit A 22 quidem sunt *Garetius* 23 referuntur B libre domini A iusticięque B

Digitized by Google

que deseruiunt. Sed ne tanto bono mutatis litteris scriptores uerba uitiosa permisceant aut ineruditus emendator nesciat errata corrigere, orthographos antiquos legant, idest Velium Longum Curtium Valerianum Papurianum Adamantium Martyrium de u et b, eiusdem de primis mediis atque ultimis syllabis, eiusdem de b littera trifariam in nomine posita et Eutychen de aspiratione, sed et Focam de differentia generis, quos ego quanta potui studiosa curiositate collegi et ne quempiam memoratorum codicum obscuritas derelicta turbaret, quoniam antiquarum declinationum permixtione pro maxima parte confusi sunt, magno studio laboris incubui, ut in libro sequestrato atque composito, qui inscribitur de orthographia, ad uos defloratae regulae peruenirent et dubietate sublata liberior animus uiam emendationis incederet. Diomedem quoque et Theoctistum aliqua de tali arte conscripsisse comperimus, qui si inuenti fuerint, uos quoque eorum deflorata colligite. Forte et alios inuenire possitis, per quos notitia nestra potius instruatur.

Isti tamen, qui memorati sunt, si assiduo studio relegantur, omnem uobis caliginem ignorationis abscidunt, ut, quod hactenus ignoratum est, habeatur ex maxima parte notissimum. His etiam addidimus in codicibus cooperiendis doctos artifices, ut litterarum sacrarum pulchritudinem facies desuper decora uestiret, exemplum illud dominicae figurationis ex aliqua parte forsitan imitantes, qui eos, quos ad cenam aestimauit inuitandos in gloria caelestis conuiuii, stolis nuptialibus operuit, quibus multiplices species facturarum in uno codice depictas, ni fallor, decenter expressimus, ut qualem maluerit studiosus tegumenti formam, ipse sibi possit eligere. Parauimus etiam nocturnis uigiliis mechanicas lucernas, conseruatrices inluminantium flammarum, ipsas sibi nutrientes incendium, quae humano ministerio cessante prolixe custodiant uberrimi luminis abundantissimam claritatem, ubi olei pinguedo non deficit, quamuis flammis ardentibus ingiter torreatur. Sed nec horarum modulos passi sumus uos ullatenus ignorare, qui ad magnas utilitates humani generis noscuntur inuenti. Quapropter horologium uobis unum, quod solis claritas indicet, praeparasse cognoscor, alterum uero aquatile, quod die noctuque horarum ingiter indicat quantitatem, quia frequenter nonnullis diebus solis claritas abesse cognoscitur miroque modo in terris aqua peragit, quod solis flammeus uigor desuper modulatus excurrit. Ita quae natura diuisa sunt,

1 uiciosa B   2 ineruditos A   ortographos B   3 longium B   curcium B   papirianum B   5 sillabis B   trifariam *Garetius* litterã tripharia in nomĩ A littera trifaria in nomine B   6 euticen B   7 quanto A quantum *Garetius*   9 permyxtione B   propria parte confusa A   10 ortographia B   11 deflorarę (t) regulę B   deflorate regule A   13 scripsisse B   15 noticia B   17 absciudunt *Garetius* acteuus A   18 addimus A   21 cęnam A   aestimauit *Garetius* uestimant A aestimat B   22 celestis B   operiunt A   23 fallar A   decenter *om.* A   24 tecum menti A   26 illuminantium B   incendiumque A   27 uberrime A   29 modulus A   31 orologium B   32 aquatile codice A   horum A   33 non in illis B   35 itaque A

ars hominum fecit ire concorditer, in quibus fides rerum tanta ueritate consistit, ut, quod ab utrisque geritur, per internuntios aestimes esse constitutum.

Haec ergo procurata sunt, ut milites Christi certissimis signis admoniti ad opus exercendum diuinum quasi tubis clangentibus euocentur.

1 ars humana B *Garetius* 2 estimes B esse *om.* B 4 ammoniti B 5 edocentur A

# XIII.

## AVCTORES ANONYMI DE LITTERIS.

*Litterarum explicationes quasdam mysticas uel ante medii, quod uocant, aeui tempora in usu habitas esse Isidorus Hispalensis auctor est certissimus, cuius de ea re uerba ad praestantissimorum codicum Bernensium fidem atque auctoritatem reuocata haec sunt orig. I 3, 7—9, a Petro quoque Diacono in notarum praefatione gramm. Lat. IV p. 334, 9—21 expressa.*

§. 7 Y litteram Pythagoras Samius ad exemplum uitae humanae primus formauit, cuius uirgula subterior primam aetatem significat, incertam quippe et quae adhuc se nec uitiis nec uirtutibus dedit. Biuium autem, quod superest, ab adulescentia incipit, cuius dextra pars ardua est, sed ad beatam uitam tendens: sinistra facilior, sed ad labem interitumque deducens. De qua sic Persius ait:

Et tibi quae Samios diduxit littera ramos,
Surgentem dextro monstrauit limite callem.

§. 8 Quinque autem esse apud Graecos mysticas litteras. Prima y, quae humanam uitam significat, de qua nunc diximus. Θ secunda theta, quae mortem. Nam iudices eandem litteram thetam adponebant ad eo-

*Cod. 224 saec. X = A: 36 saec. X = B; 101 saec. X = C; 95 saec. XII = D; 159 saec. XIII = E: 129 saec. XIII -XIV = F.*

1 pitagoras ABCDF phitagoras E uitae humanae ABCD | uite humane E | humane uite F 2 subtilior, *corr.* subterior E etatem DEF 3 et que BEF se adhuc C uiciis F bibium A 4 adolescentia CDEF dextera F 5 ad laborum F 6 sic persius ait ABCDF | sic persius sic ait E | Persius sic ait *Otto* Persius] *III 56* 7 qua ABCE | qua, *corr.* quae D | quae F samius ABCE | samius, *corr.* samios D | samius F deduxit ABCDE | deduxit, e *in ras.* F 8 limite candam callem E 9 esse apud ACDEF | apud Graecos esse B *Otto* grecos CDEF misticas BDEF 10 que BEF significat *codd., om. Otto* Θ secunda theta AB | secunda Θ theta C | Θ theta secunda D | secunda Θ EF *Otto* 11 que BE mortem significat B EF *Otto* tetam F apponebant DEF

rum nomina, quos supplicio afficiebant. Et dicitur theta *ἀπὸ τοῦ θανάτου* idest a morte. Vnde et habet per medium telum, idest mortis signum. De qua quidam:

O multum ante alias infelix littera theta.

§. 9 Tertia tau figuram demonstrans dominicae crucis. Vnde et Hebraice signum interpretatur. De qua dictum est in Ezechiele angelo: 'Transi per mediam Hierusalem et signa thau in frontes uirorum gementium et dolentium'. Reliquas uero duas summam et ultimam sibi uindicat Christus. Ipse enim principium, ipse et finis, dicens: 'Ego sum alpha et ω'. Concurrentibus enim in se inuicem alpha ad ω usque deuoluitur et rursus ω ad alpha replicatur, ut ostenderet in se Dominus et initii decursum ad finem et finis decursum ad initium.

---

1 quos morti et subplicio B mortis supplicio F supplitio DE adficiebant B theta *om. Otto* theta apotitanaton ABC | theta APOTYZA·NATON D | theta apotuthanaton E | teta apotithanaton F 2 idest a morte signum E signum Ý de qua B per medio, *corr.* -dium A | per medio C 3 Da qua A quidam ait DF | quidam sic ait E 4 thetam C 5 tertiam tau B | tercia. t. thau F | tertia thau E | tertia t^hau A | tertia tau C | tercia tau D dominice BEF Tamen et *Otto*, unde et *codd.* 6 dictum est *om.* F ezechiele, le *in ras.* A | iezechielo C | iezechiele DF per augelum DE 7 medium C iherusalem D | ihrln̄ F tau BCD in frontes, es *in ras.* C in frontibus DE 8 summam ultimam A uendicat DF 9 ipse finis BD | ipse et finis C | ipse et finis EF | ipse est finis A 10 concurrentibus — ω *in marg.* B alfa et ω B 11 rursus o alpha F rursus *codd.*, rursum *Otto* inicii DEF 12 decursus, *corr.* decursum A inicium DEF

---

*De y littera Pythagorae Seruium quoque licet conparare ad Verg. Aen. VI 136 et 477.*

*Quod ultimo loco dedi de litterarum formatione ac pronuntiatione caput, eo ratione satis dissimili idem tractatur argumentum, in quo Marius Victorinus uersatur p. 2453—2455 P et Terentianus Maurus p. 2385—2388 P.*

*In his igitur tractatibus ad litteras pertinentibus edendis duobus libris manuscriptis usus sum cod. 417 saec. IX et cod. 36 saec. X, quorum ille primum ac tertium, hic secundum praebet.*

*Continet autem cod. 417 f. 1—33ᵇ computum:* INCIPIT compotū graecorum siue latinorum. Ianr̄s ags̄ et dec̄eb IIII nonas habent XVIIII post idus et dies XXXI — nulla requies concessa est. FINIT. qui uiuit in aeternum creauit omnia simul. Utenti uita ęterna legenti fides crescat in dño ΑΜΗΝ; *f. 34ᵃ—44ᵃ sequitur tractatus de astronomia:* INCIPIT DE ASTRONOMIA (*fuit:* -AM) Astronomia est astrorum est quae cursus siderum et figuras et habitudines stellarum circa se et circa terram indagabili ratione percurrit — perductus est scilicet ut animos a terrenis rebus abduceret et in superna contemplatione perduceret.

*Inde a f. 44ᵃ habentur uarii tractatus astronomici:* f. 44ᵃ PRIMO IGITUR ANNO PRAEPARAtionis bis sexti prima hora — f. 46ᵇ et exit

Digitized by Google

de piscibus XII hor̃ diei plena quod est XV Kł aprilis; f. 47ᵃ ITEM DE XIIII DIUISIONIB; TĒPOR̃ DIUISIONES TEMPORIS QUOT SUNT. M̃. XIIII Id est athomus momentum minutum — f. 61ᵇ incipit a nono ciclo decennouennali anno qui est lunaris sextus cuius primus et secundus annus communes. Tertius emb quartus et quintus com̃ | INCIPIT LIBER DE ASTRA CELI SCĪ ISIDORI SPALENSIS EPĪ INCIPIT PROLOGUS. Domino fratri sisebuto hisidorus dum te — f. 98ᵇ totius autem terrę mensuram geumetre centum octoginta milium stadiorum et quinque exestimauerunt; f. 99ᵃ DE LUNA QD HOR̃ LUCET IN UNA QUAQ; NT̃ Si uis scire quod horis lucet luna — f. 99ᵇ LX puncti XII horas faciunt in luna XV; f. 99ᵇ ITEM ALIUD ARGUMTŪ DE LUNA. Luna prima et XXXIIII punctis lucet — luna XV et XVI XII horas lucet; f. 99ᵇ DE NUMERO ANNORŪ AB ORIGINE MUNDI USQUE ADUENTUM XPĪ. (f. 100ᵃ) Anni autem ab incarnatione domini — anni tiberii cesaris passum qui regnauit annis XX tribus; f. 100ᵃ INQUO SIGNO LUNA UERSETUR. Si uis scire in quo signo luna est — f. 101ᵇ ab XVIII hor̃ de XV hoc est in puncto usque in XII mã | f. 102ᵃ | XXX me lunae idest duobus punctis; f. 102ᵃ ARGUMENTŪ DE CURSU SOLIS PER XII SIGNA. Si scire uolueris in quo signo uel in qua parte signi — et ita inuestigandum est per cetera; f. 102ᵃ DE LUÑ QUALIT̃ · INCHOAT PER PUNCTOS. Si uis scire qualiter luna inchoat — f. 102ᵇ tot puncti erunt quando luna ętas cõmutat; f. 102ᵇ DE LUÑ IN UNAQUAQ; DIE ALIUD ARGUM̃. Si uis scire utrum uera sit ista accensio an non — et inuenies quota luna est omni die; f. 102ᵇ DE CICLO SOLARI. Si uis scire quotus annus sit cicli solaris — tertius annus est cicli solaris anñ praesenti; f. 102ᵇ INTERROGATIO. Quod abyssi sunt. Sex. Primus profunditas scripturarum. Secundus aquae inmensitas. Tertius ineffabilia iudicia dei. Quartus infernus. Quintus corda hominum. Sextus sapientia; f. 103ᵃ PARTICUL ADĒ; ADFERIAM AD EPACTAM *(cum tabula)*; f. 103ᵇ AD INDICT̃ AD CICL̃ XUIIII AD CICLŪ SOL̃R *(cum tabula)*.

*Iam secuntur tractatus de litteris diuersi* f. 104ᵃ INCIPIT EXPOSITIO DE LITTERIS QUOMODO NOMINANTUR UEL QUALE SONUM HABEANT INTER SE. Quaeritur enim quis primus litteras hebręorum — f. 105ᵃ ideo non inuenitur in eis interp̃tatio uel connexio; f. 105ᵃ ITEM DE HEBRAEIS LITTERIS. Hebraearum litterarum formae duae sunt — f. 105ᵇ Scribuntur autem uersus nobis inuerse a dextris namque ad sinistram partem eos finiunt̰ propter quod et nos hoc eodem modo litteras posuimus; f. 105ᵇ INCIPIT ABCDIS grece cum numero — ω (dccc) pro o; f. 105ᵇ DE LITTERIS LATINIS QUIDAM SAPIENS INTERPRAETATUS EST · A Uocalis est — f. 108ᵇ zabulon et principes neptali. explicit; f. 108ᵇ DE LITTERIS EXCERPTŪ. Littera est pars minima — sunt autem numero VIIII b c d g h k p q t; f. 108ᵇ ITEM DE LITTERIS. Omnes uero litterae — f. 109ᵃ dum exprimitur imitatur. EXPLICIT DE LITTERIS; f. 109ᵃ DE PONDERIBUS ET MENSURIS. Gomor maior in moysen XV modia

— f. 110ª libra habet scrupulos CC (ta) LXXXVIII quod facit dragmas XCVI. explicit dō gratias amen; f. 110ª tribus modis diabolus securitatem in mente hominis mittit. Primum suggerit homini — ductus est ad infernum; f. 110ª (*sine titulo*) Septem modis redimitur anima. Primo in baptismo — Septiū in doloribus mut ut dictum est per infirmitatem corporis uirtus anime proficitur; f. 110ᵇ omelia in natī scī iohī baptisī. Natalem scī iohannis frš Kmī hodie caelebramus — f. 112ᵇ qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regna deus in saecula saeculorum amèn (*corr.* ament); f. 112ᵇ omelia de scō iohanne baptista. Iohannes baptista considerata scriptura — f. 114ᵇ et quinque mensibus se occultat mater eius sicut scriptum est.

*Codex a fine mutilatus est.*

*Tractatum secundum qui exhibet codex Bernensis 36 saec. X, cum ab initio usque ad finem Isidori etymologiae obtinent; sequitur folio IIᵇ a fine Iulii Sperati carmen in philomelam:* DISTICON IN FILOMELA Sum noctis socia sum cantus dulcis amica etc. (*nr. 392 anthol. Lat. ed. Meyer:* u. 2 filomela | 3 insommem filomela transducit carmine noctem | 6 ne noceat ouis | 7 nunc cantu | 8 aut possim | 9 cantu se dicere | 11 chitharas | 12 fabra | 14 recreat et | 17 cantibus et coetus | 19 cygnus | 20 inlustris syptacus | 21 tuus | 23 tremulus | susurrus | 25 attentis | aescas) *additis post uersum 26 his etiam uersibus*:

Gloria summa tibi laus et benedictio Christe
  Qui praestas famulis haec bona grata tuis.
Vtere namque librum iugiter per saecula longa,
  Vir pie, uir sapiens, uir uenerande mihi.
Sit tibi cunctipotens semper placatus in aeuum
  Iungat et angelicis choris in astra piis.

*Secuntur Eugenii Toletani uersus:* INCIP OPVSCVLV̄ BEATI EVGENII EPĪ. Obliquo memet uisu qui figis ocelle etc. *praef. carm. Eugenii ed. Patrum Lugd. tom. XII p. 345 B* (u. 2 quae] que | 3 rancidolum | 6 tristifare (ic) | 8 animę | sat] fac | tuę | 9 libor | 13 loclupes, *corr.* locu- | *post u. 13 sequitur:* Permone pollens ingenioque uigens Suauitas effinge sat duo pentametris | 14 nec uereas libris emula fabra tuis | 15 presens incolomi | seclum). *Quibus postquam theologica quaedam subiuncta sunt, folio ultimo reuerso col. II alphabeti expositio legitur, uerso autem epitaphium Hifordi semierasum.*

*Hos igitur tractatus de litteris, quamquam excepto tertio nihil fere in iis reconditioris atque adeo antiquae doctrinae inuenitur, ob id in hanc anecdotorum grammaticorum collectionem recepi, quia ad medii aeui studia cognoscenda haec quoque aliquid ualere uidentur. Sed et priori cod. 417 commentationi nonnulla insunt proprie ad grammaticam pertinentia, quae parum felici casu accidit ut nimia uerborum corruptione obruta uix intellegi possint.*

Digitized by Google

# PARS III.

## SPICILEGII GRAMMATICI CAPITA TREDECIM.

k*

Digitized by Google

Digitized by Google

# I.

## DE GRAMMATICORVM CATALOGIS BONONIENSI ATQVE BERNENSI.

---

*Ad explicanda ea, quae H. Keilius in progr. Erlang. 1868 p. 27 de grammaticorum catalogo Bononiensi saeculo undecimo scripto egit, non nullius momenti uidentur esse, quae in codicis Bernensis 243 pagina extrema Petrus Daniel scripsit antiquos ille fontes secutus:*

De Roma de Sicilia de Italia de Africa de Hispania (Ḥispania, *addita in marg. d nota, hoc est deesse in codice uetusto, unde haec petiuit, h litteram Daniel testatur*) uenerunt | ad nos libri grammatici:

De Roma quatuor libri Donati

De Sicilia IIII discipulorum eius idest { Honorati et Sergii et Maximi et Metrorii }

De Italia duo libri Consentii { de nomine et uerbo et de barbarismo. }

et libri Prisciani XX

et Eutitii duo

et Sergii nouem { de littera et de barbarismo }

et Asperi et

Flauiani libri IIII

De Africa uero Comminiani et Pompeii.

De Hispania (Ḥispania, *addita in marg. d nota*) Isidori et Capri et

Agrœcii (Agrœcịi, *addita in marg. d nota*) et analogia { Papperini et Victorini }

Digitized by Google

*Huic catalogo Petrus Daniel postea addidit haec:* Velium Longum de orthographia | et Adamantium Martyrium de v et b integros repperit Venetiis Cl. Puteanus. *Posteriori etiam tempore his alia manu adiectum est:* Adamantium siue Martyrium de B muta et V uocali.

*Is igitur grammaticorum catalogus**), *quem ex uetere codice descriptum esse notulae illae ab ipso Petro Daniele margini adpictae manifestissime conprobant, maximopere congruit cum Bononiensi, qui est hic:*

IN ROMA FUERUNT Donatus Priscianus Victorinus Fothicius (Euticius) Flauianus et Comminianus. In Spania Caper et Ogretius (Agroetius). In Carthagine Pompeius Hisidorus Seregius tractator et Augustinus. In Sicilia Honoratus et alter Sergius (*corr.* Seregius) Maximus et Metrorius.

*Iam quod quattuor Donati libri esse dicuntur, ita quis enucleauerit, ut tractatum de littera, de syllaba etc. una cum arte minore et maiore atque barbarismo quarti libri nomine habitum esse dicat, quamquam eo quoque confugere possumus, ut, qui Seruii nomine de ultimis syllabis tractatus a Putschio priori loco p. 1799—1810 editus est, quarto loco intellegi suspicemur: hic enim libellus Donato tribuitur et a Iuliano grammatico et legitur inter Donati scripta in codice Bernensi 207, cf. supra p. XVIII. Deinde Honorati nomine, id quod Maximi Victorini***) *et Metrorii societate euincitur, Seruii tractatus metricos, inprimis centimetrum catalogi auctor intellexisse uidetur; et quod ad alterum, qui uocatur hoc loco, Donati discipulum attinet Sergium, de littera de syllaba de pedibus etc. librum dici optime Keilius uidit p. 27. Alterius uero Sergii libros nouem 'de littera et de barbarismo' ad Donati commentarios referendos esse patet, quamquam, quid de nouenario librorum numero dicam, non satis constat, nisi quod inde efficitur, sub Sergii nomine multo plures commentarios medii aeui temporibus circumlatos fuisse, quam nobis adhuc innotuerunt. Itaque non dubito, quin et ille Sergii tractatus, quem huius libri p. 143—158 primum edidi, atque is, cuius fragmenta ex codicis 123 arte petita infra capite VI propositurus sum, ad nouenarium istum numerum pertinuerint. Prisciani uero libri uiginti eo effecti esse uidentur, quod ad duodeuiginti artis grammaticae libros accesserunt liber de duodecim Vergilii Aeneidos primis uersibus atque de nomine pronomine etc. libellus.*

*Vtrum autem Asperum intellexerit catalogi scriptor, Iunioremne, qui dicitur, an eum, quem huius libri p. 39—61 edidi, certius definiri nequit. Atque Pompeium quo iure Afrum dixerit, iam Keilius p. 27*

---

*) Perperam enim Sinnerus olim catal. mscr. Bern. I p. 422 rem ita explicauit, ut omnes istos libros Petrum Danielem habuisse idque illis uerbis 'uenerunt ad nos' ipsum testatum esse diceret. Eodem uitio lapsus est Streuberus Philologi tom. III p. 372.

**) Inde quod is non Maximus Victorinus pleno nomine, sed Maximus uocatur, explicari potest, qui factum sit, ut medii aeuii homines 'Maximiani' nomen fingerent.

Digitized by Google

*rite explanauit. Porro in eo quoque catalogus Bernensis Bononiensi praestat, quod Isidorum non Afrum, sed Hispanum fuisse recte rettulit. Quae denique commemoratur Papperini et Victorini analogia, libros orthographicos intellegi patet, cf. Marii Victorini artis grammaticae lib. I, cap. 4 p. 2456 P: 'Nunc quoniam res admonuit, non absurdum uidetur de orthographia paucis scribere uel analogia.'*) Papperinus enim idem est ille, de cuius fragmentis cap. X agam, cf. Keilii progr. Erlang. 1868 p. 15. Nam Papiriani orthographiam, quae in Cassiodori corpore legitur, significari ob id parum probabile est, quod nulla eius collectionis scripta alia neque Cassiodorum ipsum catalogi auctor nominauit. De Flauiano autem et Cominiano cf. huius partis sect. III cap. 2.*

*) De analogiae nomine Victorini loco parum apte cum orthographia coaequato cf. Guilelmum Schadyum de Mari Victorini libri I capite IV dissert. philol. Bonnae 1869 p. 2—3. Papirii liber I de analogia commemoratur in uetusto catalogo Bobiensi (Murator. Ant. It. III p 820), cf. Wilmanusium mus. Rhen. XXIII p. 401.

# II.

# PROBIANA.

## Cap. I.

## DE ALIQVOT VALERII PROBI LOCIS EX LIBRIS EIVS GRAMMATICIS EXCERPTIS.

*Iuuante fortuna accidit, ut locus ille ex aliquo Probi libro deperdito in scholiis Bernensibus ad Georg. IIII, 134 (p. 964 cum adnot.) quamuis tenui et exili quadam facie seruatus, cum codicis Bernensis 123 auctores grammaticos perquirerem, integer ibi inueniretur. Nam cum in scholiis Bernensibus haec habeantur:*

Carpere, carpebat. Infinitiuo enim inperfecta tempora significat more ueterum, ut Probus ait —

*in cod. 123 f. 22[b] talia legimus praeclare scripta:*

Vtrum potest infinitiuus modus pro indicatiuo esse? Potest et pro praeterito inperfecto indicatiui, ut Probus ait: In hac qualitate plerumque ueteres praecipue historiarum scriptores inperfecta tempora indicatiui significant, quale est apud Salustium: 'hic ubi primum adoleuit,

1 infiñ modo et in pro praeterito impersõ indicatiui 2 ut probus aĩ 3 inperfecta temã 4 qualem est salus] *Iug. cap. VI*

non se luxui neque inertiae corrumpendum dedit, sed, ut mos gentis illius est, iaculari equitare cursu cum aequalibus certare, et cum omnis gloria anteiret, omnibus carus esse', pro eo, quod et: 'ut mos gentis illius est, iaculabatur equitabat cursu cum aequalibus certabat, et cum omnis gloria anteiret, omnibus tamen carus erat.'

2 iaculari equitari equitare cursum con equalibus certare et con omnis gloria an̄iret 5 cursum conequalibus et con omnis gloria an̄iret

*Quem Probi locum Diomedi praesto fuisse, cum ea scribebat, quae p. 341, 4 seq. K. leguntur, iam olim erat intellectum, cf. Keilium praef. gramm. Lat. uol. IIII p. XXII et scholia Bernensia praef. p. 727, 22, quae quidem sententia authenticis Probi uerbis repertis optime firmatur: nam Diomedem pleraque ex Probo nulla fere transmutatione facta transcripsisse uides. Atque eo loco perquam memorabile est, in arte Bernensi praecedere* C o m i n i a n i *locum p. 174, 25 Charisii:* Hoc sciendum, quod ueteres infinitiuum (-iuo *cod.*) pro indicatiuo imperfecto (pro indicatione impersõ), ut C o m i n i a n u s dicit: 'Praeterea dicebatur — cognosci potest', *atque sequi eiusdem Cominiani excerptum:*

Cur inuenimus saepe in historicis libris passiua infinitiua in er, ut 'legier' 'mergier'? Ideo, quod omnia infinitiua passiua, quae (quod *cod.*) apud nos hodie in i desinunt (diss- *cod.*), apud ueteres in er terminabantur, ut C o m i n i a n u s dicit: 'Vt autem — legi audiri' = *Charis. p. 175, 2.*

*Huic addam alium Probi locum ex artium institutis excerptum, qui cod. 123 f.* $2^{b}$ *extat multis nominibus edito correctior, ut integram eius scripturam proponere non dubitarim, p. 49, 10 K:*

Item P r o b u s: uocales sunt littere numero u pro se proferuntur 11 a uocabulo suo ut pute 13 miscentur efficiatur ut [puta] ae . . . u.io iu ua ue oe au ui et cetera 14 earum idest uocalium tunc (*quae media sunt, cod. omisit*) 15 ut iuno uulgus uel quando 16 uocalibus *om.* iunguntur ut uatis uec$^{h}$ors 18 inter se uocales accipi debeant 19 Queritur hoc monemus 20 praeponi subiuncte et ipse uocales uidentur ut pute iuncto loco consonantis et u . . . loco uocalis accipitur ut hui. Item hui tunc utique nunc u . . . . . . . . . . consideratur · sic est iuxta ceteras uocales alias i et u lit . . . . . . . praeponuntur ut ui consonantium haberi indicantur si uero subiecta . . . . . . . .co finguntur.

## CAP. II.

## DE PROBI NOTARVM CODICE BERNENSI MARCANOVANO.

*Codicum Marcanouanae syllogae, quotquot extant, omnium et antiquissimum et optimum esse Bernensem B 42 cum Mommseno auctore Gramm. Lat. IV p. 269. 270 inter uiros doctos constet, non inutile uisum*

*est, quae libro denuo inspecto et quam diligentissime conlato inueniri poterant aut omissa a Mommseno aut parum accurate descripta, quamuis pauca huic grammaticorum Latinorum supplementario uolumini inserere, ob eam potissimum causam, quia iam illi uiro doctissimo plenam libri uarietatem sub nota M referre placuerat. In quo non uereor, ne a uiro ueritatis inuestigandae acerrimo auctore nimis anxie rem gessisse iudicer. Sunt autem haec:*

p. 271, 4 $\overset{\text{cū}}{\text{usus}}$ 8 imprūtu, *corr.* imprōtu quod nō $\overset{\text{i}}{\text{m}}$ praenominibus 10 $\text{studi}\overset{\text{so}}{\text{o}}\text{rum}$

p. 272, 21 uel municeps, *in marg.* at municipes *Clauulae u. 1* comiciorum sacerdociorum 3 colegiorum §. 3 *inscr.* plebesitis 2 rogatur, *in marg.* $\overset{\text{at}}{\text{r}}\text{ogauit}$ 3 $\text{E}^{\text{E}}\text{C}$

p. 273, 11 $\overset{\text{V}}{\text{A}}$·D· 13 quęsitus 14 $\overset{\text{h}}{\text{a}}\text{c}$ lege 15 reditum 19 plebissitum 20 *immo* censuerunt 24 meę (*sic*) plebum ualeto, *corr.* plebis ualeto (plebum) *m. II, in marg.* plebeum

p. 274, 5 querito 10 extimandę §. 5, 2 iuris, is *in ras.* 5 doli mali 6 iudicium, i *in ras.* 8 denunciandi 11 $\overset{\cdot/\cdot}{\text{N}}$·R·C, *in marg.* ·/· K 12 consilium cepit | ut (*sic*) causa cognita. *Post 12, quod in ima paginae parte legitur, ibidem man. II haec scripta sunt:*

I·D·I·C· Iuditium dabo iuris edicto
B.F·R· bona ex re.

13 fraudare *in ras. Post 14 'pecunia constituta' haec leguntur inuerso ordine:*

$\text{CF}^{\text{D}}$ Coniunctum esse dicetur. HS· hęc sic ut hora secunda.
CV. Centum uirum etc. (*15. 16. 17. 18. 20*).

p. 275, 16 autoritate 18 dicetur, *corr.* dicent 20 Q·MA· 22 uindicarium *Post 23 in marg.* hact. collata

*Librum Bernensem Probi praefationem p. 271, 1—13 bis scriptam exhibere, primo in genuini Probi laterculo, deinde in spurio alphabetico f. 194, quamquam Mommsenus accurate rettulit p. 348, tamen in alterius speciminis qualitatem non inquisiuit. Quod cum fecissem, ubi Marcanouam non suum ipsius, quod priori loco scripserat, genuini Probi exemplar, id quod suspicari licebat, sed alium quendam librum secutum esse uidi, scripturae uarietatem integram ut excerperem, facile mihi persuasi.*

p. 271, 4 nanque 5 notari nullus' esset fere scribendi facultatem 6 qui aderant in scribendo dicta *om.* 8 significabant quod in praenominibus (*sic*) 9 monumentis iurisque ciuilis libris 10 adque studio uoluntas ut unusquisque 11 sibi *om.* uoluntate signaret quas comprehendere 12 publice sane tenendae sunt et historiarum.

*Hic igitur liber ex iis codicibus, quos Mommsenus adhibuit, maxime consentit cum Vaticano 2725 (V).*

Digitized by Google

*Petri Diaconi notae a Mommseno in notarum laterculo p. 331—346 ex eodem codice Bernensi editae quamquae parui omnino ad ueterum morem cognoscendum momenti sunt, tamen quia codicem Bernensem unum se secutum esse qui nouissimus edidit professus est p. 332 alterius libri Vaticani speciminibus non nisi raro additis, operae pretium fore uidebatur, quae ab illo omissa essent, libro denuo excusso accurate collecta corollarii instar huic grammaticorum uolumini quasi supplementario inserere. Quod non fecissem, nisi Mommsenus, quem litterarum notas ipsas summa fide ne uno quidem errore commisso descripsisse statim uidi, in praefationis quoque uerbis constituendis ipsam corruptam codicis Bernensis speciem accuratissime exprimere uoluisse mihi uisus esset aut in textum quem uocant recipiendo aut fideliter inter adnotationes criticas commemorando. Itaque sic tu habeto, me ea sola collegisse, quae ab illo aut omissa aut parum accurate descripta essent.*

p. 333 M. 3 apocrisarii] apochrisarii 4 imperi] imperii *(typotheta errauisse uidetur)* candellari] candellarii, *in marg.* at cancellarii 5 paene] pene 12 Rom.] romanus 17 de his uerum] de his (his *suprascr.*) uerum (iterum *suprascr.*) *suprascr. m. II.*

p. 334, 2 syllabas] sillabas 5 per huiusmodi notas breuitatis causa ut *in marg. suppl.* 8 per ·Ẏ·] per ·ẏ·, *in marg.* ·ḳ· 11 adhuc] adhuc 12 biuium est] est *linea del.* 14 Secundum] Scδa 25 per ea] ea *deest* 26 quia] qu'a.

*Post subscriptionem Marcanouae in notarum fine collocatam, quam Mommsenus p. 331 descripsit* (deuotissi.] deuotissi̅.), *quod sequitur pagina proxima f. CLXXXXI*ᵃ *de numero caput (cf. Mommseni adnot. p. 331), simile est illi tractatui, quem pagina antecedente 330 ex codice Einsidlensi ultimo loco Mommsenus edidit. Praemisso:* 'Sequitur de numero litterarum' *titulo a littera E initium capit* (Є CCL) *desinitque in Z litteram* (Z Duo milia) *nota 'mil' ubique omissa. Ab Einsidlensi igitur laterculo non nisi haec discrepant:* H. CC, I. I, N. XI, Q. D, T. CLX, Y. L, Z. Duo milia.

# III.

# DE CHARISIO ET FLAVIANO.

## Cap. I.

## DE CHARISII EXCERPTIS BERNENSIBVS.*

*Codicis Bernensis 123 excerpta, quae Cominiani nomine praeposito in prima eius libri arte collaticia uersantur, non parui esse ad Charisium emendandum uel supplendum pretii, praesertim in tanta librorum manuscriptorum penuria, recte existimatum est et a Petro Daniele olim, qui cum librum accurate cum exemplari suo typis descripto contulit*) et a Henrico Keilio nuper, quem diligenter nostro codice usum esse excerptorum Bernensium frequentissime facta commemoratio testis est. Quos locos cum ob alias quasdam quaestiones denuo pertractarem, occurrerunt nonnulla, quae illis quae Keilius enotauit addenda esse ratus sum Erant enim, quae corrigenda reliquisset; plura uero eiusmodi erant, ut ad apparatum quem uocant criticum omnibus, quantum id fieri potest, numeris absoluendum omnino opus essent. Nam Keilius dum in ipsis Charisii uerbis emendandis defixus passim quae memoratu digna reperiebat excerpit, non aperte, quae quoque loco ex Charisio hausta essent, ubique significauit. Quo fit, ut ex ipsis eius excerptis illud, quod reuera euenit, non satis clarescat, multa alio prorsus ordine in codice Bernensi proferri, aliqua deesse interdum, alia superaddita esse. Quapropter omnia ista cum puluisculo quod dicunt exhaurienda esse duxi, ut simul, qua excerptor ipse in suo opere conficiendo ratione usus esset, dilucide ostenderetur. Multa enim librario uitia inputanda sunt, non pauca excerptori, nonnulla denique ex ipsa codicis Charisii, quem excerptor adhibuit, qualitate deducenda erunt. Tamen id teneas uelim, non uniuersam me codicis Bernensis scripturam denuo propositurum, sed ea solum imodo, quae supplementi instar Keilii adnotationibus adpingas. Omnibus gitur Charisii excerptis Cominiani nomen praemissum est (cf. H. Keilii*

---

*) Quorum locorum pars magna in unum congesta a Petro Daniele hodie legitur in codice Bernensi 189, quo eius aduersaria philologica continentur.

Digitized by Google

*praef. Charis. p. XLVIII) uarie a librariis corruptum: plerumque com̄ scribitur, interdum communianus, semel tom̄ inueni scriptum.*

f. 2[a] = p. 50, 25—51, 14 K. depellat *(quem locum Keilius p. 50 not. non recte f. 21 inueniri dixit):* p. 50, 26 inmotabilis est nequicquam 51, 1 aut minus aut plus nobis quam pro accip̄ 2 siquis dicat scribo non analogiae uirtute 5 plenius — inuenies *om.* 7 ita tam̄ 9 deficerint quemadmodum ad aram (*sic, non* anchoram) 11 tam̄ opinionem 12 Ergo ex his 13 neque sordida accipienda.

f. 18[b] Quomodo sunt alia pronomina uel appellatiua nomina, quibus additamenta iunguntur, quod similia sunt partibus orationis, ut 'tute' 'temea' 'semea' 'quisnam' 'quislibet'. Communianus dicit, quod ista sunt additamenta et non partes orationis ita dicens: Pronominum — utiles esse possunt et reliqua = p. 160, 15—18 15 prominum quorundam dispars ut tute temea semea · non his ||||| pars oratinis sed additamentum iungitur namquam haec uoces 17 possunt quod si separantur numquam tiles esse possunt et reliqua.

f. 22[b] Hoc sciendum quod ueteres infinitiuo ponebant pro indicatione impersō ut com̄ dicit: preterea dicebatur infinito — cognosci potest = p. 174, 25—27 *cum adnotatione Keilii*: apud saluš tibium et arce adhibant

ibid. Cur inuenimus sepe in historicis libris passiua infinitiua in er ut legier · mergier? Ideo quod omnia infinitiua passiua quod (*leg.* quae) apud nos hodie in i dissinunt, apud ueteres in er terminabantur ut tom̄ dicit: ut autem omissa — legi audiri = p. 175, 2—5: 3 simus 4 agitarier er docerier 5 audier posteriores litteras ueluti ut agitari *(unde uerisimile est, excerptorem in suo codice 'i littera uti, ut' repperisse).*

f. 23[b] Com̄ prius illud preuerbium anadubium dici debet disputemus. suitonius etenim tranquillus putat dici debere quod ante uel aduerbium quod potest uerbum appellationem etiam nonque ponatur et reliqua = p. 194, 14. *Deinde secuntur:* Haec ergo pars apud grecos duo nomina habet, eperema quod interpretatur aduerbium epandacī (*leg.* epirrema *et* et pandecten) quod interpraetatur omne dictum, quod, ut gramaticus dixit, omnis oratio, quando desinit esse, quod est, in aduerbium transit *(cf. de illo grammatico Seruii [Sergii] comm. in Don. p. 439, 22 K et quae Sergii nomine ex cod. Bern. 123 f. 24[b] excerpsimus, nec non, quae Cominiani nomine adscripto leguntur eadem apud Petrum huius libri p. 167, 7). Tum addita sunt Charisii uerba nomine non adposito:* Stoici pandacten uocant; nam omnia in se capit quasi conlata pensatura concessa sibi rerum uaria potestate = p. 194, 20.

ibid. Com̄ aduerbia aut suę — sapiens sapienter = p. 180, 29 — 181, 2 (180, 29 possitionis).

f. 24[b] Com̄ significationes aduerbiorum sunt plurime. significant enim tempus ut heri nuper, locum ut hic et rl = p. 181, 3—4.

Digitized by Google

ibid. Coñ aduerbia loci st̃ sic primum in loco ibi ubi illic ibidem — recte in qua parte qua et rł = p. 188, 1—8: 2 cominus ueluti 3 huc *om.* 4 per, *om.* et extremam *om.* ueluti 5 ueluti utrumque inde indidem (*sic!* itidem *Keilius*) 6 et e loco *om.* 7 ueluti sursum 8 post ante ueluti

f. 25ᵃ = p. 187, 24—34 *nullo nomine addito:* 24 numeri ueluti quocies tocies aliquocies 25 quartum et rł usque uicies et cencies et milies. Temporis infinita ueluti ollim 28 nonnunquam cotidie 29 nunc festim 30 ex timplo requiens frequenter 31 posᵗquam 32 donecum simul itaque uix uixtum finita 33 cras repente die quarto dius quartus 34 uesper noctu interdum pridie postpridie *(sic!)* antemeridiem *om.*

*Sequitur:* negandi ueluti = p. 188, 20: hauo quanquam parum. prisč ni ⁿᵉque nihil nec minus minime. adfirmandi ut etiam (= *Keilii adnot.*) certe nimpe porsus licet uidelet — anne. *Sequitur:* optandi utinam uelim (= p. 188, 23. 24) prisč o si. ortandi age eia agedum agite (= p. 188, 29. 30). blandiendi mi mihi. estimandi ut fere ferme. Ordinis deinde deinceps tunc ante post de cetero (= p. 188, 24) similitudinis ut ita proinde prout ac si uelut uti ceu quasi sicut tamquam sic (= p. 188, 24. 25). quantitatis ut modice maxime multum paruum. dubitandi ut fors — fortansan (= p. 188, 27. 28). congregandi ut simul una pariter (= p. 188, 28). personalia mecum — tua sua et rł (= p. 188, 28. 29). uocandi heus (= p. 188, 30). respondendi heu (= p. 188, 30). separandi seorsum retrorsum separatim. iterandi iterum item itemque quoque ceterum rursum. iurandi est uinit sine testis dedii pol et castor du fratres fuerunt filii iouir medius fidius idest per mediam fidem qui est inter iouem et homines. depol castor ede hercle medius fidius. prohibendi necne (= p. 189, 1). euentus forte fortuitu. couparandi maius minus tamquam plus (= p. 188, 25. 26). qualitatis docte scāē rel.

*Sequitur*: Conparationem recipiunt aduerbia — doctissimus = p. 181, 12—14: 12 quocies 13 est *om.*

f. 25ᵇ = p. 187, 9—22 putant infinitiua: 12 neque enim a necessario necessarior *(mediis omissis)* 14 aduerbia sed etiam aliis litteris terminantur ueluti funditus 15 publicitus *om.* iter in im ueluti cessim uicatim] uegitim separatim *om.* paulatim et rł. Item in õ ut consulto 19 blandisno matutino. Coñ it̃ in am ueluti 20 trifariam *om.* plenius 20 legendo *om.*

*Sequitur subinde de aduerbiis tractatus maximi ille quidem momenti, quem ob id eius disquisitionis agmen claudere iussi p. CLIX seq.*

f. 27ᵃ Coñ a neutri quoque nominibus trahuntur aduerbia m litteram terminata ut membrum membratim uber ubertim = p. 185, 35.

f. 29ᵃ Coñ figura est — ut equidem = p. 224, 26.

ibid. Coñ superest — quo ueniebat = p. 226, 11—20: 11 moð subiunctatiuis ueluti 12 iter finitiuis moð temporibus subiunctatiuis

13 iter subiunctatiuis 14 subiun^c^tatiuis enim *om.* quoties agebat cum declamabam ut aput uirḡ cum uenit auleis 20 id tempore.

*Sequitur:* Subiunctatiuis uero — et sic cepisse clamare = p. 226, 28—30: 28 alia quid 29 declamauit.

*Deinde additur:* Coñ sic si modo finitiuis uel si facias si faceret dum iungitur finitiuis uĩ dum uenio quoties uero — dummodo contenderet = p. 226, 32 + p. 227, 10 + 12—15: 13 subiunctatiuo 14 dum contenderet.

*Sequitur:* Coñ num cur quare quid postquam ni et nisi (= p. 227, 19. 22. 23; p. 228, 22. 30) etsi (p. 229, 3) antequam (p. 228, 26) modo finitiuis modo subiunctatiuis iunguntur (= p. 228, 26). contra autem superius iunctum num (= ueluti) antequam uenisset disiunctum — uiolo = p. 228, 27—29.

*Deinde:* Coñ iter quamuis quanquam donec dummoδ licet subiunctatiuis iunguntur = p. 227, 26. 28. 18. 27.

*Subinde:* Iter ut recep̄ finitiua acuto accentum relatum effertur autem quocies — contempsit id sit quomodo sit ut pro continuo fit pro qñ fit pro utinam = p. 227, 30 — p. 228, 1.

*Postea:* Coñ iter utinam recipit optatiuum utinam uenias — imperatiua recip̄ uñ uti ne fac quocies uero graui accentu effertur optatiuo recipit ut apud oratium ne facias utinam = p. 228, 8—10.

*Sequitur paullo post:* Coñ at pro autem sit et atque pro et et an pro cum ut uirḡ. an mi cantando uictus non redderet ille quem mea — caprum = p. 229, 9. 21. 15 sq.

*Deinde:* Fit an pro ergo (= p. 229, 19). Ast apud antiquos — in glosis antiquitatum legimus scriptum = p. 229, 30—32.

*Denique:* Optatiue ut ne uellim (= p. 226, 6). infinitiue dum quanquam — et cum = p. 226, 4.

f. 30ᵃ Coñ ita ante post — illum ante = p. 232, 19. 20: 19 motato

*Sequitur:* Iter cum tertię — paulo tenus = p. 232, 33 — p. 233, 3: p. 232, 33 praeponitur tam̃ uñ cum illo

ibid. Coñ nunc q̄ s̄ uerborum — transeo = p. 231, 7—18 *(cf. Keilii adnot.):* re reuertere re reuocare ac accingo as aspellere. Sunt etiam 10 uñ a caelo 11 ad illum, *altero* ad *om.* 14 in pisonem 16 praeter praeter illum praeterrito *(sic!)* 17 supergradior.

ibid. Coñ similiter — pones iuxta = p. 231, 21—23: 22 obter

ibid. Coñ quaedam similiter — notamus et sunt infra supra extra intra ...... *(folii particula abscissa est)* citra circa iuxta contra subtus coram ante post prope usque = p. 231, 24—30: 24 motato accidunt

fol. 30ᵇ Coñ q; casibus seruiunt — et sunt accusatiui casus ad apud ante aduersum con contra circum circa circiter citra cis extra erga in

inter infra intra iuxta ob per praeter propter post prope pone penes subter supra subtus secundum trans ultra usque = p. 230, 10—23.

ibid. Coñ. Iter ablatiui casus a ab abs cum coram clam de e ex pro prae palam sine tenus = p. 230, 23—28.

ibid. Coñ. Iter utriusque in sub super subter = p. 230, 28—31.

ibid. Coñ. per diuersas habet significationes. accipitur in iuramentum ut per sidera testor. Virḡ. dicit per ego has lacrimas et rł = p. 233, 14—27.

ibid. Item accipitur pro ualde ueluti cum dicimus perdoctus idest ualde doctus = p. 234, 5. 6.

ibid. Coñ. Item pro multas significationes habet — ut pro dii et reł = p. 234, 31 *cum Keilii adnotatione: post 'porro duxit' Keilius lineam integram omisit; leguntur enim haec:* signifi|cat derogationem ut cum dicimus profanus lucus idest non sacer et rł. significat etiam mo|tum animi ut pro dii et reł.

*Sequitur:* Item praepositio diuersas habet significationes. accipitur enim pro ualde ut cum dicimus praedurum uuluus idest ualde. Accipitur pro sine — sine fascino = p. 235, 11—17 *cum Keilii adnotatione.*

*Sequitur:* Significat et ante ut prae te ille felix est idest ante te = p. 235, 17. 18.

*Quibus subiungitur:* Sunt et alie plurimae praepositiones pro aliis ap' ueteres auctores interposite = p. 238, 15.

f. 31ª Coñ. circum circa — decim = p. 232, 13—15: 13 defeř.

*Sequitur:* Contra et aduersus hoc deferunt quod contra loci ut contra basilicam aduersus illum facio. Iterdum autem promiscue accipiuntur = p. 232, 16—18.

ibid. Coñ. Item ad ap' hoc defeř — illum sum = p. 234, 9—10.

ibid. Coñ. Item secundum duplicem intellectum — similiter illi = p. 234, 13—15: 15 epicorum.

*Tractatum denique Romani de aduerbiis ideo integrum exhibere statui, quia permultum interest, ut sciamus, quo ordine excerptor Charisii codicem excerpserit, uel ut accuratius dicam, quo ordine Charisii codex, quo excerptor utebatur, scriptus fuerit, deinde, quas partes ob eam ipsam causam, quia apud excerptorem non leguntur, in illo quoque codice defuisse uerisimile sit, denique ut quasi luculento exemplo qualis medii aeui artigraphum ratio in excerpendo duxerit dilucide cognoscas. Neque enim aequabiliter totum tractatum per omnes eius partes excerpsit, sed pleraque tantummodo quasi acu tetigit, pauca ex longiore Charisii expositione integra transumpsit.*

| f. 25ᵇ | Coñ alia aduerbia ab eisdem litteris incipientia glomerauit sicuti sunt aliter pro alias (Char. p. 194, 22 K), alias pro aliter (29), actutum pro cito (25), abhinc (p. 195, 1), amplius (6), ampliter pro ampla

Digitized by Google

(12), artificiose (16), acriter (21), aegre (24), breui pro breuiter (27), confidenter pro audaciter (30), confestim pro continuo (p. 196, 2), co^li^die|| ut falso pro cotidie (7), cummodo (3), concorditer (16), ceterum (17), ceterum pro alioquin (23), pro reliquim (24), communiter (25), cotidiano (28), conpacto (p. 197, 5), de conspecto (13), donecum pro donec (15), duriter (22), doctus lautus docte laute (28), defrecate (p. 198, 1), decolorem pro sine colore (2), dapsiliter (5), dis pro ualde (8), eflictim (12), edio fidio per iouem et rł (17), ex amosim (24), erudicius (28), efrenate (30), emendate (p. 199, 1), elate (6), ferme (11), fere ablatã (14 = fere ablata m; *Charisius*: at qui detracta m littera), furax | f. 26ª | furaciter fur furtim ueluti furtine furans furantur facilis facile (18. 19), falso (21), false (29), firme ab eo quod est firmus ut docte laute firmiter ab eo quod est firmus ut docte laute firmiter ab eo quod est firmis ut agiliter dociliter (p. 200, 1. 2), gratis (7), heri (11), here quamdiu heri quando (12), hilariter ab eo quod est hilaris hilare autem ab hilaro (15), hesterno (20), hispane (22), isto filius (24), hilicet pro ilico idest statim (27), ilicet pro nunc (28), ilicet pro subito uel extimplo (p. 201, 2), interea loci (3), intus (5), in mando pro salam (10), ilico pro in loco (17), inmane pro inmaniter (25), ibidem (23), ilicet pro interiectione hem ut sit hem peristi (p. 202, 1. 7. 8), iniuriose (9), imperiabiliter cato senex ubi maximus pro nimis inperiose dure (11), inimiciter (13), inridenter (15), inaurate pro nrã urate (16), integriter ociose putant dici sed integre ut in^pi^gre (19), industriosissime (20), industrie (23), inpariter (26), inuito ut falso (30), inlecebro sius (34), inpendio (p. 203, 3), ignaue (7), indecorabiliter (10), longe pro praecipue (17), longe pro longitudine (20), luci ut mani (27. 29), li libeo (32), lente (35), lenius, longum pro optimum (p. 204, 10), longuuiter (14), lascibiliter (16), lepede (18), licet, large (22), largiter (22), mature (25), munde (29), mox pro cito et pro paulo post (32, p. 205, 1), medietate (5), morditius (8), maturissime (12), mutuo (15), maturime (17), memoriter (23), male pro ualde (p. 206, 1), multo (4), misserere pro male (5), mauricatim (7), maliciose (9), mòdice (11), modeste, muliebriter (17), minime pro non (19), nauiter (p. 207, 1), nullus et aduerbium est et nomen (7), nullus pro non (8), ^ni^mie |||| melius q; nimis ab eo quod est nimi^us^ (9), nimium (10), noctu diuque (17), nudius tertius significat autem nunc est dies tertius. Iter nudius quartus (20. 24), nocte (25), nouissime (30), nocte uagatrix non noctu (p. 208, 4), nec uticam (14), nequaquam (17), necessario (19), necessus necessum (23), occulto (p. 209, 1), ostiatim (4), obuiam pro obuius (6), obiter (12), odiose (23), opulenter (24), oppido pro uero uel statim (26), officiose (p. 210, 1), primum (5), primiter (8), prima pro primo (10), prius pro melius utilius antiquius (13), primus pro inprimis (19), pluris (24), perinde pro proinde (p. 211, 1), penitus pro ualde (4), prime (7), protinus trium temporum (9), pro propere (18), prorsus (23), plure (27), prorsum (32), plurimum (p. 212, 3), parcissime (7),

Digitized by Google

praefiscine (13), placatę (16), perege (18), peregrį (21), porro pro longius (p. 213, 3. 5), porro pro in futurum (7), pudenter (13), propere produci debet ut abunde honeste (20), perplexim (26), pedetem^p^tim (p. 214, 8), piger pigre (12), paxillo prius (15), pariter pro pariter (17), posterius (22), pone (28), perditim (p. 215, 1), paulo prius pro paulo ante (3. 4), prope (7), proximo (9), procul (5), perinde (15), principio (17), primo pedatu (20), pedibus aduerbialiter (24), quippiam (26), quamquam (27), quo procul (p. 216, 1), quid poteris pro in quantum poteris (7), quanto (10), quam maxime (19), recens (28), rursus (31), repentino pro repente (p. 217, 3), rare pro raro (8), rarissime (11), rarenter (14), sepe per tempus recte dicimus aliquocies autem semper (18), sepius (22), satis accipitur nunc pro pari, iter satis pro eo quo pro intente (25. p. 218, 1), stemachese (6), sane pro ualde (8), sincere (11), sempiterno (15), sorde (17), sic per ita (20), semitatim (24), sumitatim (26), salutariter (28), salutarius, siqua pro siquo (29), sedulo (p. 219, 5), sedulum (9) serius temporis (12), strennue (16), seorsum (19), seorsus (20), singulari per singulariter (24), stirpitus (25), sponte (p. 220, 1), setius (4), sequius (7), statim (9), subinde (12), | f. 26^b | secus pro aliter (19), screo pro uero (*corr.* uere 24), saracte pro integre (27), secreta pro sola (p. 221, 3), tuatim (6), tetre (8), tractim (9), temere (11), testatim (16), tempestiue (18), tertio (p. 222, 1), tuto (4), tollerantur (8), temere pro neglegenter (12), tertium (14), timidius (16), tumultuose (19), ualidissime (21), una locum simul spacium designat (24), uniter (26), ut pro utinam (28), usquequaque quasi diceret longe lateque (31), unique (p. 223, 3), uicinie (11), utero pro in uterum (14), uniciatim (16), uesperi (19), uespera (26), utrubi (29), ut quam proxime (31), uicissim (p. 224, 5), uitiosus (8), uniuerse (13), utinde id pro undique (= utrinde idest pro undique 14), unde ideque (17), uicimentissime (19).

*Porro initio tractatus, qui est de aduerbio, f. 23^ab nullo nomine addito habes, quae apud Charisium p. 190, 8—13 extant:* Aduerbium est pars orationis — *τὴν ἀναφορὰν ἔχον.* Aduerbium dictum est, quod uerbo cohereat nec cum altera parte orationis potius iungatur *hac scripturae uarietate:* 10 adque 12 ЄΠΙΡΗ)-(Λ ЄC ÷ TIN )-(HPOC ΛOΓY AKNITON NΠI .TO PH)-(A THN ANΦOPAN ЄXON.

*His addam locum praeclarum, qui f. 23^b post Vergilii excerptum legitur de aduerbio nullo addito nomine = p. 186, 3 K:*

Mihi nidentur errare, qui putauerunt aduerbia a participiis et a pronominibus et a uerbis figurari, ut ab eo, quod est sapiens, 'sapienter' dicatur nec non a pronominibus, ut meatim tuatim, denique ab eo, quod est curro, cursim, pungo punctim. Mihi uidentur errare. Nam participia

SIMILITUDINES. 1 aduerbia a participiis] *Cf. Charis. p. 185, 37 — p. 186, 2*
4 Nam participia remota sunt] *Cf. p. 186, 12*

remota sunt ex hac figurandorum ex se aduerbiorum facilitate. Item si qua uidentur a pronominibus aduerbia trahi, ut meatim tuatim, tantum in commentariis grammaticorum animaduertimus, in natura uero non inuenimus. Item si aliis placet, a uerbis fieri aduerbia, ut ab eo, quod est pungo, punctim, curro cursim, ego tamen dico, quod de uocabulis tracta sunt, ut ab eo, quod est cursus, cursim, punctus punctim. Omnia enim uerba, quae etiam in nomina transire non possunt, nulla a se aduerbia facere possunt.

---

SIMILITUDINES. 1 ex hac] ab hac *Charisius p. 186, 13* facilitate] facultate *Charisius* et si qua *Charisius* 2 trahi aduerbia tantum in grammaticorum commentariis *Charisius* 3 in natura uero] in consuetudine *Charisius* non uidemus *Charisius* 4 et si non nullis placet *Charisius p. 186, 16* 5 curro cursim pungo punctim *Charisius* ego tamen quaero quid ita non potius aduerbia a uocabulis tracta sint, ab eo quod est punctum punctim et ab eo quod est cursus cursim *Charisius* 6 animaduertimus enim omnia uerba, quae non possunt etiam ad nomina transire, nulla ex se aduerbia facere *Charisius*

---

SCRIPTURAE VARIETAS. 1 iter 2 trachi 3 in comentariis grammaticorum

*Ac quoniam de aduerbio egimus, id quoque monendum, a Petro grammatico, cuius opusculi excerpta infra proposuimus huius libri p. 159—171, p. 167, 6 de aduerbii ui atque natura laudari quendam Cominiani locum, qui in Charisii scriptis non extat, cf. supra f. 23ᵇ p. CLVI. Apud Diomedem uero de eadem re non nisi haec leguntur p. 406, 8 K:* Ex hac regula unum dissentit, quod est facile, quod quidam nomen putant pro aduerbio positum, ut est 'toruum clamat' 'horrendum resonat'. *Itaque si de hoc quoque Petri loco idem ualeat, quod de celeris H. Keilius Gramm. Lat. I praef. p. XLVIII rectissime statuit, Cominiani nomine a posterioribus siue grammaticis siue commentatoribus usurpato non Cominianum ipsum, sed Charisium significari, in Charisii libri ea parte, qua de aduerbio agitur p. 180 seq. loco nescio quo lacunam esse statuamus oporteat, quae ut in ipso eius tractatus initio, quo genuini Cominiani praecepta referuntur p. 180, 28 — p. 181, 15, deprehendatur, ob id non fuerit necessarium, quia Diomedem, qui eius rei meminit p. 406, 8, et Cominiano et Palaemone promiscue usum esse constat. Sed quo potissimum loco istam lacunam statuere debeamus, non liquet, quia uniuersarum sententiarum plane deficientium nulla inueniuntur ibi uestigia. Itaque eo potius inclinat sententia, illum, quem Petrus exscripsit, non de Charisio, sed de ipso Cominiano cogitasse, Charisium uero parum accurate eius praecepta excerpsisse. Quod ut suspicer, hac re adducor, quia Donatus quoque, quem Cominiani omnibus partibus simillimum fuisse Cominiani loci a Charisio excerpti testantur, de eadem re disseruit p. 385, 26. Cominiani uero sententiam propagauit Sergius siue Seruius p. 439, 1 et 22 K.*

Digitized by Google

*Ceteros uero locos Cominiani nomine adscripto a medii aeui scriptoribus laudatos ad unum omnes H. Keilius summo iure ad ipsum Charisium reuocauit: nam ad Cominianum non nisi paucas particulas pertinere operis Charisiani ita conparatas, ut in uilibus fere rebus argumentisque uersentur reconditiore doctrina omnino carentes, ipse dilucide monuit l. l. p. XLVIIII. Multo uero maxima pars locorum Cominiani nomine notatorum ab ipso Charisio non Cominiano, sed aut Palaemoni aut Iulio Romano tribuuntur. Vt igitur de istius Cominiani nominis natura dubitari iam non potest, ita quaeritur, quibus rationibus siue cum Charisio siue cum Cominiano cohaereat Flauianus grammaticus, quem et ipsum copias Charisianas pro suis uenditare apud medii aeui grammaticos uidemus.*

---

## Cap. II.
## DE FLAVIANO GRAMMATICO.

*Hanc quaestionem a Keilio olim Herm. I p. 333 meo iudicio profligatam ut iterum pertractarem, mouit me ipsius Keilii nuper orta dubitatio progr. Erlang. 1868 p. 16 not., postquam Lucianus Muellerus in Fleckeiseni annalibus 1866 p. 561 isto Flauiani nomine non Flauium Sosipatrum Charisium, sed Flauianum Pauli Diaconi praeceptorem significari iussit. In quo Keilius ita Flauium Sosipatrum deseruit, ut, 'si quis uel hunc ipsum Flauianum magistrum Pauli Diaconi uel alium quendam Flauianum Charisii libros excerpsisse' putaret, se contra dicturum esse negauerit. At est cur pristinam Keilii sententiam acerrime defendendam esse putem. Nam primum quidem quod Muellerus p. 561 confidenter ait Charisium non nisi suo ipsius nomine semper laudari a posterioribus, falsum est: nam trita sane res est, Cominiani nomen illius loco sexcenties usurpatum fuisse cf. supra. 'Charisius' autem nominatur non nisi apud Priscianum et Rufinum. Sed nunc de posteriorum temporum grammaticis agitur, quorum ne ab uno quidem Charisium suo nomine adhibitum fuisse scimus. Alterum Muelleri argumentum et ipsum parui penditur, quod Charisium non potuisse simpliciter Flauium nominari dixit: nam eadem ratione Claudius Sacerdos solo praenomine Claudius nominatus est in eodem codice Bernensi 123, cf. huius libri p. 120, 3; 130, 24; 133, 5; 134, 29 atque eodem ipso loco, quo Flauiani uel Flauii mentio fit p. 107, 24. 26. Ceterum quomodo, si Charisius Flauii nomine significatus esset, cum Flauio Capro confundi potuisset, non uideo, quia Caper ipse solo Flauii nomine nusquam notatus est a grammaticis. Restat tertium Muelleri argumentum, quo negat se intellegere, cur Flauiani semper neque, quod par erat, Flauii nomen in tot grammaticorum scriptis nobis occurrat, si Charisium intellegere debeamus. Atque illud*



Digitized by Google

*recte uidit, id fieri nullo modo posse, ut inde, quod in cod. Bern. semel (p. 107, 25) scriptum sit 'Flauius', hoc ipsum eius grammatici nomen fuisse concludatur, quia duobus locis aliis (p. 107, 24. 28) diserte 'Flauianus' legitur et in omnibus insuper grammaticorum, quotquot de ea re extant, excerptis. Neque tamen dubito, quin reuera Flauius Charisius intellegendus sit, cuius nomen uel temporum iniuria uel ut congrua quaedam notissimorum in rebus grammaticis nominum consonantia perficeretur, in Flauiani formam non minus detortum est, quam Maximi Victorini, quem Maximianum medii aeui homines appellauere. Quid quod non solum Priscianus artis grammaticae caput atque princeps, sed Cominianus quoque, Terentianus, Fortunatianus, Papirianus, Valerianus, Iulianus, reliqua grammaticorum cohors eadem, ut hoc uocabulo utar, nominum parilitate gaudent? Itaque, si illo artis Bernensis anonymae loco ob 'Claudii' nominis formam 'Flauiani' nomen a librario in 'Flauii' figuram mutatum est, cur non idem olim factum esse statuamus, ut 'Flauius' ob 'Cominiani' praesertim nominis propinquitatem in 'Flauianum' cederet?*) Quid autem? Num illud quoque cogitari potest, Flauianum, quem Muellerus quasi nouo quodam splendore circumdedit, Pauli Diaconi magistrum octauo saeculo uiuentem inter scholiorum Bernensium auctores recipi potuisse? Atqui recte Keilius scholion, quod habes ad Ecl. VI, 62: 'muscus nomen herbae nascentis in cortice uel in pariete, ut Flauianus ait' ad Charisium (p. 32, 3) rettulit Herm. l. l. Nam qui et ipse in scholiis Bernensibus laudatur Asper grammaticus, quamquam multo recentioris originis est, tamen sexto eum post Christum saeculo haud multo recentiorem fuisse codicis Bernensis 611 et uetustate et interpolatione confirmatur, cf. supra p. LXXX. Iam, ut omittam, parum apte una cum Claudio in re grauissima l. l. Flauianum saeculi octaui hominem, quo loco Priscianum saltem nominari, si antiquiorem nollet, a collectore oportebat, commemoratum fore, tanta est omnibus quotquot Flauiani nomine extant locis cum Charisio adfinitas, ut ne unus quidem hodie sit inuentus, quin aut eadem aut simillima certe apud Charisium reperiantur dicta. Hoc quo melius intellegatur, istos locos, quos quidem nouerim, infra proponam omnes, quorum numero post Keilii disputationem Herm. l. l. aliquot noui accesserunt:*

| *I Ars anonyma Bernensis p. 107, 28:* | *Charisius p. 25, 1:* |
|---|---|
| Quinquaginta autem duae terminationes secundum F l a u i a n u m hae | Efferuntur autem ordine *litterarum* sic: per a al an ans ar *ars* as ax, |

*) Nam hoc, quod mihi aliquando in mentem uenit, cum non habeam, quo potissimum argumento ex litterarum historia petito defendam, satis modeste eloquar, Maximiani et Flauiani nominibus fortasse non ipsos Maximi Victorini et Flauii Sosipatri Charisii libros intellectos fuisse, sed tantummodo discipulorum, qui illorum uirorum doctrina inbuti fuissent eorumque scripta, ut par erat, et describenda curarent et suis aliorumue inuentis adaugerent. Sed haec ut nimis incerta quaestio in medio relinquenda est.

Digitized by Google

sunt: a e i o, al el il ol ul, an en in on, ar er ir or ur, as es is os us, ax ex ix ox ux, ac ec, aes aus uis, als alx ans ars abs arx uls anx *unx* ens ebs eps ers emps irps ips ybs ons uns ops ors urbs ubs, in id, in it, in ut, in am, in et, in ud, in im.

*II Ars anonyma Bernensis p. 133, 29:*

Item Cominianus et Flauianus pronomen definiunt ita: Pronomen est pars orationis, quae pro nomine posita minus quidem plene, idem tamen significat.

*III Codex Caroliruhensis 112 (Volfuinus) saec. IX f. 74 (cf. Keil. Herm. I p. 333):*

Sed nos, ut ait Flauianus, contextam declinationem uolumus habere.

*IIII Scholia Bernensia ad Verg. Ecl. VI, 62 p. 801 ed. Teubn.:*

Musco, herba quae circa caudices arborum nascitur, bene olens, uel muscus nomen herbae nascentis in cortice uel in pariete, ut Flauianus ait.

*V Ars Malsachani codicis Parisini 1188 saec. IX (cf. Keilii progr. Erlang. 1868 p. 17 s.; Thuroti excerpta in libro: 'Extraits des manuscrits' tom. XXII part. 2 p. 4) ex epistula Henrici Keilii d. XXII mens. Ian. CIƆIƆCCCLXVII data:*

Sic et edo ederam plusquamperfectum non habet, ut Consentius, licet Flauianus dicat,

*quocum conferas, quae apud Clementem Scotum extare in ipsa illa epistula me docuit uir clarissimus:*

per e el en ens er es correptam, es productam, item ex, per il in is ix, per o ol on or os ox, per ul ur us uis ut ux. Item nominatiui qui in duas consonantes terminantur, uelut Mars Martis, lanx lancis, municeps municipis, neglegens neglegentis, hiems hiemis, et si qui alii nominatiui sunt, qui in ceteris declinationibus locum non habent, tertii ordinis erunt.

*Charisius p. 157, 24 (cum adnot. crit.):*

Pronomen est pars orationis, quae posita pro nomine minus quidem, paene idem tamen significat.

*Charisius p. 158, 12:*

Sed quoniam contextum declinationis habere uoluimus.

*Charisius p. 32, 2:*

Hic muscus herba quae in parietibus uel corticibus arborum nascitur uel haeret.

*Charisius p. 261, 24:*

Finitiua instantis edo es est edimus editis edunt, sed ueteres edo edis edit; inperfecti edebam; perfecti edi; plusquamperfecti ederam; futuri edam.

Digitized by Google

<table>
<tr><td>

Edo quoque testante **Consentio** plusquamperfecto caret, **Cominianus** tamen ederam esse dicit *(cf. Gainfredi qui dicitur excerpta auct. Vatic. V p. 150 ed. Mai.).*

*VI Codex Einsidlensis 15 saec. X ad Prisciani de accentibus libri locum, qui est p. 526, 8 K, hoc habet margini adscriptum p. 108, man. saec. X:*

Sinciput] Sine capite uel sine principe seu posteriora (*sic*) pars capitis uel senatus caput. **Cicero** uero dimidium capitis, **Flauianus** sanum caput dicit uel semis caput.

</td><td>

*Charisius p. 17, 2:*

Vt *est* sinciput, cum intellegatur sematum caput.

</td></tr>
</table>

*Sed restat alia quaestio litteraria. Catalogi enim Bobiensis antiqui (Muratori Antiquitates Italicae III, 820, cf. C. Thuroti excerpta l. l. p. 63 not.) iam dudum mentio facta erat hac in re et a Reifferscheidio olim, dein a Keilio atque Muellero, qui cum alia tum haec exhibet: 'Librum I Flauiani de consensu nominum et uerborum'.**)

*Hunc igitur locum uno consensu omnes, qui in hac quaestione enodanda sudauerunt, satis probabiliter ad quintum Charisii librum rettulerunt. Cuius operis libros quattuor priores, quos a quinto seiunctos nonnumquam separatim a librariis scriptos fuisse conicere licet, en habes diserte enumeratos in catalogo grammaticorum Bernensi, de quo huius partis capite primo disseruimus p. CXXXXIX: De Italia ..... Flauiani libri IIII.*

*Itaque rerum atque temporum notitia paullatim diffluente accidit, ut Charisii nomine obliuione obtecto eius scripta modo Cominiani nomine propagarentur, cuius rei Keilius uerisimilem causam reddidit praef. Charis. p. XLVIII, modo Flauiano cuidam tribuerentur, quod quidem nomen ex ipsius Charisii praenomine confictum erat ita, ut iam satis uetustis temporibus duo ista nomina quasi nullo nisi fortuito rerum conexu ad sese accedentia modo coniuncta circumferrentur, modo pro se quodque auctoritate uigerent. Quo factum est, ut iam in scholiis Bernensibus et Cominianus et Flauianus seorsim laudarentur, coniunctim in arte anonyma Bernensi p. 133, 29 atque apud Malsachanum et Cle-*

---

*) Recte H. Keilius Herm. I p. 333 hunc titulum non ad celeberrimum codicem Neapolitanum pertinere posse uidit, quippe qui Bobii scriptus et omnes contineat quinque libros, in quorum uniuersitatem ista uerba minime quadrant, et suo loco Sosipatri nomine addito in eodem illo catalogo enumeretur p. 821.

Digitized by Google

*mentem Scotum ita, ut cum ille Flauianum in partes uocaret, hic eiusdem praecepti Cominianum auctorem adhiberet. Itaque non est mirandum, quod in catalogo Bononiensi saec. XI a Keilio progr. Erl. 1868 p. 27 secundum Detlefseni uiri suauissimi apographum edito 'Flauianus et Comminianus' quasi duo uiri grammatici enumerantur *), neque, quod idem in catalogo Bernensi legitur hac insuper addita distinctione, Flauianum Italum fuisse, Cominianum Afrum. Nam hoc necessitate quadam cogente, postquam duo grammatici fuisse habiti sunt, sequebatur, ut alius alia ciuitate donaretur a monachis historiae grammaticae curiosis, qua in re, cum Flauianum Italum esse iubebant, eo adducti esse uidentur, quod Charisius urbis Romae magister fuisse dicebatur (cf. Keil. progr. Erl. p. 27), cum uero Cominianum Africa oriundum statuebant, Africanae Charisii originis nescio quo pacto aliquid ad eorum aures peruenisse uerisimile est. Nam satis probabile est, quod Vsenerus nuper mus. Rhen. uol. XXIII p. 492 de Charisii patria sagaciter coniecit. —*

*) Idem catalogi Bobiensis auctor credidit, quem et Flauiani et Sosipatri librum pro se quemque recensere uidemus apud Muratorium III p. 820 et 821.

# IIII.

# PRISCIANEA.

## Cap. I.

## DE PRISCIANI VITA QVADAM BERNENSI INEDITA.

*In fragmentorum codice Bernensi A 90 fragm. 30 saec. XI p. 8—11 post Prisciani operis extremi aliquot paginas haec extat uita grammatici Caesariensis ea de causa memorabilis, quia ad notissimam illam librorum singulorum subscriptionem explicandam non nihil luminis adfert. Quam uitam olim in Ottonis Iahnii usum a se descriptam Vsenerus, postquam illum uirum praestantissimum fata iniqua nobis nuper eripuerunt, ut huic libro insererem, currentem adhortatus est facileque concessit.*

Digitized by Google

|| p. 8 || Cum in capite uniuscuiusque libri multa possint requiri, ex omnibus hae periochae idest circumstantiae, quibus totus roboratur liber et constat, considerandae sunt, uidelicet quis scripsit, quid scripsit, quantum scripsit, qualiter scripsit, quare scripsit, ubi uel quando scripsit et ad quem scripsit. Si requiritur, quis scripsit: Priscianus scripsit, cuius nomen diriuatum est non a 'prisco', sed a 'Priscio', sicut ipse dicit. Fuit autem ciuis Caesariensis, Romanus genere, sicut ipse in epistola manifestat. Sed cum plures Caesareas legamus, de qua harum fuerit, a plerisque dubitatur. Nam Caesarea est Palaestina, Caesarea Augusta, Caesarea Cappadocia. Sed quidam adfirmant, Caesaream istam, de qua Priscianus oriundus fuit, coloniam Africae esse, subditam tamen Romano imperio iam tunc temporis sicut et totam Africam.

Si requiramus, quid scripsit: grammaticam scripsit. Grammatica autem diriuatur a 'gramma'. Grammata uero a 'gramme', sicut Martianus docet: Graece gramme linea dicitur, inde gramma littera, eo quod lineis formetur. Exinde uero grammatica est ars litteralis. Inde grammaticus litteratus. Ergo quia grammaticus erat Priscianus, grammaticam scripsit.

Se requirimus, quantum scripsit: decem et octo libros scripsit. Qualiter: grammatice bene.

Causa autem, quare scripserit, haec agnoscitur fuisse, sicut ipse in epistola manifestat. Cum Latini a Graecis, qui prae ceteris gentibus sapientia florebant, liberales acce | p. 9 | pissent artes, tanto amore Graecorum doctorum decepti sunt, ut etiam quosdam errores eorum, qui in mendosis erant libris, in Latinam linguam transferrent. Sed cum errores Graecorum et uitia artium duo peritissimi doctores Herodianus et Apollonius uterque Graecus emendassent, apud Latinos autem usque ad tempora Prisciani idem errores incorrecti et inemendati fuissent, Priscianus hortante Iuliano patricio colligens auctoritates et exempla tam ex Graecorum auctoribus, praecipue Herodiano et Apollonio, quam ex nobilioribus Latinorum hoc edidit opus demonstrans, qualiter grammatica rectius sit utenda.

Si requirimus, ubi scripsit: Romae Constantinopoli scripsit, quae secunda appellatur Roma hac de causa. Postquam Constantinus imperator signo crucis uiso in caelo et beato Siluestro praedicante ad fidem conuersus est Christi, tantum honorem domino et apostolo eius Petro exhibuit, ut diceret: 'Non potest duos imperatores Roma habere me et sanctum Petrum'. Tunc uoluit aedificare ciuitatem regiam illo in loco, ubi quondam Troia fuerat. Sed reuelatum est ei diuinitus, numquam esse reaedi-

---

2 periochiae 6 ipse dicit] *I p. 79, 9. 10 H.* ciues 7 cesariensis in epistola] *I p. I 12:* nostrorum autem neminem 9 palestina capadotia 14 marcianus docet] *De nuptiis etc. lib. III in.:* γραμματικὴ dicor in Graecia, quod γραμμὴ linea et γράμματα litterae nuncupentur mihique sit attributum litterarum formas propriis ductibus lineare. 15 grece littera 21 grecis, *sic semper* 35 honore exibuit

Digitized by Google

ficandam inibi ciuitatem, quae caput regni diceretur. Deinde transmeans mare illo in loco, qui prius Byzantium uocabatur, eo quod de duabus partibus mari cingeretur, super litus condidit ciuitatem, quam a suo nomine Constantinòpolim appellauit, idest Constan | p. 10 | tini ciuitatem, quoniam 'polis' dicitur ciuitas. Qua aedificata omnem dignitatem senatorum et sapientium Romae degentium illuc transduxit et uocauit illam secundam Romam.

Si quaeritur, quando scripsit: datur intelligi ex historiis et temporibus Iustini et Iustiniani imperatorum.

Si quaeritur, ad quem scripsit: ad Iulianum consulem et patricium, quem habuit exhortatorem ad hoc opus peragendum. Sciendum est praeterea, hoc opus non a Prisciano scriptum, sed dictatum, quoniam eo dictante Flauius Theodorus, eius discipulus, bonus scholasticus et notarius scripsit, sicut ipse in titulis librorum manifestat dicens ita sub contextu: 'Ego Theodorus Dionysii uiri disertissimi filius memorialis sacri scrinii epistolarum et adiutor uiri magni quaestoris scripsi'; subaudis 'hoc opus praeceptoris mei' in urbe Roma Constantinopolitana. Theodorus iste filius fuit Dionysii uiri clarissimi et doctissimi, doctus et eruditus a Prisciano; sed eo tempore, quando Priscianus hoc opus inchoauit, iam ad tantam sapientiam euaserat idem Theodorus, ut propter nobilitatem generis et doctrinae culmen esset memorialis ·i· custos et seruator sacri scrinii, epistolarum ·i· librarii siue armarii publici, ubi sacrae epistolae et sacri libri reponebantur. Fuit quidem in palatio adiutor magni quaestoris conscribendo epistolas, quae ad diuersas mundi mittebantur partes. Nomen uero quaestoris reticet. Quaestores | p. 11 | uero dicebantur inquisitores causarum, comites uidelicet palatii, qui opus habebant iuuari in epistolis scribendis. Siue etiam quaestores dicuntur, qui quaestibus praesunt ·i· qui tributa exigunt et inquirunt.

Quod autem diximus, eum fuisse temporibus Iustini et Iustiniani, et adhuc commemoratio fit consulum in titulis: haec ratio probatur esse, quoniam sub imperatoribus ordinabantur singulis annis duo consules, qui statum rei publicae anno integro administrarent, et, sicut hic manifestatur, Olybrius uir clarissimus et Iulianus illo anno consulatum amministrabant, quo Priscianus coepit hos componere libros, quorum unius mentio fit in titulo, alterius reticetur, quia in salutatione epistolae Iuliani commemoratur nomen.

2 bizantium 3 mare 8 queritur 10 queritur patritium 13 scolasticus 15 dionisii memoralis 16 questoris scripsit 17 dionisii u c̄ et d̄ 23 fuit quidam questoris 24 questores 27 questores questibus 33 olibrius ū c̄ 34 cępit unius] *sc. Olybrii nomen solum inscriptiones memorant.*

## Cap. II.

## DE ALIQVOT PRISCIANI CODICIBVS HACTENVS INCOGNITIS.

1) *Elias Putschius praef. p. 3, postquam librorum Bongarsianorum ad emendandum Priscianum adhibitorum aliorumque codicum mentionem fecit, hoc subintulit satis memorabile: 'Lacunae aliquot restant, quas, ut speramus, ex P. Petauii Senatoris Regii codice, quem his excusis accepimus, in notis explebimus.' Qua de re Hertzius praef. p. XXVI not. 100 ita disputauit, ut quos potissimum Putschius libros significasset expediri posse maiorem partem negaret. Petauii igitur codicis, cuius memoria inde a Putschii morte praematura penitus obmutuit, duo folia ad nostra tempora deuenerunt atque hodie in bibliothecae Bernensis cod. A 90, 22 extant. Quae quidem folia formae maximae litteris minutissimis saec. X scripta alterum Prisc. lib. XVIII p. 217, 20—223, 12 H, alterum XVIII p. 230, 8 — 235, 24 continent: ita igitur sese inuicem excipiunt, ut unum inter ea folium intercidisse statuendum sit. Petauii autem codicis uestigia nos manibus tenere, testatur subscriptio in prioris folii margine ima proposita: P. Petauii, sub qua altera extat alia manu scripta: Putschius. Quae cum omnino autographa sint utriusque uiri doctissimi, iam non potest dubitari, quin P. Petauius folia ista Putschio transmiserit, quo facto post Putschii mortem una cum ceteris bibliothecae Bongarsianae, quibus Putschius usus erat, libris nescio quo fato ad Iacobum Bongarsium delata sunt. Ipsorum uerum foliorum is est habitus, ut multo iam empore, ante quam Petauii facta sunt, ex codicis sui conpagine perpetua euolsa fuisse pateat, quippe quae pro libri alicuius tegumento fuerint multaque inde foeda seruitutis indignissimae signa traxerint. Itaque uerisimile est, cum codicis Petauiani mentionem faceret, Putschium non nisi duo ista folia intellexisse. Quae cum ad editionis Hertzianae exemplum contulissemus, ob aliquam rei famositatem, quem inde percepissemus fructum, cum uiris doctis communicandum esse censuimus.*

*fol. I Prisc. XVIII p. 217, 20 — 223, 12 H.*

20 fugitans lites. Terrentius 24 quae habent [similem] significationem 25 uerbialibus 26 coniungi 218, 9 significatia indiga 12 horum ego semper 18 filius fuit aiax 19 aristabrcus 20 et cliens tullio 25 u[r]bique 219, 2 ΠΕΡΙΠΟΤΗΤΙΚΑΥ 4 diriuantur ut *ante* utilis *om.* 9 questuosus uel debilis 14 assciscunt onerabilis (= honorabilis) 15 michi est 17 qui intimis, *om.* in 18 penetatur 19 aequiparentia quomodo [et] uerba ΙϹΟΠΑΛΕ 24 herus 26 inpar 27 propincus 220, 1 terrentius 2 plara 3 iuenalis 5 pro marcello 8 VIIII *re uera* 9 Et idem Quod 17 aequi aequo 19 equis uenitur 22 fluentis

Digitized by Google

221, 1 reptis 4 brachia 10 habere 11 UT ΜΕΤΑΛΑΝCΛΡΕΤΗCΛΝΠΡ magna uirtute (uir) dicunt 16 phenicum 17 aequum 19 salustius in iugurtino 20 hac, corr. ac 21 adolescentulam 24 quae habet uenustum, stum *corr. in ras.* 26 Ut ЄΜΟУ ΟУѠΤΟΤΟΝΙΤΛΙΛЄ ЄΤУУЄC idest 29 a tyranno 222, 1 sylla 2 sylla genetiuus 5 casus 6 aeneidos 8 in undecimo 10 horatius carminum 21 comparare 22 flexi[s] quoque 23 haectore 24 anibalis 223, 11 ΙΔΙΟΠΛ///ΘΙΑΝ — 12 miserans tui.

*fol. II Prisc. XVIII p. 230, 8 — 235, 24.*

p. 230, 8 licet tamen 8 libet te 11 uerbis *om.* 15 nam deceo illum dicimus 16 inpersonale 19 inpersonalia 20 uerborum et sunt (referat) (referat *m. II; in marg.:* Deficiunt enim in prima et in secunda persona quędam actiuam litteraturam habentia ut libet pudet et alia quędam; passiuam autem terminationem habentia omnia, quae a neutris fiunt, primis et secundis deficiunt personis passiuę litteraturę. 23 decurso spatio (iam) (iam *add. m. II*) terrentius 25 penitet 27 terrentius 231, 7 inpersonalium penituit 8 miseritum et pertesum in usum 9 tedium 11 ut tęstatur 15 in antiquam — bellatur *om., sed superscr. m. I* 17 appollonius in IIII ΠЄΡ(to)ΙCУΝΘΛΞΟC in inpersonalibus 19 ΜЄΛЄΙ ѠΚΡΛ ΤΝΟΙΤЄ ΡЄΤΙΝΟѠ ΚΑΤΑУΘΟΑΝΑЄЄΧCЄΑΤ ΝΟΟУΜЄΝ ΝЄУЄ ЄΤΙΑ ΤЄΝ ΚΑΘΟУΤΙ ΑΡΙΦΙCΘΑЭCЄΝΟУ ΘΙΡΑΤΜΑΤΟC ЄΝ ΤѠЭCΝΛΗΙ 21 adtendere inpersonalia 23 ЭCЄΛΗΙ 24 in *add. m. II* 232, 2 intellegitur ut sedetur 3 aeuentus 4 intellegantur 6 uel nominis *om.* 10 ΑΝΑΤΙΝΟC ΚЄCЄΧΙ 12 inpersonalis 14 passiuum est 18 inpersonale, *sic semper* 22 si in 25 penitet tedet 233, 1 taedet me tui — 2 paenitentia me habet tui *om., suppl. in marg. man. III* 7 similiter et i||||||| casibus DE PARTICIPIALIBVS Ł SUPINIS *in marg.* 9 miserendi|||tui||| moueor 10 miseritum, *corr.* misertum miseritu, *corr.* misertu 12 in nocende 15 uel in do 19 langorem inperfectus et herens ardenti sthomacho Alfius 21 excellentiãm 25 uerbialia, *corr.* uerbalia 234, 2 uigilo *post* Virgilio *om.* 3 puto uel ad legendum 4 feminis similiter 11 egeo tui aeget animus mei (13); *reliqua in textu om., in marg. suppl. m. III* 18 aptari, *prius a in ras.* 22 est enim ordo ΤЄ|||ЄΑCΙδΑ idẽ quod romani te 235, 1 pyrro 3 litatissime 4 U studeo 5 stude — studeam legere *om., suppl. in marg. m. III* 8 aequos, *bis* 9 aequos, *bis* iocundum aequos 14 Calomos 18 terrentius 21 uirgis in IIII 24 haectoris p||||||yrhin coniuia, *corr.* conubia seruas.

2) *Praeterea in fragmentorum codice Bern. A 90 Nr. 21 seruatur unum folium satis antiquum saec. VIII—IX duabus columnis conscriptum, quo Prisc. XVIII p. 308, 9 — 312, 3 continentur. Cuius fragmenti ha-*

*bitus is est, ut maximam partem cum codice Monacensi (M, cf. Hertz praef. p. XXII) conspiret, qui codex cum ab Hertzio ad undecimum saeculum pertinere dicatur, non inutile uidetur libri et similis et multo uetustioris lectiones uarias cognoscere.*

p. 308, 9 pro in praesenti dicunt thucydides VIII ΤΑϹΕΜΙΤΟδωΝ 10 ΜΟΝΟ||| ΝΕΙΤΙϹ ΚΟΙΤΕΙΝ terrentius 14 ΕΜΙΙΤΟδΙΖ ΙϹωΚΡΑΤΕϹ 15 ΤωϹω ΜΑΤΙΟΝ ΕΥΚΡΙΝΕ ϹΟΝ ΕΧΟΝΑΝΑ ϹΤΑϹΙΝ ΗΝΟΜΖΕΙΝ 16 ΙΤΡΟϹ ΙΤΟΛΛΑ 20 ΥΟΝΟϹ 309, 2 Vergł 4 ferro *om.* 6 ΚΑΥ ΕΜΠΛΕΥΜΟΙ ΤΟΥΤΟΙϹ 7 his et his 9 ΕΜΒΛΕΤω ΑΥΤωΙ aspicio 10 Vergł 11 alta 13 terrentius 16 ΦΕΥΥΕΙΝ 17 ad datiuum, *suprascr.* iungimus 21 Vergł 26 ΤωΙδΕ, *bis* 27 adstitit 28 uergł 310, 1 adstitit 6 dicunt attici ϹΧωΝ uergł 10 ΕΝ·Ṫ· ΟΟΥΜΑΙ ΤΗϹ ΜΟΧΕΝΡΙΑϹ 11 ΗΛΙΕΙΟΤΗΤΟϹ 13 certi quidam, *suprascr.* sub (= subaudi) dicunt 15 ΠΡωΥΟΝ 16 Ε‡ΟϹ ΟΥ ΕΛΛΗϹΙΝ ΚΑΥΕϹΤΗ 20 patradi 21 thucydides Ι·ΚΑΙ δΥΕΙϹ δΕΟ͞ 311, 1 δΥΟΝ δΕΟΝΤΟ -m 2 caeteros 5 *Ad uoc. 'stragula' in marg.* stragulum uestis est discolor quod manu artificis diuersa uarietate distinguitur 7 terrentius 9 ΥΟΝ 10 ΚΗΡΥΚΕΙ 13 adstringitur 14 ΕΝΤΡΕΠΟΝΑΙ 16 ΗΕ ΧΡΗϹΑ-ΜΗΝ ΛΕΝΕ ΕΙΗΝ 17 planton ΛΟΥΟΥϹ 18 ΝΜωΝΟΥΤΗΥωΝ ΝΟΜωΝ 19 ΚΕΝΥΡωΝ ΜΑϹΤΙωΥ ΕΝΤΡΕΙΤΕΙΤΑΙ 21 ΤΕΚΟ̈ΤΟ Ϲ ΕΝΤΡΕΙΤΗ 312, 1 ϹΟΛΟΝΟ 2 ΤΥΦΛΟΥ — 3 Ε‡ΕΙΝ.

3) *Sequitur codicis Bernensis 197 saec. IX scripti, qui Boetii de consol. philos. libros continet, mox a R. Peipero amicissimo describendus, folio ultimo fragmentum saec. X praestantissimum, quo Prisciani partitionum etc. initium habetur. Cuius folii quantum sit pretium, statim uidebit, quicumque scripturae uarietatis conspectum infra descriptum fortiter intrauerit. Rem autem ita institui, ut grauissimas tantummodo lectiones excerperem. Iam titulus ipse proprietate quadam memorabili insignis est:*

**PRISCIANI** gramatici particiones uersuum duodecim aeneidos principalium. Prisciani uiri dissertissimi opus quoddam ad pueros de primis uersibus uirgilii. Arma etc.

p. 459 K. 5 depositionone qui diuitur 6 comata 7 ĩ genere 12 et pyrrichio. sic est ni fallor 'fuimus' 'septimus' insuper coriambicum gliconium et coriambo et pyrrichio ut est iste per quinquennia iam decem. Similiter alia 13 ut est illud oracianum 17 dactilicos accepit 22 percussus 23 pentimemeris p. 460, 4 sequenti uerbo 9 una sillaba ł duae sillabę 10 cholophon 11 renitet 13 tertia *om.* 14 quarta autem bocolica 15 passio est sicut semipes et quae inueniuntur 16 ũsuum et rithmum solent perficere 17 nam tres numquam possunt 18 tertiam *om.* troch(i)aca 25 similiter IIII(or) dactilos 26 V figuras faciunt. E contrario 27 unus pes enim 28 V̂ figuras facit in

tres dactilos 31 est *om.* 34 $^{\bar{s}}$XXX Et ut s$^{c}$ias aliam 461, 1 numerum quem accipiunt priora ad numerum 3 dactilicum | secundus duos bis $\overset{ii\ or}{IIII}$. Tertius 6 in iambo pedes quinque 8 ducenta 9 XX et $\overset{e}{V}$ XX et $\overset{e}{V}$ 10 sic et in omni 14 endecasillabo et similibus. arma uirumque.

*Praeterea margini adiectae sunt aliquot glossae, quarum ex numero has proponere placuit:*

p. 459, 4 uniformis] Metrum generale nomen est. Omne enim metrum aut uniforme est aut multiforme. Vniforme non accipit in suo carmine diuersa metra, sicut est dactilicus. Multiforme uero accipit diuersa metra sicut est coriambum gliconium $^{et}$alia similia.

p. 459, 6 Semiquinaria] Semiquinaria cesura est quae Graece ($\tilde{g}$) dicitur pentimemeris, quod post duos spondaicos enumeratos pedes sillaba remanet, qua incipitur tercius pes. Semiseptenaria (*corr. ex* semiquinaria) uero quae Graece eptimēmeris apellatur post tres emensos pedes incipiente quarto pede finitur.

p. 459, 10 Colophon] Colophon dictum est metrum a Colopho inuentore huius carminis.

p. 459, 17 dactilicus] Queritur cur carmen heroicum tantummodo a dactilo nominetur dactilicum et non a spondeo spondaicum, dum eorum simul coniunctione praedictum perficitur carmen. Sed sciendum est, quia hi duo ....

p. 459, 20 liricos, *suprascr.* uarios] Lira dicitur apo tu lirin i· a uariatione cordarum .....

p. 460, 23 heroicus] Metrum dactilicum multis nominibus apellatur. Dicitur heroicum, quia Homerus primus eo metro heroum, idest fortium uirorum facta descripsit. Vocatur Delphicum, quia ex eo componebantur responsa et carmina Delphici i· Apollinis, qui Delphicus dicitur a Delo insula, in qua natus est. Teologicum etiam dicitur istud metrum a Museo poeta, qui eo diuina composuit carmina.*)

4) *Denique in fragmentorum fasciculo A 92 nr. 19 extat unum folium saec. XI—XII scriptum, quod Prisciani partitionum particulam inde a p. 507, 15 K. 'certamen uel olinpia' continet, sed parui omnino pretii est, ut specimen dedisse sufficiat:* p. 507, 15 celebrantur 16 pissis conposita olimpiodorus olimpionices *etc.* 22 quas *om.* 23 quomodo *om.* 25 singulos *om.* ocea dactilus. Quot partes *etc.* 27 oceanum et

---

*) Quae glossae num ad Remigii super hoc Prisciani libro expositionem, cuius nuper mentionem fecit Carolus Thurotus Notices et Extraits des Manuscrits etc. XXII, part. 2 p. 9, pertineant, pro speciminum a uiro doctissimo propositorum paucitate colligere non licet. Aliam eiusdem opusculi expositionem antiquam (s. X) Aureliani extare (M 215) Thurotus refert l. l. p. 15.

Digitized by Google

cetera 28 et aurora 29 tracta singulas partes *om.* 31 enim *om.* 32 oceanitides 33 oceanitidis greorgicorum etc.

*Desinit hoc fragmentum in p. 511, 20 K.*

---

## Cap. III.

## DE PRISCIANI COMMENTARIO EINSIDLENSI ALIISQVE GLOSSIS PRISCIANEIS BERNENSIBVS.

*Commentarii cuiusdam in Priscianum Einsidlensis mentionem fecit Martinus Hertzius praef. I p. XXVIIII ita, ut ex interpretamentis Scotorum, Donato, Seruio, Paulo, Beda, aliis eum consarcinatum esse diceret. Atque hoc recte intellexit, quamquam nescio an non seuerius egerit uir doctissimus, qui genuinae solidaeque doctrinae uestigia nusquam fere apparere contenderet. Nam etsi nugas inesse non est quod negemus, tamen ad cognoscendam illius aetatis artis grammaticae tractandae rationem commentarius iste non sine aliquo momento esse habendus est. Quamobrem, postquam eum codicem per dies aliquot, dum apud monachos Einsidlenses moror libris inspiciendis operam nauans, denuo perquisiui atque pertractaui, non pauca inuenta sunt, quae memoratu non indigna uiderentur.*

*Inest igitur in codice Einsidlensi 32, saec. X—XI scholiorum corpus undique ex aliquot Prisciani codicibus, qui scholiis marginalibus uel interlinearibus ornati erant, congestum atque sine ullo rerum ordine ita consarcinatum, ut librorum exponendorum series conpluries ab ipso operis initio repeteretur, quo factum est, ut eaedem saepe expositiones pluribus locis iteratae legantur. Eadem est ratio aliarum glossarum Prisciancis subiunctarum, quae ad diuersa diuersorum auctorum scripta pertinent. De ceteris scriptis, quae in eo libro continentur, aliquando in analectis Einsidlensibus agemus.*

*Priscianea igitur scholia maximam partem constant ex inusitatarum uocum uel locutionum interpretationibus uel adeo rerum ipsarum, de quibus apud Priscianum uel auctores Prisciani agitur. Iam ex illa farragine ea proponam, quae in Prisciani uerbis ipsius aut interpretandis aut recensendis uersantur.*

INCIP̄ GLOSE EX PRIMO LIBRO PRÑ. Constantinopoli scripsit. Caesariensis a Caesaria deriuatum est ciuitate Graecorum, in qua licet Romano, ut dicunt, sanguine ductus natus est, ubi et didicit et postea (postex *cod.*) Constantinopoli docuit atque ibi hunc librum Iuliano Apostatae scripsit.

I p. 1, 9 H: Scrupulosis quaestionibus] Metafora est tracta (sit tractas *cod.*) ab harena; scrupulus est enim breuis lapillus, unde iscrupulum et

Digitized by Google

scrupulosus, quod lapis calcatus sollicitudinem creat. Sic et scrupulosae sententiae magna sollicitudo adhibetur, ut enodetur (aen- *cod.*).

p. 1, 10 Enucleatius (aen-)] apertius, tractum est a tenuissimo cortice nucum.

p. 10, 15 nec producā Ā S̄. V̄.] Hoc sciant, qui addunt istam liquidis.

p. 11, 6 Quam apud AEOL̄. II.] Sed uau appellabatur (-bitur *cod.*).

p. 24, 9 Pytisso quidam nolunt 'frequenter spuo', quidam 'frequenter poto' siue 'potum potando consumo' seu 'saepius bibo': inde dicitur pituita, idest flegma.

p. 32, 5 Inter se coisse uiros Q. D.] Quidam codices 'que', sed melius 'et' secundum hunc et Seruium, (hunc seruum *cod., cf. Seru. ad Verg. Aen. XII, 709*) ut uiros. s. liquescat. Cum apostropho dicitur illa figura, quae est ita, ut et (ut ut) 'uiden', idest cum conuersione.

p. 58, 23 ut bonum animal.] Nam animal animal (animale) est, quamquam bonum aut malum addatur, non consumitur priuatam substantiam (-ciam) singularitatem: et hominem, quod est substantiae (-ciae), et poetam, quod est qualitatis, ostendo dicens 'Virgilium'.

p. 58, 26 quae philosophi atoma uocant]. Ad neutrum genus, quod est atomum, se confert dicens 'quae'. Sed (que se) atomus secundum Seruium *(ad Ecl. VI, 31)* feminini generis est. Atomi dicti sunt eo quod τομῇ (temo) idest sectione careant. Sunt enim quaedam minutissimae partes adeo, ut nec uisus eis dari possit, quas etiam Lucretius (lucrecium) minores esse dicit illis corpusculis (cop-), quae uidentur in radiis solis per fenestram infusis, *cf. Seru. l. l.*

p. 150, 13 fiber animal idest beuer.

p. 207, 10 Titinnius: quid rogas.] Fortasse concubitum rogabat.

p. 221, 14 Rien testiculus, unde Plautus: glaber erat tamquam rien.

p. 222, 20 Aduncae] Vna pars et interlegitur curuae (-ue).

p. 297, 16 Mnestheo] Seruius uoluit 'Menestheo' propter rectam scansionem metri *(cf. Seru. ad Aen. X, 129)*.

p. 322, 19 Lelex Graecum est Siculus unus ex Sicilia et forsitan Graeci aliam terminationem habent in feminino genere super hoc.

p. 418, 8 Quantum ad usum iuniorum (iunicorum), apud antiquos Iupiter huius Iuppitris uel Iupiteris fuit.

p. 438, 15 labor uado] Haec duo interposuit tertiae uerba coniugationis et eorum composita, ut pauca etiam alterius, quam primae et secundae esse in compositione non mutantia a monstraret.

p. 438, 22 Paciscor] pacem facio. 'Depeciscor' idem quod et paciscor, quamquam Scotti tradant: 'depeciscor contrarium paciscor'.

p. 488, 19 cleo] socio, inde cliens socius: sic Scotti *(cf. quae Hertzius ex eodem codice Einsidlensi proposuit praef. p. XXIX not. 109 et H. Keilium progr. Erlang. 1868 p. IX seq.)*

Digitized by Google

p. 463, 3 arcesso] aduocare desidero, quia antiqui r saepe (sepe) ponebant pro d, et diriuatur (-antur) istud uerbum ab accio, quod est aduoco, *cf. orthogr. Bern. II p. 296, 34.*

p. 372, 14 Caper uult dicere 'coniux' et Beda similiter *(cf. Beda p. 2332 P; apud Caprum tale dictum non extat, nisi forte p. 2239 P post:* Thesaurus sine n scribendum et cetera *simile quid intercidisse statuas.*

p. 372, 15 pone] retro. Virgilius: 'superas ueniebat ad auras pone sequens' *(Georg. IV, 486).*

p. 379, 5 auguror] augurium exerceo. Ouidius in IIII metamorphoseon (*immo lib. III, 349:* Vana diu uisa est *etc.*): 'una diuisa est uox auguris exitus illam'.

p. 379, 7 solor unde consolor. Ouidius Naso *(locum non inueni)*: 'Agnoscit Palinurum et ibi solatur elisam'.

p. 378, 13 Labo labas] uacillo (uacc-) titubo, unde Virgilius *(Aen. II, 492):* 'Labat ariete crebro'.

p. 396, 16 percontor] tempto inuestigo, unde et 'contus' dicitur.

p. 396, 25 Musso] mussas, hoc est dubito, unde Virgilius *(Aen. XII, 657):* 'Mussabat rex Latinus, quem sibi eligeret generum'.

p. 398, 1 Notescent] notae fient. Litora clari nominis exsilio.] Namque si aliquis praepotens et clarus relegaretur (reli-) exsilio in loco ignoto, propter illius clarum nomen fieret ille locus cognitus.

p. 481, 9 Resideo] praetereo. Virgilius *(Aen. XI, 268):* 'Deuicta Asia subsedit adulter'.

p. 490, 8 leo] antique 'morior', unde et 'deleo' et 'releo', idest remorior, unde et † bianati dicti sunt quasi bis mortui.

p. 506, 1 Inter utor et fruor hanc differentiam ponit Augustinus: 'Vtor temporalibus, fruor spiritalibus' *(Eam uero differentiam non obseruauit Augustinus Retractat. II, 22 p. 50 B ed. Bened. MDCLXXXIX).*

p. 513, 11 Emungor] purgor et est actiuum et dicuntur emunctoria, unde purgantur candelae.

Vol. II p. 95, 11 H.: quia nam tanti.] Seruius 'quia' pro 'cur', sed hic 'quia' intelligit, sicut in Virgilio *(Aen. V, 13):* 'Heu quianam'.

p. 108, 23 Inperatiua uerba et cetera talia oratio quodammodo possunt appellari, sed non perfecta; nam sunt eiusdem elementa.

p. 109, 4 hoc contemplari]. Quod superiora uera sunt, idest quod affinitatem habent litterae (-re) ad syllabas et syllabae ad dictiones (adictiones) et dictiones ad orationem perfectam. Similiter passiones detrimenta et inminutiones (inmunitiones) tamquam passiones sunt: inconcinnitas litterarum, ut 'tonsrix' pro 'tonstrix', uel syllabarum, ut 'displicina' pro 'disciplina' uel eis accidentium. Productio et correptio accidunt syllabis, quae permutandae non sunt. Non (no) enim conuenit 'deus' priore syllaba producta et correpta posteriore enuntiare. Similiter accidit eis mensura litterarum, quam excipere non debent.

Digitized by Google

p. 109, 5 ut reliquias] nec dicendum est 'relliquias'. Ipsae syllabae rectum requirunt ordinem, ut Thymber (timber), unde minime dicitur uocatiuus 'Thymbre' (timbre), sed 'Thymber' (timber). Litteris uero accidunt tria: nomen figura potestas, quibus si ordinem subtrahas, potestatem sine dubio aufers (aufert). Verbi gratia, si r ante p, et deinde e scribas, quando uelis pre (prȩ) pronuntiare, elementum figurae non sonant, unde nec nominantur. Igitur tali modo fit barbarismus ex accidentibus litterarum et syllabarum.

p. 245, 23 Necne per inductionem] idest per subpositionem. Inductio quidem in sensu, suppositio uero per rectum ordinem in constructione. Nam illud Virgilianum ita iungendum est: 'te tamen nemus omne canet, si quis haec quoque, si quis captus amore legat'. Cicero tamen in dubia re, quanquam et per inductionem indicatiuo usus est *(cf. p. 246, 6)*.

p. 371, 20 Gradiensque deas supereminet omnes.] Similiter 'supereminet dimidio' dicimus, quando 'supereminet' pro 'superat' accipitur; quod autem interdum pro hoc accipiatur, apud Virgilium claret.

*Codicis p. 152 = uol. I p. 11, 5:* Quamquam antiqui Romanorum Aeolos sequentes f loco aspirationis ponebant, ut fis pro his (pro uis). Et maxime cum consonante recusabant eam aspirationem proferre, ut philius.

p. 202, 18 Vnde accentus quoque cum tempore mutatur] ut 'Italia' (iter alia), quia si a esset longum, secundum Graecorum auctoritatem Italiã (italiam) diceremus.

*Vol. II p. 114, 13* uel nominibus v. p.] Pronominibus quidam codices non habent (abent), quia uocatiuus pronominis per se plenus non est.

p. 107, 8 Ab urbe c.] Hoc solum exemplum (exemplo) firmatur, unde putatur esse Sallustii praedicto exemplo.

p. 135, 7 seq. Item speciale absque generali (specialia absque generalia), quae etiam in prima formatione diuinitus quasi propria habita sunt, quippe cum singula crearentur. Ex hoc loco argumentantur, Priscianum Christianitatis (crist-) tenuisse religionem, cum tamen constet, paganos quoque diuinam mentem Iouis accepisse (-sem), Mineruam deam uidelicet artium, quae ex capite Iouis fingitur procreata, quia omne ingenium sensuale iuxta partitiones (-ciones) membrorum poeticas in cerebro est.

p. 150, 16 Vna eademque u. s.] Ordo est: idest quod habet unam (una) eademque uoce significandum (significanda) demonstrationem (-cionem) ut r. a. c. s. Est autem 'significandum' gerundi modo. Quidam tamen 'significandum' participialiter accipiunt.

p. 151, 1 Satis necessarium.] Ordo uerborum permixtus est, sic tamen iungitur: quia (qui) enim cernitur Augustus (aut tus) per pronomen 'hic' satis necessarium usus est demonstratione (demonstracio), quae nomine f. n. p. (qua a nomẽ f. n. p.).



Digitized by Google

p. 162, 16 A (ad) communi a.] ut iungatur sequentibus ita: 'pharetra succinctam (succintam) et clamore prementem cursum lyncis (lincis) tegmine maculosae (-se) aut apri (-ris) spumantis'. Cursus autem et lyncis (lincis) et apri accipi potest (poest).

---

*Tales Prisciani codices glossis marginalibus instructi cum alibi multi, tum Bernae quoque aliquot inueniuntur, quorum ex numero inprimis nomino codicem Bernensem 109, quo Hertzius quoque usus est, cf. I praef. p. XVIII. In eo igitur haec habes inter alia:*

f. 6ᵃ = I, p. 17, 14: ΚΕΡΟΛΑΦΟϹ crinis in circuitu colli (*fuit:* collis) ΚΕΡΟϹ cornu ΛΟΦΟϹ crinis.

f. 8ᵃ = I p. 24, 9: pitisso bibo quasi potisso a uerbo poto, unde Terentius: Tria dolea uini pitissantes consumpserunt.

p. 53, 20 seq. Ara deorum] 'Ara deis sacrata manet, hara sordida porcis'. *Ad* I p. 79, 8 Canusium Canusinus *eadem leguntur, quae ex codice Halberstadiensi excerpsit Hertzius p. l. not.* (ut hostendit horatius in principio quartae satyre — sic alii candidus — oppidum iuxta tiburtum et pręneste — salustius — suplitium iustum)

*Item, quod ex codice Karoliruhensi p. 122, 6 attulit Hertzius in adnotatione scholium, hic quoque extat*: genus uitii quo culmi pereunt, sed abusiue dicitur. Nam rubigo est uitium obscene libidinis uel obsceni liuoris, ut Varro ait, quod ulcus uocatur, *cf. Seru. ad Georg. I, 151*

*Item quae p. 149, 11 ex codicibus GLK deprompsit, ex parte, sed ita:* Lar quando ....... ΚΑΤΟΙΚΑΔΙΟΝ idest habitaculum dearum, laris facit genit. Sin autem imperatorem uegentorum (i *supra* e) — et testis est ouidius sic dicens: Larte ferox cesus cossus opima tulit. Lar domus mulierum, quod ignis in ea semper custodiebatur. Nam lar ignis a greco † κατολieo idest uro.

p. 179, 12 Lucifer uel cum participiis] Quaeritur hic, cur ex pluribus partibus componuntur, cum quidam auctor narrans de grammatica dicit, quod prouidendum est, ne ea nomina componamus, quae aut composita sunt aut componi omnino non possunt *(cf. Don. p. 377, 13)*. Sic intellegendum est, quod 'in' et 'per' uel 'ex' et similia inueniuntur in unam compositionem et possunt componi, donec mutant sensum, uerbi gratia 'expugnabilis' non mutat sensum, 'inexpugnabilis' mutat. Obicitur tamen illud, quod cur componitur nonnullus, quando mutat sensum nullus, quod duo non ueniunt in unam compositionem.

p. 75, 12 armamentarium] armarium est locus ubi quarumque artium instrumenta ponimus, armamentarium ab armis uel brachiis, quibus exercentur.

p. 149, 7: liнen (sic) per i idest splen, lyen autem per y idest uenus, rien fluentum a uerbo 'reo' idest fluo.

Digitized by Google

*Ad* p. 165, 12 seq.: Claxendix tubae custodia quasi caloxendix a uerbo kalo idest uoco uel calaxendix (c[a]laxendix) quod significat conca idest tuba, qua signum detegitur idest aperitur et est compositum a nomine classis idest tubae (-e) et altero nomine dicis, idest manifestatio: claxendix tuba manifestatrix, *cf. Martini Hertzii adnot. crit. l. l.*

## Cap. IIII.
## DE PAPIAE ARTE GRAMMATICA EX PRISCIANO EXCERPTA.

*Quae M. Hertzius praef. p. X et p. XXIX. XXX de Prisciani auctoritate ad regenda medii aeui hominum studia grammatica docte exposuit, optime firmantur Papiae exemplo, de cuius arte grammatica ex Prisciano deflorata Sinnerus primus ni fallor rettulit cat. cod. Bern. I p. 548. Papias enim, cum in glossario colligendo suo a glossarum qui dicitur libri, cuius copiis uberrimis saepissime usus est, auctoribus in eo tamen differat, quod una cum Boetio ceterisque recentiorum temporum scriptoribus Priscianum in primis in partes uocauit, tum postquam elementarium ad finem perduxit, peculiarem de re grammatica librum conposuit, qui in duobus libris manuscriptis Bernensibus 1 et 2 sub elementarii calcem subiunctus est.*) Vterque autem Papiae liber saeculo tertio decimo tribuendus est, sed ita, ut, qui secundo numero notatus est, aliquanto uetustior esse uideatur altero, quamquam Sinnero aliter uisum. Atque reuera istam artem a Papia scriptam esse inde efficitur, quod inter eius initium et elementarii finem insertus est ipse ille locus, quem nuper Wilmannsius mus. Rhen. 'Placidus Papias und andere lateinische Glossare' uol. XXIV p. 380 edidit quasi ineditum. Nam ex hoc loco patet Papiam, postquam elementarii ad finem perducti gratias egit Deo summas, ad alterum statim opusculum transiisse, quod 'ad eiusdem perfectionis cumulum' transigere ut sibi liceret pie precatus est. Quod quo melius cognosci possit, totum locum infra iterum proponam additis librorum Bernensium optimorum scripturae discrepantiis passim emendatiorem:*

Infinitas benedictionis gratias iam Deo patri referimus, qui per coaeternum suum filium in sancti spiritus gratia nostrum opus ex multis et diuersis texturis elaboratum atque contextum licet per multorum annorum

---

*Cod. Bern. nr. 1 saec. XIII = A; cod. Bern. nr. 2 saec. XIII in. = B; cod. Bern. nr. 276 saec. XIII = C.* 1 coeternum ABC aeternum *Wilmannsius*

---

*) Idem liber nomine omisso teste Thuroto Notices et Extraits des Manuscrits etc. tom. XXII part. 2 p. 45 extat in codice Parisino Sancti Victoris 17 saec. XIII: f. 228 Petitis a me, karissimi, ex arte gramatica uobis competentes regulas dari aut componi — f. 256[b] sibi quoque ipsis preponuntur ut at ast autem tenus et atque equidem et nam neque

curricula ad finem tamen usque perduxit. Si tamen adhuc ad eiusdem perfectionis cumulum ex totius artis grammaticae utilitate ualde necessarium et ex compendio quam poterimus breuissimum apposuerimus libellum,

ut cito, quisque uelit, totum transcurrere possit
et, quam uult partem, per totam uendicet artem.

Pro quibus omnibus uos inuito exoro, etiam adiuro, fratres mei, quicumque flagratis ex desiderio regni Dei quique huius nostri laboris scientiae doctrinam quasi refugii domum tutissimumque portum ad Christi laudem gloriam et benedictionem obtinere cupitis, hoc solum summumque mihi rependatis, immo ex diuina gratia acquiratis, quatinus uestris orationibus et elemosinis ceterisque spiritualibus auxiliis adiutus omniumque meorum percepta uenia peccatorum uobiscum ad aeterna ualeam peruenire gaudia, ubi iam reuelata facie illa uera et coaeterna perfruamur sapientia cum patre et spiritu sancto per infinita secula. Amen.

*Deinde sequitur ipsa ars hoc prologo praemisso:*

## PROLOGUS IN LIBRO DE GRAMMATICA.

*Cod. Bern. 2 f. 136ᵃ col. II.* Petistis a me, karissimi, ex arte grammatica uobis competentes regulas dari aut componi. Sed quia multorum maximeque ipsius Prisciani habeamus auctoritatem, non uiolentiam mihi arrogo, quod ab aliis inuentum approbo. Ipsius igitur Prisciani dispositionem summamque sequens aliorumque, siquid dictum est, non renuens quam breuius potero, opus uestrae eruditioni componam necessaria non praetermittendo, si quid uero utile uobis et compendiosum mihi uisum fuerit, intermiscendo. Ista uos ergo memoriae commendetis mentisque receptaculo quam firmiter teneatis, ut ad uestri desiderii perfectum perfectum peruenire ualeatis.

---

2 gramatice ABC utilitatis A 3 et AB ut C *Wilmannsius* apposuerimus A BC apposuimus *Wilmannsius* 4 ut cito] *Versus non distinxit Wilmannsius* 6 etiam adiuro ABC et adiuro *Wilmannsius* quique C 7 scientie ABC 9 optinere C 10 michi BC ex diuina AC et diuina B acquiratis BC adquiratis A quatenus A 11 et elemosinis B, et *om.* AC auxiliis perpetuo adiutus *Wilmannsius* adiuitus C 12 eterna ABC possim peruenire C 13 coeterna ABC eterna *Wilmannsius* 14 sancto *om.* AC amen. explicit lib̄ papie C, *in quo omissa arte grammatica sequitur Hugutionis uocabularium insertis uersibus illis 'contra clericos inhertes et desides', quos Vsenerus edidit mus. Rhen. XXIV p. 391 accuratissime, nisi quod uersu tertio non hc̄, sed hī = 'habet' scriptum est.* 16 *Deest titulus in A* 17 gramatica A 19 uiolentiam] *An:* uiolentia? 22 uestre AB 23 pretereundo, *corr.* -mittendo B nobis B 24 memorie AB

*Est autem Papiae liber, quem alii auctori se debere ingenue fatetur, reuera totus fere ad Priscianum accommodatus: neque enim solum idem rerum ordo seruatus est ab initio usque ad finem, quo de coniunctione agit, sed uerba ipsa Prisciani plerumque repetuntur ita tamen, ut quae apud Priscianum prolixius exposita sunt, a Papia in compendium coartentur. Quae cum ita sint, tamen est, ubi a Prisciani praeceptis rece-*

Digitized by Google

*dat, aut addendo, quae apud illum non leguntur, aliqua neque tamen ita grauis momenti, aut alia prorsus atque a Prisciano dictae erant, easdem res sententia explicando. Hoc autem propositis aliquot speciminibus certius cerni poterit. Incipit igitur a uoce ita:*

## DE VOCE.

*f. 136ª col. II.* Vox est aeris tenuissimi ad linguam percussio uel quod proprie auribus accidit. Huius igitur uocis quattuor sunt differentiae. Articulata, quae cum aliquo mentis sensu profertur, inarticulata autem, quae non, litterata, quae scribi potest, illitterata autem, quae non. Ex quarum complexione quattuor eiusdem uocis species perficiuntur binis differentiis in unamquamque speciem coeuntibus. Nam uox alia articulata et litterata, ut 'arma', quod significat et scribi potest. Alia articulata et illitterata, ut 'gemitus' et 'sibilus', quod significat et scribi non potest. Alia inarticulata et litterata, ut 'coax' 'cra', quod non significat et scribi potest. Alia inarticulata et illitterata, ut 'strepitus' 'mugitus', quae nec scribi nec intelligi potest. Vox autem dicta a uocando uel *ἀπὸ τοῦ βοῶ.*

## DE LITTERA.

Littera uero est minima pars compositae uocis uel uox, quae scribi potest indiuidua. Dicitur autem littera quasi legitera, eo quod legendi praebeat iter uel a lituris, quae in tabulis delebantur. Littera est proprie nota elementi et uelut imago uocis. Elementa uero ipsae pronuntiationes, alterum tamen pro altero abusiue ponitur. Sunt igitur figurae litterarum, quibus nos utimur uiginti tres. Earum pronuntiationes multo ampliores. Accidit igitur litterae nomen figura potestas. Nomen, ut a b c, quae sunt indeclinabilia omnia; figurae uero sunt, quas uidemus in singulis litteris; potestas autem pronuntiatio et uis ipsius elementi, propter quam et figurae et nomina facta sunt. Secundum harum itaque

---

TESTIMONIA. 2 Vox est] *cf. Prisc. I p. 5, 2* 3 Huius] *cf. Prisc. p. 5, 5–9* 7 Nam uox] *cf. Prisc. p. 5, 9* 8 Alia] *cf. Prisc. p. 5, 12* 10 Alia] *cf. Prisc. p. 5, 14* 11 Alia] *cf. Prisc. p. 6, 1* 12 Vox] *cf. Prisc. p. 6, 4* 15 Littera] *cf. Prisc. p. 6, 7* uel uox] *cf. Prisc. p. 6, 10* 16 Dicitur] *cf. Prisc. p. 6, 12* 17 Littera] *cf. Prisc. p. 6, 23* 18 Elementa] *cf. Prisc. p. 6, 25* 19 Sunt igitur] *cf. Prisc. p. 7, 6* 21 Accidit] *cf. Prisc. 7, 26* Nomen] *cf. Prisc. p. 7, 27* 22 figurae] *cf. Prisc. p. 9, 1* 23 potestas] *cf. Prisc. p. 9, 2* 24 Secundum] *Haec Papiae propria sunt.*

---

SRIPTVRAE VARIETAS. 3 differentie AB 4 que AB 5 que AB littera A que AB illiterata AB que AB 6 perfleiuntur species B 8 alia inarticulata et illitterata ut coax cra quod non significat et sibilus A, coax — significat *linea deletis* Alia — 9 non potest *om.* B, *suppl. in marg.* 11 inarticulata, *corr.* articulata A illiterata A illitterata B 12 que AB 13 apo toy bwo AB 15 nimia pars A composite AB que AB 16 legittera AB 17 que B 18 uelud B elemœnta B ipse AB pronuntiones A 19 alterum — 20 pronuntiationes *in marg.* B figure AB 21 littere AB 22 figure AB 24 figure AB

Digitized by Google

potestatem de quattuor rebus in orthographia tractari solet: de diuersitate litterarum, de aspiratione, de mutatione, de ordine.

. . .

*f. 137ᵇ col. II.* Dictio est pars constructae orationis, quantum ad totum sensum minima. Oratio est ordinatio dictionum congruam sententiam perfectamque demonstrans, quae diffinitio generalis est orationis, idest quae in species uel partes diuiditur. Dicitur tamen oratio liber rhetoricus uel una dictio, cum plenam sententiam ostendit, ut uerba imperatiua et responsiua: 'quid est summum bonum?' 'Deus.' 'Lege.' Partes igitur orationis quot sunt? Ex suis proprietatibus breuiter colligamus. Nam quidam duas fecerunt, nomen et uerbum: alias *συγκατηγορήματα* appellabant, idest consignificantia; quidam quinque, alii plures. Proprium nominis est, substantiam et qualitatem significare. Proprium est uerbi, actionem siue passionem siue utrumque cum modis et temporibus et formis sine casu significare. Proprium est participii, habere significationem uerbi cum accidentibus nominis. Proprium est pronominis, pro aliquo nomine poni et certas significare personas. Proprium est aduerbii, cum uerbo poni nec sine eo perfectam significationem habere. Proprium est praepositionis, casualibus tantum per appositionem praeponi. Proprium est coniunctionis, casuales dictiones, uerba seu aduerbia coniungere. Proprium est interiectionis, motum animi uel affectum uerbi sine certo accentu significare, ut papae, et si non addatur, significatur miror.

. . .

## DE PATRONOMICIS.

*f. 138ᵃ col. I.* Et sciendum, quod inueniuntur quaedam propria nomina uel gentilia seu denominatiua patronomicas formas habentia, ut Euripides ab Euripo denominatum proprium est, Colchis Thessalis Troas gentilia, Bacchis Pythias propria; sic quoque Tyberias Herodias patronomicum seruant accentum, quae Graecum seruant nominatiuum; ubi uero

---

TESTIMONIA. 3 Dictio] *cf. Prisc. p. 53, 8* 4 Oratio] *cf. Prisc. p. 53, 28* 6 Dicitur] *cf. Prisc. p. 53, 30* 8 quid est] *cf. Prisc. p. 54, 3* 9 Partes] *cf. Prisc. p. 54, 5* 10 Nam quidam] *cf. Prisc. p. 54, 5* 11 quidam] *cf. Prisc. p. 54, 8* 12 Proprium nominis] *Prisc. p. 55, 6* 13 uerbi] *Prisc. p. 55, 8* 13 participii] *cf. Prisc. p. 55, 10* 15 pronominis] *cf. Prisc. p. 55, 13* 16 aduerbii] *cf. Prisc. p. 56, 3* 17 praepositionis] *cf. Prisc. p. 56, 12* 18 coniunctionis] *cf. Prisc. p. 56, 16* 19 interiectionis] *Haec a Prisciano aliena sunt.* 23 Et sciendum] *cf. Prisc. p. 68, 11* 24 ut Euripides] *cf. Prisc. p. 63, 3* 25 Colchis] *cf. Prisc. p. 68, 12* 26 Bacchis] *cf. Prisc. p. 68, 13* 27 sic quoque] *Haec non sunt Prisciani.*

---

SCRIPTVRAE VARIETAS. 1 quatuor B ortographia AB 3 constructe AB 5 perfectumque A que AB 6 que A 7 rethoricus AB 10 sin chathegoremata A sy cathegoremata B 15 uerbi *om.* B 16 et ceteras B 18 cusualibus A 21 pape AB 24 quaeque, *corr.* quedam B 25 nomina nomina B 26 euripedes A ᵃᵇeuripo B denominatiuum A colchil A tidas gentilia A 27 bachis AB 28 que grecum B

Digitized by Google

mutatio fit litterae aut temporis, apud nos Latinae regulae seruamus accentum, ut Lysia Asia.

. . .

## DE COMPARATIVIS.

. . .

*f. 138ᵇ col. II.* Aliquando etiam minus significat et nulli comparatur et minus positiuo significat, ut 'melior Pilatus quam Iudas.' Hic enim comparatio non ad bonum, sed ad malum facta ostendit Pilatum parum bonum, idest minus malum, quam Iudam esse. Vnde et dicitur: 'Melius illi fuerat, si natus non fuisset homo ille' et: 'mare Ponticum ‖ *f. 139ᵃ col. I* ‖ dulcius est, quam cetera maria' idest minus amarum. Et sciendum, quod quaedam comparatiua apud Latinos diminutionem accipiunt, ut grandiusculus.

. . .

*f. 141ᵃ col. II.* Excipiuntur uirorum Vlixes Perses et fluuiorum, ut Araxes et patronomica, ut Priamides et unum appellatiuum 'hic uerres', et secundum quosdam 'pes'. 'Vepres' etiam masculinum est apud Virgilium. Pluralia tantum masculina sunt, ut Penates, praeter 'tres' communia et 'uires' feminina.

. . .

*f. 141ᵇ col. II.* In aus feminina sunt, ut fraus laus. In aes hic praes praedis, aes aeris. In eus Graeca sunt, ut Tydeus. Omnia nomina fluuiorum masculina, ut Parma Alpo praeter desinentia in um, quae neutra. Nomina fructus arborum neutra sunt praeter nux ficus castanea.

. . .

## DE PRONOMINE.

*f. 150ᵃ col. I.* Pronomen est pars orationis, quae pro nomine proprio uniuscuiusque accipitur personasque finitas recipit pro appellatiuo quoque, ut 'ille qui scribit, idem legit'. Pronomina solam substantiam, non etiam qualitatem significant, quantum in ipsius prolatione uocis. Pronomini sex accidunt species, persona etc.

. . .

---

TESTIMONIA. 4 Aliquando] *cf. Prisc. p. 92, 9* 5 ut melior] *Non sunt Prisciani.* 8 mare] *cf. Prisc. p. 92, 15* 9 Et sciendum] *cf. Prisc. p. 93, 10* 12 Excipiuntur] *cf. Prisc. p. 159, 9* 13 hic uerres] *cf. Prisc. p. 159, 14* 14 Vepres] *cf. Prisc. p. 169, 19:* 'hic et hac uepres'. *Cetera desunt.* 17 In aus] *cf. Prisc. p. 169, 3* in aes] *cf. Prisc. p. 169, 4* 22 Pronomen — 23 recipit] *cf. Prisc. p. 577, 2. 3* 26 Pronomini] *cf. Prisc. p. 577, 4*

---

SCRIPTVRAE VARIETAS. 1 littere AB latine regule AB 2 lisia A asya B 8 si n. non. f. h. i. et mare ponticum A fu. homo B 10 quedam B 13 arexes AB patromica B 15 preter B tres uel plures communia A 17 feminina sunt ut *in marg. suppl.* B 18 predis B in eus *supra lin.* A greca B tideus A 19 praeter que desinentia in um neutra B 20 preter B 22 quam pro nomine B 23 accipitur per personas finitas A 24 idest legit AB

Digitized by Google

## DE ADVERBIO.

*f. 151ᵃ col. II.* Aduerbium est pars orationis, cuius significatio uerbis uel participiis additur, sicut adiectiua fixis, ut 'prudens homo prudenter agit'. Nec sine his plenam habet sententiam. Nam uel ad ante dictum uerbum refertur uel per eclipsim, ut siquis interroget: 'bona est superbia?' et respondeo 'non'. Et recitante aliquo, dico 'diserte', subauditur 'dicis'; et 'malus homo': subauditur 'est', et alia similia. Vnde et dictum aduerbium, quod uerbo innitatur. Sunt autem quaedam aduerbia, quae conuenienter sociantur temporibus, ut 'sapienter dico dixi dicam' etc.

. . .

## DE CONIVNCTIONE.

*f. 152ᵇ col. II.* ..... Aliae paene omnes indifferenter et praeponi et supponi possunt, ut et atque, quae poetice postponuntur, alias autem non, ut:

Suspiciens altam lunam et sic uoce precatur

ut:

Cum me hortaretur, parce, frugaliter atque
Viuere.

Et equidem saltem tamen quamquam quandoque quatinus nam enim itaque quoniam quapropter ergo igitur quia sibi quoque ipsis imponuntur, ut 'ast autem tenui', et 'atque equidem' et 'nam neque'.

---

TESTIMONIA. 2 Aduerbium — 3 agit] *cf. Prisc. II p. 60, 2—4* 8 Sunt autem] *cf. Prisc. II p. 60, 6* 11 Aliae] *cf. Prisc. II p. 104, 24 seq.* 18 Et equidem] *cf. Prisc. II p. 105, 3—13.*

---

SCRIPTVRAE VARIETAS. 5 eclypsim B 7 et non malus A 8 que B 11 alie pene AB 12 que B poetice *om.* A 14 sic uode A 18 quatenus A nunc enim A nam namque AB] *In haec uerba opusculum desinit; in B praeterea haec extant:*

Explicit expliceat ludere scriptor eat.
Laus tibi sit christe. finitur enim liber iste.
Premia scriptori dentur gratesque priori.

Digitized by Google

# V.

# DE POMPEII ET CONSENTII GRAMMATICORVM EXCERPTIS.

---

## Cap. I.

## POMPEIANA.

*Pompeii grammatici olim anno 1820 a Fr. Lindemanno primum, deinde ab H. Keilio ante biennium iterum editi quamquam satis multi et peruetusti supersunt codices, quorum Keilius gramm. Lat. uol. V p. 83, 84, 87 seq. dedit conspectum, tamen eius libri uerba saepissime adeo corrupta sunt, ut eorum saltem, quos Keilius adhibuit, codicum auxilio plane destituamur. Fortasse si uir praestantissimus ceteris quoque, quos tantummodo nominauit, libris esset usus, etsi ad unum omnes illis recentiores esse uidentur, nonnulla correctiora exhiberi potuissent, praesertim cum librarios permulta suo arbitrio mutasse librosque plurimum inter se dissentire ipse p. 84 intellexisset. Neque uero negari potest, Keilii editionem Lindemanniana multo correctiorem esse, quippe qui pluribus codicibus iisque accuratius usus sit. Sed ut de eis libris manuscriptis, qui uno tenore Pompeii tractatum continent, taceam, non assentior Keilio, quod p. 88 librorum de grammatica arte infima aetate ex uariis auctoribus, quorum in numero Pompeius saepissime occurrit, collectorum nullam ad Pompeium emendandum utilitatem percipi posse asseruit. Qua in re certis argumentis conprobanda non uereor ne nimius fuisse iudicer, quoniam Pompeius, etsi tritissima saepe atque uilissima tractauit, tamen ad antiquiora medii aeui tempora et ob codicum uetustatem et ob doctrinam in uniuersum haud uulgarem merito refertur.*

*Clementi igitur Scoto, qui uulgo dicitur, cod. Bern. 123 f. 1—31, in excerpendo Pompeio meliores libri praesto fuerunt, quam hodie extant. Iam ut luculentum proponam argumentum, p. 132, 15 seq. apud Keilium haec corruptissime leguntur:*

est etiam apostrophos. * apud Latinos non facile in nominibus inuenitur, nisi quem ad modum remanserit in nominibus hoc apud Latinos

Digitized by Google

quae si remanserit. apud Graecos licet nobis et apostrophon facere et dicere plenum uerbum; apud Latinos non. ceruical Graecus, quando in metro loquitur, sic dicit, quemadmodum remanserit. non enim, quando soluta oratio est, dicit ceruical, sed dicit plena uerba. apud Latinos quando apostrophos fit, si passa fuerit, passa est penitus, siue in metro siue in soluta oratione. item in coniunctionibus seruant legem Graecam. nam [in coniunctionibus] in metro deficiunt, in soluta oratione seruant. puta tanton' me, si soluta esset oratio, plenum diceret 'tantone me crimine dignum'. men' dicimus; soluta oratio si esset, mene diceret. ergo seruatur illa lex Graeca in coniunctionibus; in ceteris partibus orationis opus est, ut semel pertulerit; si semel pertulerit, iam ipsam seruat.

*Pro his multo meliora quamuis ne haec quidem omnibus numeris correcta haec sunt in cod. 123 f. 5ᵇ:*

Est etiam apostrop^h^um apud latin' non facile in nominibus inuenitur, nisi quem admodum remanserit in omnibus hoc apud latinos. sunt enim apostrophi a apud grecos que remaneant apud latin' licet nobis apostrophum facere et non dicere plenum uerbum apud latinos ut est ceruical. grecus quando loquitur in metro, sic dicit quemadmodum remanserit . . . . . . . . . . . dicit ceruical sed dicit plena uerba apud | f. 6ᵃ | latin' quando apostrophos sit si passa fuerit passa est penitus siue in metrica siue in soluta oratione. item coniunctionibus grecis seruant legem grecam ut in coniunctionibus in metro deficiunt in soluta oratione seruant ut puta tanto me et dī pro dice fac pro face si soluta esset oratio plenum diceret tantone me cremine duxisti idest indicasti soluta oratio est cum ne diceret ego solutur ex greca legem in coniunctionibus in integris partibus orationis opus est ut si semel protullerit iam ipsam seruat —

*hoc est:*

Est etiam apostrophus: apud Latinos non facile in nominibus inuenitur, nisi quemadmodum remanserit. In nominibus hoc apud Latinos. Sunt enim apostrophi apud Graecos, qui remaneant apud Latinos: licet nobis apostrophum facere et non dicere plenum uerbum apud Latinos, ut est ceruical. Graecus quando loquitur in metro, sic dicit, quemadmodum remanserit: non autem, quando soluta oratio est, dicit 'ceruical', sed dicit plena uerba. Apud Latinos quando apostrophum syllaba passa fuerit, passa est penitus, siue in metrica siue in soluta oratione. Item in coniunctionibus Latini seruant legem Graecam: nam [in coniunctionibus] in metro deficiunt, in soluta oratione seruant, ut puta: 'tanton me' [et 'dic' pro dice, 'fac' pro face]: si soluta esset oratio, plenum diceret: 'tantone me crimine duxisti' [idest indicasti]: soluta oratio si esset, 'mene' diceret. Ergo seruant Latini Graecam legem in coniunctionibus: in ceteris partibus orationis opus est, ut si semel pertulerit, iam ipsam seruet.

*Sed iam hunc Pompeii librum interpolationibus et glossis infectum uides. Percurramus cetera.*

Digitized by Google

f. 1ᵃ = p. 109, 1 K: aliud proieci de metro. Nam si dicas 2 dactilus sequantur 4 non conputatur, *om.* ibi. Ex contrario in . . . . (illo?) metro ubi est 5 non potest eam 7 non enim possum 8 uides qnm̃ de ferunt a se liquide et illa quidem est sed non conputatur ista autem non solum non couputatur sed nec est quidem nam excluditur . . . . . . . . aut̃ 11 illa autem numquam — 12 ipsa antecedat

f. 2ᵇ = p. 115, 12. Item pomp̃ dĩ scire debes diptongos autem *om.* ap'latin' 13 nam una idest quinta periit ae ut eneas oe ut poena au ut aurum eu ut euros iste sunt usitate. Vna est q; in usũ non hab ut ei.

ibid. = 106, 26 plane s̃ artes 29 nam etiam de producuntur uel quando corripiuntur 31 quoties nos aliquis interroget ut pute si dicas 32 breuis an longa 33 exempla 34 unus habem medio 107, 1 primam syllabam exemplo *om.* collegere longa quo loco breuis et sic respondere

f. 3ᵃ = 107, 3 seq. 4 querere ethimologias intueri uerborum et sequi naturam rei ut puteam; unum natum est ab amore 7 setius amor 8 commaculare manu *om.* 8 ecce inuenitur amor quã a breuis est siue nomen inde facies ut amor siue uerbum ut amo siue participium ut amaus ubique breuis est. quicquid illud facit seruat naturam illius. *(Optime!)*

f. 3ᵇ = 112, 34 haec etiam ratio est ut tañ 36 tempora habent ut ad te ne 37 ledunt a longa naturaliter duo tempora habet 38 longa sit habet duo 113, 1 et unum, *om.* habet sit ut querantur adpositio . . . . . . . . 2 consonantes singulatim demedium et demedium . . . . . . . . 4 diximus esse duo tempora . . . . . . naturaliter syllabe longe et positione longe

ibid. = 116, 6 diximus longas syllabis quattuor modis fieri et breues syllabas IIII modis fieri 7 ut etiam communes 8 fierent q utrarumque (*bene!*) funguntur offitio ideo . . . . commones modi sunt VIII

ibid. = 116, 20 seq. 21 commones syllabas iste s̃ liqui . . . . . . . q; plerumque aspirationis nota est 22 ea *om.* 23 eam uocalis et una uocalis si eam una uocalis

ibid. = 118, 5 arma uirumque cano no breuis est et tamen 7 positionẽ fit ÷ longa no. Nam liquida non iuuat. Ergo tam liquida potest iuuare quoties in illa parte orationis fuerit non iuuat in alia. Vt q; admodum illud diximus superius 12 est et e contrario arma uirumque cano hoc apud grecos non seruatur nullus uersus latinus potest 15 una *om.* — parte orationis

ibid. = 119, 13 consonantibus habetur et facit 14 ut est aliud hoc erat alma parens conlide c litteram ut sit pro duabus consonantibus.

f. 4ᵃ = 127, 1—11 3 clamantis longe aliquem 4 loco constare 5 ceperis 6 plus protrahas reliquis 7 ut pute 8 optumus q; plus sonat idest illa q; 11 clamarem

Digitized by Google

ibid. = 111, 2 hoc interest 4 duplex ut mezentu ducis ex uias 5 zacintus

ibid. = 125, 25 ad ΠΡΩC dicunt cantum odien 126, 1 Ita uerbum 2 et alia nomina. nam et accentum dicunt latini et sonum (*leg.* tonum) dicunt et tenorem dicunt (*optime!*) quod nihil interest siue accentus 3 siue sonum 4 sunt tñ dissimilia

f. 4ᵇ = 126, 4—11 5 nobis *om.* 6 cursum 7 arcus *post* arma *om.* dicere arma arcus non possumus dicere aarcus. acutus uero dicitur 9 ut moeta 10 non possumus dicere meeta muusa ergo circumflexum dñ sillum qui 11 qui cursum ÷

ibid. = 127, 12—15 12 dix̃ uerbo *om.* 14 ponetur

ibid. = 127, 15—24 15 immo uideamus in quibus syllabis conputantur accentus quando conpotantur accentus a fine non ab initio ut puta 16 quinque sunt syllabę nunc incipio computare utrum prima syllaba habeat accentum inde tis inde si inde mus non potest 19 computare sed a fine quęre si finalis syllaba non habuerit tertia a fine habebit plus non ascendit accentus nec apud grecos nec apud latinos

ibid. = 129, 18—24 20 quando. fa. a fine naturaliter breuis ut romolus ro longa est naturaliter mu breuis est non licet ut tertia a fine habeat accentum nisi fa. a fine naturaliter sit breuis

f. 5ᵃ = 131, 22 sunt partes q addite — 34 inuenimus 24 q ecce 25 accentuum ut pute istas omnes partes primus q; et ce iam non habebit pri accentum sed mũs ecce corrupit sed forte dicas mihi ecce positio corrumpit accentus istarum partium. Nam etiam si positio non accederet tunc corrumpetur accentus ut putamus a mu habet 30 partes istas mus a nemus. aq; musaue ecce illa q; breuis 32 et dix̃ etce corrũptam inuenimus

ibid. = 132, 5 istis rebus — diastole

f. 7ᵃ = 135, 3 greci etiam (*superscr. m. II* sicut) et latini sed hoc deferunt 5 nos eum non conputamus sed nos habemus unam partem orationis quam greci non conputant ut est interiectio sed inter partes aduerbiorum ponunt (cf. 16 et 19)

f. 8ᵃ = 137, 15 plęne (a *superscr.*) scire debemus q qui 16 ut ipsam 17 neque enim illa difinitio debet commonis (v *superscr.*) 18 quid g (*m. II corr.* ergo) si ita difinimus (e *superscr.*, *corr. m. II*) nomen ut puer possit 19 et dicas non est cum casu pronomen et participium habent. idcirco laborat in difinitione (e *superscr.*, *corr. m. II*) nominis ut reddat propriam ut puta 21 si hoc solum diffiniret (e *superscr.*, *corr. m. II*) 22 habent 24 corpus inquid (*superscr. m. II* donatus) autᵗ rem 24 omnia enim nomina — aut rem

ibid. = 137, 33—35 34 difinere, *corr. m. II* 35 et quam solam habet

ibid. = 137, 3 omne nomen quod in rerum natura consistit, siue istis

Digitized by Google

tribus rebus constare non potest. non enim licet 4 etiam inuenitur 5 ut non sit corporale nequaquam etiam inuenitur ut non sit proprium 6 ergo nomen sine istis tribus rebus esse. ideo in di^e^finitione (= 13) totum tenuit

f. 8^b^ Cur posuit Donatus certum numerum accidentium, quando dixit 'nomini accidunt sex'? Ideo quia alii plus, idest Probus (cf. p. 51, 21 K) . . . . . . . . litteram et syllabam et accentum inter accidentia, alii minus, quia non conputauerunt conparationem, quia non omnia nomina conparantur, sed qualitatis et quantitatis tantum. Vt Pompeius dicit: Probus adiecit litteram et accentum et syllabam. Sed stultissimum est. Quare stultissimum? Quoniam illa debemus etc. = p. 138, 32 seq. 33 specialia accidunt. Accidunt litterę accidunt syllabę tamen non uidemus accidere nomini specialiter sed ^ge^neraliter totę elocutione (*corr.* i) nomini specialiter accidere . . . . . . . . . non generaliter. nam a^d^ litteras semper accidere scimus et syllabas. Ergo non debemus 139, 1 naturales sunt sed eas conputare 2 discendunt autem *om.* 3 discendunt, *corr. m. II* 4 perite. donatus enim conparationem adnumerauit in hac diuisione 5 ille . . . . . bene q̃ semper 6 genus et rł.

f. 9^b^ = 141, 12 praenomen est 13 praenomen habet ut pute gaudentius non potest omnino habere praenomen 15 rem propriam — 16 hoc dicitur

ibid. = p. 140, 24—31 25 familia ut pute cornilia 26 enim *om.* de illa cornilii familia 26 cornelii *om.* Ego cornilius 28 surra quot est 30 appellabatur commone est — nomen

ibid. = 141, 21 cognomina quasi naturalia sunt q; nobiscum nascuntur et statim dantur — fuerimus

ibid. = 141, 25 sed non te decipiet ipsa res plerumque enim dito ista notata hoc modo seruus 27 fortem mihi praenomen mihi quid est praenomen est. seruo autem non est praenomen

ibid. = 141, 16 seq. 17 in puero et in infantulo non potest inuenir^i^ę (*corr. m. II*) agnomen

f. 10^b^ = 143, 20 diriuationem 21 non ut magis aut minis 22 facit ut mons montanus . e contrario diminutio (24) non solum |||||||| (*m. II in ras.* nom̃s) et sensum diminuit ut pute mons monticulus — diminutus

ibid. = 143, 30 Scire debes quando sensus minuitur crescit sepe numerus 32 ut pute mons mon^ti^culus et monticellus creuerunt quattuor syllabe sunt 33 syllabe sunt. Sed scimus istas 144, 1 idcirco ipse 3 sensum diminui. In hisdem — 5 minuatur

f. 11^b^ = 147, 3 istae tres femi^in^nę communis (*corr.* es *m. II*) sunt regulae et latinis 6 d^i^ẹferentia 7 theticon 8 eius *om.* 9 attrius an de gladio — dicas

f. 12ᵃ = 147, 21 Sunt alia qualitatis ut bonus quae etiam a tribus trahuntur ab animo a corpore extrinsecus ab animo ut doctus. a corpore ut niger candidus, extrinsecus ut fortunatus

ibid. = 151, 18 de ipsis gradibus q; situm est quod essent 19 ut doctus 20 superl u' doctissimus 21 est ut compã ut tam 22 est ut superlat u' doctissimus

f. 13ᵇ = 156, 1 Quinque sunt aduerbia quae non debemus iungere nisi positiuo tantum ut tam magis maxime minus minime ut tam doctus debeo dicere 4 non tam doctissimus 5 non magis doctissimus 6 non maxime doctissimus et reddita est ratio quare non coniunguntur ista aduerbia nisi positiuo tantum idest quando habent sensus augentis aut praeferentis

ibid. = 158, 29 optimus maximus 30 non solum non sunt sunt tam̃ positiui 31 q si esset Iupiter unus et alter tantum, bene diceremus. Item si essent tres Ioues. cum autem (*optime!*) — 34 esse

f. 14ᵇ = 169, 2 discendit, *corr. m. II* q̄; naturalisᶜ (est *m. II*) discendit, *corr. m. II* composite, *corr.* — a *m. I* 4 constituta ÷ (÷ *m. II*) 5 autem *om.* — discendit, *corr. m. II.*

f. 26ᵇ = 135, 36 plerumque ut nominibus utamur pro aduerbiis ut si dicas toruum clamat 136, 2 item contrario aduerbia ponis pro nominibus ut si dicas mane. dicit uirḡ 5 et ex eo ostendit . . . . . . si ostendit genus fecit nomen

ibid. = 136, 11—21 11 quid ergo nomina quando sunt aduerbia iam incipiunt casus non habere. qua ratione. quia si nomina 15 aduerbia, *om.* autem 16 uice aduerbiorum (*cf. Keil. p.* 85 *not.*) — casus non habere

ibid. = 136, 20 seq. 20 nomen quando pro aduerbio ponitur non tenet casus aduerbium uero 21 in nomine — accipere casus

## Cap. II.

## CONSENTIANA.

*Postquam igitur quanta codicis Bernensis 123 ad Pompeii uerba restituenda auctoritas sit satis idoneis demonstrauimus argumentis, superest, ut de Consentii locis quibusdam in eodem Clementis opere laudatis idem fere statuendum esse ostendamus. Quamquam hac re ipsa a Pompeio Consentius differt, quod qui supersunt eius libri manuscripti, ut paucitate illi quidem, ita bonitate conspicui sunt. Sed in tanta librorum paucitate (cf. Keil. praef. p. 330) saeculum decimum aetate haud superantium est aliquid, deprehendi aliquot inde locos in grammatici saeculo nono florentis opere excerptos.*

*Atque hoc omnium primum sciendum est, quod p. 347, 7 codicis*

Digitized by Google

*Sangermanensis excerptum Keilius attulit, idem f. 5ª legi* (q̄ pone — q̄ in accentu — grauis est ultima, *om.* syllaba). *Ceteri loci hi sunt:*

p. 330, 6—12 propriorum — Africanus = f. 10ª: 8 nam ^ea^quae, *om.* quidem, ea *add. m. II* 9 id genus *om.* 11 idest praenomen

p. 330, 12—16 Est ergo — adplicatur = f. 10ª: 13 puplius 16 ut *om.* emilianum

p. 340, 5—13 sunt alia — sura = f. 12ª: 5 sunt alia qualitatis specialis scilicet sub illa 6 accidit alia qualitatis ut bonus malus alia quantitatis ut paruus magnus. haec autem mediae 8 appellantur epitheta. atque haec tantum nomina sunt quae 10 qualitas nominis speculatur 12 sciendum est tunc quaedam esse, *om.* nomina 13 dolobella

p. 341, 6—11 illud — ueniunt = f. 11ᵇ: 6 debere teticis 7 e contra teticis 8 ensis autem euandrides 9 hec utraque a deriuatiuis hoc distant 10 tetica deriuatiua alia ab

p. 344, 23—31 praeterea — significatur = f. 14ª: 23 praeterea haec 24 erissinon addendus numerus est cum declinatione 25 habeat 26 quod cum commune nomen 27 articuli tollit ut sacerdos si dixero 28 cum articulum addidero hic 29 significare haec *add. m. II* 30 significasse ꝗ sub 31 sexsus

f. 15ª et dicit conseñ Vbicumque fuerit conpositio ex nominatiuo et obliquo casu, nominatiuus declinabitur et non declinabitur obliquus casus sed stabit in suo statu. Et ubicumque profuerit conpositio ex duabus corruptis, declinabitur illud nomen quasi simplex nomen ut ipse dicit: In his quae — manceps p. 350, 2—7: 3 conposit^a^ę (a *m. II*) declinabant, *corr.* declinabuntur *m. II* 4 conpositionem 5 uero *om.* 6 caetera cuiuscumque casus posterior^i^e parte 7 ut est biceps manceps (manceps *cod. 432 quoque habet*). *Quae p. 350, 8 de Clemente rettulit Keilius, horum in codice Bernensi nihil legitur.*

f. 16ª monoptotis forma est quotiens in omnibus sex nomina similiter declinantur quae flecti non possunt ut cornu genu gelu ueru tonitru testu = p. 351, 22—24.

p. 351, 35 — 352, 7 Estamen — nugas = f. 16ª: 36 Estamen quasi monopt^o^atis nonum genus 352, 1 et ad quos 2 inclinationem habet ut est nominatiuo et accusatiuo et uocatiuo hoc uirus nam unam inclinationem habet *om.* 3 et ceteros non habet. ita fas nefas unde ea, item — possunt *om.* 6 inflec^xi^tionem neque per genera neque per numeros sentiunt 7 ut frugi

p. 367, 2—7 scire — loquimur = f. 21ᵇ: 3 fere omnes interdum integram 4 uerba fecisse omnes eum qui 5 appellata sunt 6 oratio non potest fieri 7 oratio

p. 374, 1—7 Qualitas — dicuntur = f. 21ᵇ: 2 leo 3 hec enim

Digitized by Google

ego 5 legere etiam potui cras potam 6 neque noñ neque personam neque certum tempus difiniunt 7 eodem modo uel uerbo respondent.

*Addam, quod Consentio Remigius Autisiodorensis in Donati arte secunda explicanda singularem in modum usus est codice Bernensi 386 auctore f. 25ª col. 1:*

Ex hiis sunt due principales partes orationis scilicet nomen et uerbum *(Don. p. 372, 26)*. Principales partes merito dicende sunt nomen et uerbum quia in hiis tota nostra locutio prope consistit. Nam hec due sine aliis plenam faciunt orationem, ut homo loquitur equus currit. Hinc quidem (*an* quidam?) haud facilis huius artis auctor harum duarum partium sentiens principalitatem inter ceteras sic ait: 'Omne quod mente concipimus, mente et uerbo explicamus', *cf. Cons. p. 338, 7 K.*

# VI.

# SERGIANA.

## Cap. I.

## SERGIANI CVIVSDAM COMMENTI FRAGMENTA INEDITA.

*Citatur in prima arte codicis Bernensis 123, quae Clementis Scot nomine uulgo inscribitur, multis locis Sergius quidam uel Seregius uel ser̃ grammaticus hactenus incognitus: nam quae sub Sergii uel Seruii nominibus ad Donatum commenta et explanationes ad nostra tempora deuenere, nullam cum hisce locis cognationem habent, nisi forte rerum tantummodo: uerbis certe multum a se inuicem abhorrent. Difficultatem autem ut ita dicam litterariam, quae hinc oriri uideatur, ita expedias, ut conplures Donati explanationes inter se consimiles extitisse dicas, quae ex eodem fere omnes fonte manarint, ex antiquissimo scilicet Seruii commentatoris atque grammatici in Donatum commentario. Quod igitur de editis iam eiusmodi praesertim ex codice Lauantino opusculis statuit Henricus Keilius gramm. Lat. uol. IV, praef. p. LIII. LIV, idem de codicis 123 excerptis statuam, pertinere ea ad artem quandam ob eam rationem Sergii nomine insignitam, quia pleraque ex Seruii olim commento fuerant desumpta.*)*

*) Idem in ea arte, quam p. 143—158 nunc primum edidimus, accidisse supra docuimus p. LXXXIX seq.

Digitized by Google

*Sunt praeterea loci nonnulli, quibus eadem uel saltem similia enarrantur ac quae a Keilio uol. IV edita sunt, f. 5$^{b}$:* Quot sunt accentus in Latina lingua? Octo, ut Seregius dicit: Sunt omnes accentus Latini VIII etc. — aliquid errores adferat = p. 482, 9 K; f. 6$^{a}$: Quomodo differunt (quomodo .......) istae tres in sententia apud Latinos? Seregius (*corr.* Sergius) dicit: Item distinctio pu$^{n}$ctum positum — propter respirationem = p. 484, 27 K, *sed in cod. Bernensi l. 28 'litterae' bene omissum est* (*cf.* 29 ad imam partem semiplenae orationis, 30 adpositum mediae sententiae) *et 29 'semiplenae sententiae' scribitur pro 'semiplenae orationis'. Secuntur reliqua:* Vtrum eandem rationem obseruant istae tres in communi sermone et in metro? Seregius ostendit: Sciendum autem, quod in lectione texti — arma uirumque cano Troiae = p. 484, 30 — 485, 7 (p. 484, 31 sciendum autem | texti | perchiodes | 32 praesidium tenuit palatũ nihil uigiliae urbis; p. 485, 1 singulas esse partes nascuntur 2 commota idest esset et 3 in uersu aliud et diuersum significat 4 colus dicitur et apud oratium | orbes 5 duos uel tres pedes 6 orationes ut est in principio uersu aeneidorum arma uirumque cano troiae).

*Ceteri igitur loci Seruiani siue Sergiani, quos ab editis diuersos esse dixi, sunt hi**):

f. 8$^{b}$ Nomini accidunt sex. Vtrum sonauimus recte iste uerbum, quod dicitur 'accidunt'? utrum 'accedunt' per e, an 'accidunt' per i? Grammaticus ostendit, quod per i scribi debet, quod duo uerba simplicia sunt: 'caedo' per diphthongon ad caedendum pertinet et habet alia uerba actiua a se conposita, ut 'occido' 'concido' 'abscido'. Est aliud uerbum 'cedo' per e, idest fugio: habet alia uerba neutralia a se conposita, ut 'succedo' 'abscedo' 'excedo', et ab eo est conpositum 'accido' per i, hoc est adproximo, quod hic habetur apud Donatum, ut dicit Seregius: Sunt autem uerba, quorum scripturam praeteritorum confudit error, ut 'cedo' 'succedo' 'abscedo' 'excedo' 'discedo': haec neutralia sunt; at si per i scribantur, actiua fiunt excepto simplici uerbo, quod est 'cedo', quod utroque modo per e; sed 'cedo' de fugiendo diphthongo carebit, de occidendo autem recipiet; sic et 'concedo' indulgentiae per e scribitur et actiuum inuenitur, licet a quibusdam neutrale putatur; at 'concido' de concisione, idest de interfectione

3 gramaticus 4 diptongon, *semper* 11 ac si 13 diptongon 16 id$^{e}$ interfictione

*) Sergianarum reliquiarum series praeterea feliciter locupletatur artis Bernensis anonymae loco praeclaro huius libri p. 135. 1—3, quo Plinius ipse in partes uocatur, cf. insuper p. 93, 14; 128, 4; 151, 24. 33; 162, 19; 167, 1. Adeas autem omnino disputationem peculiariter de Sergii quodam commento inedito institutam supra praef. partis II cap. IV p. LXXXIX seq.



Digitized by Google

per i scribere solemus, 'accedo' per e de abeundo ....... 'accido' per i de accessu, hoc est de adproximando et reliqua. Vtrum longa est i in uerbo, quod dicitur 'accidunt' an non? Certe longa est, ut dicit Iuuencus poeta:

Accidit pariter poenae consortia ferre.

. . .

f. 24[a] Sergius: Donatus inquit, etiam a participio fieri aduerbia, sed mentitur: nam sunt pleraque participia eadem etiam et nomina, quae faciunt aduerbia, quae iure nominum potius faciunt, quam participiorum, ut amans amanter et reliqua.

. . .

f. 24[b] Sergius: Significationem aduerbiorum non est opus enumerare; est enim innumerabilis; omnis enim pars orationis, quando desinit esse, quod est, aduerbium fit.

. . .

f. 27[a] Sergius: Intus et foris significationem dubiam habent. Nam et in loco et de loco significant, ut foris sum, intus sum, foris eo intus eo. 'Deintus exeo' non dicimus, quia non licet praepositionem aduerbio separatim adiungere.

. . .

*ibid.* Sergius: Sciendum est autem, quod nomen et aduerbium quandam inter se habent cognationem et alterum pro altero positum *potest* significare aliud, sed tenere uim suam.

. . .

f. 27[b] Sergius: Participium dictum est, quasi particapium, nam capit genera et casus a nomine, a uerbo tempora et significationes, ab utroque numerum et figuram recipit.

. . .

f. 28[a] Sergius: Illa autem nomina, quae faciem participiorum habent et quendam colorem neque sunt tamen participia, ut amens demens, ablatiuo in i prorsus debent exire, ut ab hoc amenti uel ab hoc dementi·

. . .

---

1 per[·i·] 4 Iuuencus] *Euang. hist. lib. IV ed. Ben. tom. IV p. 76 D* 5 accidit ut pariter — ferrent *Benedictini* poene consorcia 6 seř, *cf. Seruii comm. in Don. p. 438, 17 K, qui aliis omnino uocabulis similia docet.* 8 pocius 10 Sergius] *cf. [Sergii] explanat. in Don. p. 509, 33 et Seruii [Sergii] comm. in Don. p. 439, 22* emmunerare 11 dissinit 12 aduerbium sit 13 *cf. [Sergii] explan. in Don. p. 510, 17*: intus foris, nam haec duo, intus et foris, geminam habent significationem, in loco et de loco —, *et infra 23*: nam praepositio separatim aduerbio numquam [quod] potest adiungi. *Cf. etiam Sergii artem Bernensem huius libri p. 155, 23* 17 nomeu 18 pro alterum, *corr.* -ro *m. II* potest *addidi* 20 *cf. Seruii comm. in Don. p. 406, 2; 416, 27; [Sergii] explan. p. 489, 2; 513, 9; Seruii [Sergii] comm. p. 440, 17; huius libri p. 155, 29* participium nam 22 nǒmerum 23 *cf. Seruii comm. p. 409, 27; p. 417, 5; Seruii [Sergii] comm. p. 434, 17; [Sergii] explan. p. 497, 26; p. 513, 15.*

Digitized by Google

f. 28[b] **Sergius**: Coniunctio dicta est, quod coniungat elocutiones. Quid est hoc? Vt si dicas 'ego et tu eamus ad forum': ecce coniunctum est; quod si coniunctionem non posueris, erit soluta oratio: 'ego tu eamus ad forum'. Sed etiam, si naturam habeat disiungendi, sensus tamen coniungit sermonis, ut si dicas: 'ego aut tu *eamus*', coniunctum est uerbis, licet disiunctum est sensu.

. . .

f. 29[a] **Sergius**: Coniunctiones pro significatione sua poni debent, ut puta causales in causa, rationales in ratione. Nam aut ante causa praecedit et sic sequitur ratio, ut puta: 'occidi illum, quia habet tunicam': causa est; 'itaque ueneno illum, non ferro *occidi*, ne cognosci possit': ratio est. Causalis: 'si illum occidero, habebo tunicam', rationalis: 'itaque ueneno illum *non ferro* occidi, ne agnosci possit'.

. . .

f. 30[a] **Sergius**: Praepositio dicta est, eo quod praeponitur in loquendo, ut puta 'ante templum'.

. . .

*ibid.* **Sergius**: Nos scire debemus, quod si praepositio conposita fuerit et mutauerit casum uel non habuerit, desinit esse praepositio et fit aduerbium, ut '**longo post tempore uenit**': mutat casum; 'post tempus' enim debuit dicere; casum non habet, ut 'ante fecit'.

---

1 *cf. [Sergii] expl. p. 515, 36: 516, 7 et huius libri p. 156, 31 seq.* 4 sed forum 5 sermones eamus *addidi* 7 *cf. [Sergii] explan. p. 516, 20 et huius libri p. 157, 6—28; cf. etiam Iuliani locum cod. Bern. 207 f. 43[b], de quo dixi supra praef. p.* XCIV per significatione 8 ut pute 9 sequente ratio ut pute tonicam 10 ita ueneno occidi *addidi* cognosci 11 causales — rationales] *An:* causa est — ratio est? tonicam 12 uenenum illo occidi, *om.* non ferro, *cf. supra u. 10* 13 *cf. Seruii comm. p. 406, 6; Seruii [Sergii] comm. p 441, 35; [Sergii] explan. p. 489, 8; 517, 2 K et huius libri p. 158, 7—9.* 15 fer̃] *cf. Seruii comm. p. 420, 10; Seruii [Sergii] comm. p. 443, 6* motauerit dissinit 17 longo] *Verg. Bucol. I 30* motat

---

## Cap. II.

## SERGII DE VLTIMIS SYLLABIS CAPVT INEDITVM.

*Eiusdem Sergii extat de ultimis syllabis coniunctionis praepositionis atque interiectionis commentatiuncula, in aliquot codicibus Parisinis atque ipso Bernensi 432 litterae syllabae pedum etc. expositioni Sergianae artis uinculis iuncta;*) quae quamuis additamenti posteris temporibus adglutinati speciem prae se ferat, tamen ex eisdem doctrinae Sergianae fonti-*

---

*) Cf. Keilii praef. Gramm. Lat. uol. IV p. 48, qui et ipse, quanta inter hoc opusculum et Seruii de finalibus finem similitudo intercederet, probe perspexit.



Digitized by Google

*bus, unde cetera hausta sunt, manasse ob eam potissimum causam putanda est, quod similia fere sub finem Seruiani de finalibus libelli p. 454, 24 — p. 455, 4 leguntur. Nam quod in ceteris Sergii uel Seruii opusculis accidit, ut non ipsa Seruii praecepta, sed uariae eiusdem doctrinae enarrationes ex eodem omnes fonte haustae ad nostra tempora peruenirent, idem in hac quoque de finalibus syllabis particula factum esse non est quod pluribus defendam. Sed quia tum demum, quid Seruius ipse docuerit, erui potest, cum istas enarrationes et similes inter se et satis diuersas sub uno omnes conspectu perpendere licuerit, age particulam illam ad codicis Bernensis 432 fidem descriptam proponamus.*

## DE VLTIMIS SYLLABIS CONIVNCTIONIS PRAEPOSITIONIS ATQVE INTERIECTIONIS.

Coniunctiones fere omnes corripiuntur, sed quae a uel i terminantur, excepto ita quia nisi, *producuntur, ut* propterea interea si etsi. Quae in n desinunt, si a uel i ante eam habuerint, producuntur, ut an sin alioquin; ceterum breuiantur, ut tamen, exceptis eis, quae positione fiunt longae, ut ast.

Accusatiuae praepositiones solae, quae in a exeunt, producuntur, ut intra et una monosyllaba cis; ablatiuae uero corripiuntur omnes, ut ab, exceptis monosyllabis, quae aut in uocalibus constant, ut a, aut uoca- ‖ f. 55[b] ‖libus terminantur, ut de; communes uero praepositiones correptas esse liquet, ut in super. Nec de loquelaribus praepositionibus *reticendum,* tametsi non fine, sed principio semper uerborum *ponantur,* quae sunt am co con di dis re se; quod am et dis positionem quaerunt, ut amplector disiungo, et ideo longae sunt. Co dichrona est, ut coerceo conecto; con longa, ut conlatio; di longa, ut dirigo; se longa, ut secerno; re ubique breuiatur, ut remitto, excepto refert, cum 'distat' significat, ut:

Praeterea iam nec mutari pabula refert.

---

*Cod. Bern. 432 saec. IX—X f. 55[ab] post Sergii de littera etc. tractatum p. 485, 7 K:* cano troię. | ꝺe ultımıs sẏl · comıs p̃ · pot̃ aꝺq; ınt̃ıect̃· 3 Coniunctiones] *Cf. Seruii de finalibus p. 454, 24—26 K, Beda de metris p. 2363 P.* ferme *Beda* 4 ita qui nis propterea | ita quia nisi producuntur ut *Beda* 6 caeterum breuiatur attamen. Quamuis, produciiur; caeterae breuiantur, exceptis *Beda* sunt longae at ast aut etc. *Beda* | fiunt longe 8 Accusatiue] *Cf. Seruii de finalibus p. 454, 27 — 455, 2; Beda p. 2363 P.* Praepositiones accusatiuae solae *Beda* sole qua in a eunt 9 monosyllabis. Ablatiuae corripiuntur, ut ab *Beda Putschii* ablatiue 10 aut uocalibus constant *Beda* 11 uero *om. Beda* 12 liquet *Beda* | licet in super sub subter *Beda* reticendum *Beda, om. cod.* 13 non sine sed principio semper uerborum qua sunt | non in fine sed in principio semper ponantur *Beda* 14 con co quodam et dispositionem querunt 15 ideo *Beda* | idem *cod.* longe dychronu est | dichronae *Beda* con longa ut conicio *Beda* 16 re autem ubique *Beda* 17 ut remuto *Beda* excepto cum refert distat 18 nec iam *Beda* fabula] *Verg. Georg. III 548*

Digitized by Google

Et unum uerbum, reicio, ut

Reice ne maculis infuscet uellera pullis.

Omnes interiectiones si monosyllabae fuerint, producuntur, ut heu; ceterae uero *exemplo* similium partium orationis aestimandae sunt. Item interiectiones omnes, ut **Audacius** ait, quae de Graeco sermone mutuati sumus, ideo in nouissimis syllabis fastigium capiunt, ut papae attat. Eodem modo et ceterae similiter *uel acutum* uel circumflexum in ultimo sumunt accentum.

1 unum *om. Beda* 2 infulcet uellera pulnis] *Verg. Georg. III 389* 3 Omnes] *Cf. Seruii de finalibus p. 455, 3—5; Beda p. 2363 P.* ut heus producuntur *Beda* ceterum similium 4 estimande | existimandae *Beda* 5 ut audatius ut que de greco sermone mutati Audacius] *Audacis cod. Bern. 336 saec. VIII—IX f. 45ᵃ:* interiectiones omnes quia de greco sermone mutuati sumus, ideo in nouissimis syllabis fastigium capiunt ut pape attat hoc hem et cetere similiter uel accutum uel circumflexum in ultimo sumunt, *cf. Keil. Herm. I p. 333* 6 fatigiunt capiunt pape eoð moð et ceī simiſ uel circumllexum 7 uel acutum uel circumflexum *Beda et cod. Audacis.*

---

*Eadem igitur non nisi paucis mutatis apud Bedam p. 2363 P. leguntur.*) Neque tamen Bedae ipsius excerptum in omnibus illis codicibus Sergiano libro adiectum esse putabimus, quoniam Bedam Seruii copiis liberrime usum esse constat, quod Keilius cum uidisset, in adnotatione critica opusculo de finalibus subiecta ad Seruii uerba uel emendanda uel explicanda recte Bedam quoque adhibuit. Itaque Audacis de interiectionum accentibus disserentis locus, quem ex Beda deprompsit Keilius Herm. I p. 333, non ad Bedam ipsum, sed ad commentarios Sergianos pertinet Bedam aetate aliquanto antecedentes. Hoc uero non leuis momenti est ad Audacis aetatem accuratius definiendam.*

*) Corruit igitur Luciani Muelleri nostri iniquum de Seruii 'de finalibus' libello iudicium, quod schedularum fiscina sua nr. XX annal. Fleckeis. 1866 p. 564 seq. excussit, siquidem, qui a Muellero p. 565 affertur Seruii locus p. 453, 7 K, non et ab isto et a Beda eodem tempore ex Prisciano I p. 327 H. desumptus est, quia in tanta Seruii et Bedae similitudine Prisciani cum istis duobus cognationem nullam agnosco. Itaque uelim expromat sedulo uir doctissimus quas insuper huius libelli athetesi notandi rationes sibi inuenisse nisus est l. l. p. 565. Nos de hoc Seruii opusculo non aliter iudicamus, quam de reliquis qui Seruii uel Sergii nomine circumferuntur commentariis, non ipsius ad nostra tempora deuenisse Seruii praecepta, sed Seruiana et a discipulis olim uarie exposita et a posteriorum aetatum grammaticis denuo pertractata digesta dilatata coartata.

Digitized by Google

## Cap. III.

## DE CODICIS BERNENSIS 432 IN CETERIS SERGII SCRIPTIS RECTE RECENSENDIS AVCTORITATE.

*Codicis Bernensis 432, qui Sergii de finalibus f. 46ª—f. 49ᵇ, dein f. 49ᵇ—f. 55ª eiusdem de littera, syllaba etc. libellum continet, cum H. Keilius in tantum mentionem fecisset, ut praef. p. XLV Putschium hoc libro usum esse referret in opusculo quod est de finalibus edendo, p. XLVIII autem, quo de alterius libelli Sergiani subsidiis criticis agitur, nominasse librum nostrum satis haberet in neutrius commentationis editione habito eius respectu, iam, ut ne hanc quidem operis partem intactam relinquerem, postquam libri indole perspecta multa et proprie dicta et optime tradita deprehendi, nefas duxi, si, quod uir ille summus temporis angustiis oppressus olim conficere non potuit, id ego, dum late patent librorum nostrae bibliothecae aditus haec rura colenti, occasione rite oblata perficere supersedissem. Haec igitur est libri Bernensis, quem cum Keilii exemplo contuli, scripturae uarietas:*

1) *Seruii Honorati de finalibus, cod. Bern. 432 f. 46ª.*

p. 449 K. 1 *Deest titulus* | 3 proposueras (*suprascr.* tp̄ *m. II saec. X—XI*) | 4 audatia | 5 reddiderunt. INCIPIT DE FINALIBVS LITTERIS HONORATI (?). Quanquam, *sed titulus erasus est.* | 6 habemus, *m. II corr.* habeamus | 9 igitur] *in marg. m. II:* DE PRIMIS SYLLABIS | 10 considerauimus | 11 dypthongo |

p. 450, 1 queritur | 2 causas memora quo numine lego aut ex cōpositione | 3 quod est impius | 5 uel pronuba breuis est nu | 6 eueniri | contingit] *in marg. m. II* DE POSITIONE | positio, *add.* ne *m. II* | est *om.* | cum aut correptam uocalem duae | 7 sequuntur ut arma, *add.* arcus *m. II* | quamuis, *suprascr.* ł quaeuis *m. II* | 9 at iuno at uenus | qualibet | 10 praepositionibus, *suprascr.* cum *m. II* | 12 ex his praepositionibus | 13 disyllabis, *corr.* -um *m. II* | 14 indifferenter autem, *suprascr.* sunt *m. II* | trisyllabis, *corr.* -um *m. II* | 15 producuntur tamen, *corr.* tamtummodo *(sic) m. II* | tetrasyllabas, *corr.* -um *m. II* | 17 prę, in *add. m. II* | 18 precor, or *in ras.* | querellam, *priore l eras.* | et ea quae | 19 coniuntio|||||||| | 20 ex hisdem | de et pro *add. m. II* | 21 pronepus | 23 subter, *suprascr.* sunt *m. II* | in omni, *suprascr.* enim *m. II* | 24 in omni praeterito *om.* | modo, *corr.* -di | 26 legerem, *corr.* -am *m. II* | 29 uoui ram ro foueo ui ram ro *etc.*

p. 451, 1 labo bi ram ro aueo aui ram ro odio | eo ii uel iui ram ro seuio ui ram ro queo queui ram ro | 4 in tempore praesenti | 6 syllabys | pendeo pependi *om.* | tondo, *suprascr.* eo *m. II* | 8 pependi EXPŁ DE PRIMIS SYŁ. INCIPIT *(hucusque titulus erasus est)* DE MEDIIS SYL-

Digitized by Google

LABIS | 9 dypthongis | 10 sed positione, de *add. m. II* | dýpthongys | 11 autem quasi adcantus dictus est | 12 uoces, *corr.* -is *m. II* | accentus hi sunt duo ad metricam rationem ad ea quae tactamus (*sic*), *suprascr.* i· glosa *super* ad metricam rationem *m. II* | 13 quoties | 14 pronuntiamus, *suprascr.* ł enun *m. II* | mœnia macula tabula | quoties | 16 correpta proferuntur, *corr.* correptam proferunt *m. II* | 17 in medio | ut lego legis | 19 b m et t ut legebam legemus legetur, *sine accentibus* | cetera autem melius | 20 quia accentus, *corr.* qui | et tetrasyllabis et tetrasyllabis, *altero* et tetrasyllabis *linea inducto et suprascr. m. II* et in polisyllab | 22 constet edicimus | 23 accentu pronuntiabimus inuenimus, pronuntiabimus *m. II del.* | 24 penultimam | 26 subiectae. EXPŁ DE MEDIIS SYŁŁ INCIP̄ *(hucusque titulus erasus est)* DE FINALIB; SYŁŁ. | 28 ul consul, *om.* ut |

p. 452, 1 n ut carmen us ut iustus ir ut uir | caput, *add. m. II* d ut aliud | 3 et sirien, i *eras.* | hac sunt | 4 titan, *corr. m. II* | delfin | lac, *om.* et | 6 habuerit, *suprascr. m. II* fuerit terminatus | 7 ut aer ęther | 8 dysyllabis | autem ut, *suprascr. m. II* et in | 9 polisyllabis | monsyllaba | 10 disyllaba | 11 monosyllaba, *sic semper corr. m. II l. 11 et 12* | 12 ut glis, *suprascr. m. II* ł dis | hannibal uel animal et canibal (*sicut Putschius*) | 13 sibi *om.* | 14 regulam sibi sumunt | 15 modis |||||| producitur ||||||||||||||||||||||. *Secuntur duae lineae ita erasae, ut quid olim scriptum fuerit, colligi nequeat; pergitur uerbis: 'ut proles prolis' (18); manu II in margine superiori scripta sunt haec:* Cum autem nominatiuus quintę fuerit declinationis ut dies diei (*suprascr. eadem manu:* i· tunc long̃ est) et alio modo es (*suprascr.* s. syłł.) producitur cum totidem syllabas genitiuus habuerit quas et | 18 tertio uero loco, *suprascr.* modo *m. II* | genetiuus | 19 in medio habuerit | 20 quarto loco, loco *del.* et *suprascr.* modo *m. II* | 21 ducte, *corr.* -ta | quinto loco, *suprascr.* modo *m. II* | 22 paries quies eriges, *corr. m. II* aries | 23 breuiabuntur, bun *eras.* | e in medio, *suprascr.* mediam *m. II* | genetiuo | correp̄, *del. et suprascr.* breuem *m. II* | 24 os igitur monosyllaba (*corr. m. I?*) | 26 aut trisyllabis | 27 uenerit o et | producta natura | tunc | 28 fuerit o aut dypthongon | 29 greco | conpotis ut, ut *eras.* | deloy̆ | 30 crescente longa (*suprascr. m. II* u litera) permanserit | ut uirtus uirtutis tellus telluris *suprascr. m. II* | 31 palus *om.* | 32 ut est sterelisque, *corr.* sterilisque *et suprascr.* hec *m. II* |

p. 453, 1 genetiuo | correpta fuerit (fuerit *linea inductum est*) aut mutata permanserit aut non creuerit | 3 genetiuus, *om.* et | ablatiuus sĩng | 4 grecos | tertie | 5 tantum *in ras.* | 6 producitur ut ab | quod, *del. suprascr. m. II* quia | non huius famis, *suprascr. m. II* huic famei non huic fami | 7 et *om.* | grecis | littera *om.* | ut pallas palladi | 8 grecis | tamen, *corr.* tantum | breuis est | 9 terminatur, *corr. m. II* fuerit ter-

Digitized by Google

minatus | tessegia, g *eras.* | ł delon, ł *eras.* | 11 grecis | 12 paupertas huius paupertatis o paupertas | 13 grecis | 14 grecis | breuiatur, *corr. m. II* breuis est | 15 et uocatiuus et accusatiuus pluralis | 16 producuntur corripiuntur (uero *add. m. II*) in neutro | 17 sunt quaedam greca | ante es litteram | 19 in masculino genere | 20 has arcadas o arcades alias longe sunt | 21 grecis | ut philemon, *suprascr. m. II* ł eleon | 22 si his, h *eras.* | 23 greca | n terminatur, *corr.* in terminatus *m. II* | ut arcas arcadim, *linea inducta, quibus suprascr. m II* arcasin | 25 In hac regula omnia nomina, omnia *lin. ind.* | 26 in eo | 27 producuntur, *corr.* producitur | 29 indiferenter |

p. 454, 3 EXPL DE FINALIB SYLL INCIPIT *(hucusque titulus erasus est)* DE UERBO | 4 nutriemus, *suprascr. m. II* ut nutriremus | 8 adsum ades prosum prodes possum potes | producuntur, *corr.* producitur | 13 DE ADUERBIO | el ut semel er ut pariter am ut tam | 14 ut forsan forsitan | e, *suprascr.* uero *m. II* | 16 grados | seruant | 18 finita, *suprascr. m. II* aduerbia | 19 heri (*m. I*) | 20 indiferenter | s si ante a[illegible]uerit ·nt alias ·producitur | 21 breuiantur | 22 aduerbia autem | 24 EXPLICIT DE ADUERBIO INCIPIT (*hucusque titulus erasus est*) DE CONIUNCTION. Omnes fere, fere *lin. ind., suprascr. m. II* uero | 27 DE PPOSITIONE Accusatiue, *suprascr. m. II* uero | in a exeunt ut citra contra ultra et una (*corr. m. II*) | 28 ablatiue | longe | 29 aut a uocalibus | 32 illuc |

p. 455, 1 uellaera | 2 nascentium | 3 DE INTIECTIONE | producantur, *corr. m. II* | 4 cetera, *in marg. m. II* ł ceterę | existimandae] obseruandae | 5 pape | 6 hae, *suprascr. m. II* ł hęc | obseruandae, *suprascr. m. II* ł da | 7 dypthongon | longe sunt. EXPL HONOR | INCIP COMENTARIU SEREGII (*corr.* SERGII) DE LITTERIS. Littera dicta est etc.

2) *Sergii de littera de syllaba de pedibus de accentibus de distinctione, cod. Bern. 432 f. 49b.*

INCIP COMENTARIU SEREGII (*corr.* SERGII). DE LITTERIS.

p. 475 K. 5 legittera | 6 ostendit uel quod possit scripta deleri | 7 litterae uocis articulate quod cōmunis | soluitur | 8 uerba autem denuo in litteris | 9 habent a quo soluatur Ideo tam phylosophy attomos dicuntur | 10 XXIII quarum aū prima diuisio uocales s̄ uō quinque a e i o u, *mediis omissis* | 12 Dictae autem sunt | quae per se prolate et sole posite | 13 igitur |

476, 1 in eadem syllaba *om.* | ipse | i *om.* | iecur | 2 uulgus, *corr.* uultus | 3 potestatem transeunt ut diximus | 4 sonum suum | 5 medie | 6 inter se *om.* | et bene donatus has litteras dicit in quibusdam (q̄b; dā) | 7 suum *om.* | 8 suum *et* sonum *om.* | rubor | 9 nec consonans nec uocalis hoc est | 10 inter q littera et aliam uocalem | 11 quia alteram consonantem habet ·i· q | 12 illa uocalis | quare quia quomodo | 13 proprium est

Digitized by Google

u ud digammon | 15 haec *om.* | grecorum quod caractera eius | 16 at colens. Ẽ enim greci quibus sermonibus | 17 pro helena | 19 nihil obsit | 20 si trahitur u | 21 remanet | 22 dixit | negari | 23 inuenitur | geminato in uno uerbo eo is | 24 dicronas | 25 greci tres vocales α ε ι | omnes et corripiuntur | 26 ·:item ·:igitur:· | unus ubique | 27 a[d]spirari | solis *om.* | 28 quoties | 29 ut thẏoso uocalis uero ut hasta herimus hyrcus heris homo humus | 31 dicte | uoces | 32 habeạut | inchoant et in naturam desinunt sonum ε f. |

477, 1 habent tantũ ł quendam si. u leuem | 3 sublatis etiam quinque | 4 liquide postposite | 5 quae ipsis sibi | 6 praeposite | iure depereunt ut mnesteus sublata etiam | 7 y et z remanent hac quae | 8 ponuntur | 9 mute | brunta | cremen | plenus | 10 inuenimus d uerum t uerum in paucis ut ·exeant. lauit quo in plato hoc est exaruit et deponus si quis | 13 mute | quae a se incipiunt et in uocales desinunt | 14 sonum hñt | superflue | 15 rationem hñt | 16 kalende kartago | 17 quoties | praeponebant praestantius est ut tunc | 18 debeat | 19 que qñ | aequis | 20 scripserunt | pro hoc | 21 excludenda | pro signo *om.* | aspirationis | pro littã ponitur. Nam | 22 aspirationis notam h habent ⊢ quod dasian | 23 similitudinem eius et psẏlen ⊣ | his sonatis | 24 H si medium eius | 26 digna uera est | 27 una *om.* | contra legem duarum litterarum consonantium tenere uim desiderat | 28 ẏ et z greci esse uoluerunt. Illud preterea, *ceteris omissis.*

478, 2 quod consonantium ista natura sit ut quedam erant | desinunt | 4 quaedam — desinant *om.* | iste sole reperte sunt k h q y z | 5 a[d]uertendum | 6 accidunt nomen quod | 7 caracter quod figuretur | intellegitur | 8 an semiuocalis, *corr.* -es | an mutę |

EXPL̄ DE LITTERA INCIPIT DE SYLLABA.

10 quasi syllabanin ta eo quod complectatur et conglutinat | 12 unde in q̃sitione | 13 ratio deposcit | 14 etiam *om.* | quia *om.* | 15 aut longo dicimus igitur | 16 natura ut ae oe eu ei aut dypthongon aut singularum | 18 productione u. a. e. o positionis modis fiunt IIII | 19 in una dupplicem | 21 ut nenus at uates (at *in ras.*) aut in unam positam | 22 Breues autem syllabae ille sunt quae nihil harum | 25 ciclopes | 26 uasto que abrupte ciclopes | 27 sequuntur | f *om.* | semiuocales | 29 sonum | flagilla | 30 due | sequuntur | est *om.* |

479, 1 plerisque, a *om.* | 3 honus | uocalem *om.* | 4 sequuntur it prior | 5 est *om.* | spissa cona | 8 longa *om.* | 10 quodsi haec | 11 desinit consonantem sed nuda fit | 12 facit ·i· est longa | 13 dehinc] de | elefanto | 14 dypthongon | 17 alia *om.* | 19 cessaris | 20 sab ilio | 23 sequitur z ut mezentius exuuias, *ceteris omissis* | 24 nemorosa zantius | 25 quia et | 26 grecum enim, *om.* est | 27 tellorum cõplectitur, *om.* alis | 29 amduxit littora xerses. Sciendum est hoc in omnibus grecis metricis syllabam |

Digitized by Google

p. 480, 1 cisuris pentimemere exceptimemere quas utrique | 2 aenidorum | ita ut arma uirumque cano troiae qui primus ab oris, *ceteris omissis.*

FINIT DE SYL· INCIPIT DE PEDIBUS.

5 quod quasi | 6 pes eo quod, *om.* hoc | aduorsum utimur | 7 saphicum | 8 unum pedem quemque habere in secretum | 9 ut spondeus, *om.* est | 11 et ceteri *om.* | 12 scire autem debemus | 14 parte et thesis | 15 tempus, *om.* et | si *om.* | 16 est *om.* | uirgilium | 17 duo longe | 18 his notis spondeum figurare pirrichium sicut etiam, *figuris omissis* | 19 grecos | metrorum quae | 20 ut ex *om.* | spondeacum | trocheo trochiacum | 22 pirrichius | trocheus | 23 hi sunt | molosus anapestus dactilus | amphimachrus | 24 bachius antibachius | hi sunt | 25 ditrocheus | coriambus | 26 peon, *semper* | 28 sinsugiae nascuntur. sinsugia est | 30 propter hoc | disyllabarum nec trisyllabarum nec quadrisyllabarum |

p. 481, 1 esse putauerunt | si dicam aedificium edificatio orationibus ratiocinatio. haec sunt nomina quae sunt integra | 2 pedi conueniunt. exciditur enim | 3 sinsugiae | quia diuise per diuidentes | 5 aedificio iterum in coriambum et pirrichium aedificio | 6 incurrunt | 7 in paeonem tertium — 8 ratiocinationibus *om.* | 8 anapestum | 11 pedes *om.* | in diuisionum formas | 12 amphibrachis | 15 quarum prima diuisio | 17 ut est dactilica diuisio. dupla diuisio est quoties | 18 uincit duplo | et in his, *om.* est | 19 trocheo | 20 et sequens unum uel eius sescupla | quoties | 21 demedietatem duplo | dictum est sescupla quod | 22 significat *om.* | minus dupla a dupla. aliud, *om.* est | 23 eius ·i· plus enim laborat, *om.* illa pars | quae ·i· habet eius duo | 24 aliud cum tria, *om.* est *et* ueniunt | duos | quia | 25 dactilicam | 26 peonicam | 27 idcirco *om.* | 28 quia uelut positi | metri redigerent ·i· in uerso | 29 legitimi hi sunt in heroico uersu | 30 non fuit *om.* | legitimos sed tamen et ipse est ex sublatione | 32 qm̄ oN̄ s̄ ex pedibus | sed natura a ternas, *om.* et usque |

p. 482, 2 quod senarum | trisyllabis | 5 INCIP̄ DE ACCENTIBVS | 7 in uoce nostrae electionis seruant | dictus est autem | 8 est *om.* | gręce | quod est prosadiā | 9 latini auentus | acutus *om.* | 10 q̄ fit | grauis, *om.* ita | circumflexus *om.* ita | 11 hyphen ita ⌣ *om.* | 12 hoc est inter diastole et apostrophon | 13 ideo, *om.* hoc | 14 arum similitudo notharum | 16 superioribus | uoce | 17 electionis | arsin et thesin q̄ | quanquam | 18 non est odierno | 20 nam si *om.* | syllabarum *om.* | 21 penultimum | acutus accentus — 22 nisi paeneultimum *om.* | 23 in syllabis | fuerit correpta, *om.* uel | 24 uel ambe, *bis* | 25 coniuncti s̄ | 26 pirrichius | 27 uel quanto numero | tunc erit | cum trisyllabae | 28 naturaliter breues | anima uel macula uel quicquid | 29 horum exemplorum | 30 et molosso | 31 syllabae a fine | longe si fuerint | 32 longa in dactylo et anapaesto in amphimacro in amphybrachio |

Digitized by Google

p. 483, 1 cui tamen | fit *om.* | longa in bachio naturaliter et antibachio cui temp̃ sit longa media positione. hucusque | 3 huiusmodi | 4 acutus trisyllabis | 5 positione sit longa | 6 latebre colubri natura | ut michenas | 7 uero sit longa | 9 longa sit | 10 acutum accentum habet' ut nóx páx | 11 disyllabis et in | quantũuis numerũ | 12 peneultimum | 13 ubi, *om.* ut | ita sit | 14 accentu trocheus | itã monosyllaba | 15 illum habebit, *om.* accentum | 17 potest | 18 cà téllus grauem accentum ponere | 19 item circumflexu, *om.* cum | 20 uerum q; | fiat | 21 communem eandem | 23 malè sânus interealoci | 24 huiusmodi dictionibus | yfen | 26 debere minutius non minus | 27 est qmõ yfen | 29 duobus accentibus iure | 31 certum potuer̃ tenere accentum | 33 greci autem | 35 accentuum aut sepe |

p. 484, 1 yphen | qui | separant | 2 latebras *sine acc.* | 3 latebras *sine acc.* | 6 peneultima | quod nullum uerbum latinum | 8 pone *sine acc.* | 10 uirgilio | ergò | 12 Hyphen uirgula nota, *om.* est | iungit a·conectat subposita | 14 interea loci *sine nota* | cui tamen ita res exierit | yphen | 15 haec | 16 crepte uirginis *sine nota* | 19 mutu | grecorum | dasen et sylen | 21 simulare H. | 22 INCIPIT DE DISTINCTIONE | 23 dicta *om.* | 25 genere dicitur tamen accipimus | 26 media distinctione subdistinctione *om.* | 28 plene | adpositum *om.* | 29 semiplene | 30 positum medie | suspense | 32 perhiodos | 32 nihil ne | praesidium tenuit palatii | uigiliae urbis |

p. 485, 3 diuersum significat | liberes, *corr.* liberi | 4 oratium | 5 post duos uel tres, *om.* pedes *et* post | 6 aeneidiarum (*corr. m. II*) | arma uirumque cano item *om.*

*Sequitur 'de ultimis syllabis coniunctionis praepositionis atque interiectionis' caput, quod edidimus supra p. CXCVI.*

# VII.

# DE IVLIANO TOLETANO GRAMMATICO CVM EXCERPTIS EX EIVS OPERE DEPERDITO INEDITIS.

---

*Ea codicis Bernensis 207 ars, quae fol. 18^b incipit* (**INCIPIVNT PARTES MAIORES DONATI.** Partes orationis quot sunt? ϽC Octo. Δ Quae? ϽC Nomen pronomen etc. Δ Quomodo partes orationis? ϽC Partes elocutiones. Δ Quomodo oratio dicitur ęlocutio. ϽC Idest oris ratio quia quicquid loquimur per has octo partes orationis loquimur, *et in marg. eadem manu:* ¦| aut nomen aut pronomen aut quamlibet de istis VIII partibus etc.) *summam similitudinem contraxit cum arte Iuliani, cuius excerpta H. Keilius uol. V, p. 317 seq. ex editione Romana, quae una extat anno MDCCXCVII per Franciscum cardinalem de Lorenzana curata et auctarii loco Patrum Toletanorum uolumini II adiecta, repetiuit. Vnde fit, ut corruptis nonnullis Iuliani locis medela certissima adhiberi possit. Id instar omnium de loco p. 323, 11 praedicari potest, qui apud Keilium lacuna infectus est. Nam haec habes in codice Bernensi:*

Cuius diuisionis est? Aequae. Quomodo? Arsis habet duo tempora, thesis duo. Vnde habet etymologiam (ethim-)? Anap(a)estus dictus, quia ludis et remissoribus pes ipse dicatus est. Qui pes est isti contrarius? Dactylus. Ex quibus syllabis constat? Ex longa et duabus breuibus – ⏑ ⏑ ut candida. Quot tempora habet? IIII. Cuius diuisionis est? Aequae. Quomodo? Tanta tempora habet arsis (ha-), quanta et thesis. Vnde habet etymologiam? Dactylus dictus est apotu dion dactilon etc.

*Haec uero similitudo ita conparata est, ut uel in ipsis uocabulis uel in sententiis singulis interdum interrumpatur atque ita interrumpatur, ut quasi duas artes manibus tenere uideamur. Quae ratio quo melius intellegatur, Keilii excerpta cum codice Bernensi conferemus, omissis, quae mera librariorum uitia esse iudicabuntur.*

*F. 317, 3 — 318, 5 eadem fere utrobique habentur:*

p. 317, 5 putes si adsumam 6 diuidam illum per sillabas sillaba quae remanserit diuidam illam per litteras, ultima littera quae remanserit, *praeclare* 8 inchoauit a nomine et non a littera. *Deinde in cod. Bern.*

*haec insuper secuntur, quae apud Iulianum (p. 61 ed. Rom.) antecedunt:* Nomen quare dictum? A notamine eo quod res notas faciat uel quod notitiam cuiuslibet rei nobis insinuet. Quomodo? Puta si uideam hominem incognitum similiter et psittacum (siptacum), de nomine eius non interrogem. Vadit, sed (se *cod.*) uenit quis et dicit mihi: 'Scis hominem illum?' Dico: 'ego nescio', cum iam eum uidissem et cum eo locutus fuissem, sed quia de nomine eius non interrogaui, ideo nec figura corporis eius adh(a)esit animo meo. Vadit et adducit hominem illum et dicit: 'Ecce homo, de quo loquebamur.' Iam cum hoc audio, ex cognitione nominis eius et ipsud nomen et figura corporis eius adh(a)eret animo meo, et ideo dicta sunt nomina quasi notamina, idest demonstrantia. *Haec apud Iulianum aliter se habent sic:* Nomen quare dictum est? A notamine — puta si uideam hodie psittacum, de nomine eius non interrogo. Vadit se psittacus, uenit quis: interrogat me et dicit: 'Scis psittacum'. Dico: 'nescio'; cum iam illum uidissem. Sed quia de nomine eius — corporis eius animo meo adhaesit. Vadit et adducit psittacum ad me et dicit mihi: 'Ecce psittacus, de quo loquuti fueramus.' Dum hoc audio, statim ex cognitione nominis eius et res ipsa, et nomen ipsum adhaeret animo meo. Et ideo dicta — notamina, idest rerum demonstratiua. 10 quia *om.* nomen sit 11 habebit enim, *optime* (habuit R) 14 accedant debet qui aliquam rem definit 16 seiungat. Δ Hoc autem (his aut *cod.*) seiungat quid est? ‖ f. 19ᵃ ‖ Separet. Ita ut prius 17 est *om.* obseruans 18 proprium, *om.* est 20 illum 21 quod tantundem (tandem *cod.*) homini accedit unde et audax 23 ut puta ueluti si quaeras 24 risu 25 super terram monetur 27 aut cuiuslibet rei inpulsu 28 et angeli

p. 318, 1 rationi et homo 3 et animalia risu 4 separauit (-bit *cod.*) 5 tantundem homini non aliis rebus *om.* et non alia res.

*Iam eius excerpti, quod p. 318, 7—16 propositum est, prior quidem pars cum cod. Bern. ita congruit, ut tantummodo u. 11 pro his: 'de suo artificio indiget' illic scribatur: 'indiget perfectionis, dum per se naturaliter plenum est'. Cetera uero toto caelo diuersa sunt, quamquam prima sequentis sententiae uocabula eadem utrobique sunt: 'iam si dixero perfectior'. Codex enim Bernensis haec subinde addit f. 20ᵇ:*

perfectissimus accepta conparatione incipit esse non plenum. Qualitatem ut bonus malus. Qualitas quare dicta? Quia per eam qualis quisque sit ostenditur, ut bonus malus. Fac inde conparationem etc.

p. 318, 18 oriantur 20 debentur 21 quae nec gignunt nec gignuntur *om.* 22 non proprię. Quae? neutrum et comune. Quae sunt principalia genera 23 Quare dicta principalia? quia neutrum et commune de utroque nascuntur. Tota genera etc., *ceteris omissis* 26 aut sunt 27 Sunt naturalia, sunt ex arte descendentia *om.* 28 cuius naturam, *optime* (personam *Iulianus Keilii*) ut masculus femina, *haud*

Digitized by Google

*male.* 30 ut petra terra paries. Et ubi natura uel ars genus non demonstrauerit, quid faciendum est? Auctoritas 31 auctoritas maiorum defuerit, quid faciendum est? Scribsit Varro ad Ciceronem: 'potestatis nostrae est illis rebus dare genera, quae ex natura genus non habent, secundum qualitatem (*cod.* qualitatis) locutionis similis quaerenda est oratio et sicut placitum nobis manet, dicitur unicuique nomen'. Vbi discernuntur ista genera? etc.

*Subsistamus paululum: iam uides, Varronis locum in cod. Bern. multo accuratius referri, quam a Iuliano factum est ceterisque artigraphis, quos l. l. Keilius enumerauit de eadem re disserentes. Nam haud dubie uerba: 'secundum qualitatem — unicuique nomen' ad Varronem referenda sunt, quippe quae ab artigraphi Bernensis atque ipsius Iuliani dicendi usu procul abhorreant. Vnde, ut iam de ceteris grauioribus, quae inter Iulianum codicemque Bernensem intercedunt, discrepantiis taceam, concludi potest, artis Bernensis scriptorem non ex Iuliano hausisse, nonnullis uel de suo uel ex aliis artibus passim insertis, sed e contrario aut Iulianum artigrapho Bernensi usum esse aut communem ambobus fontem praesto fuisse. Qua de re certius tum demum iudicabimus, cum cetera quoque, quae a Keilio excerpta sunt, perlustrauerimus.*

p. 318, 35 quando dico hic masculini generis est, quando dico hec feminini, quando dico hoc neutri

p. 319, 1 comunis, *om.* pro *et* dico. quando hic et hec et hoc omnis, *ceteris omissis.* 4 posita, *suprascr. m. II* s. scripta 5 personamque interdum recipit *om.* 7 ipsud, *om.* paene 8 et nomen pene sed non plene. Quo modo? Si dicam: Virgilius scribsit bocolicam, Virgilius georgicam, Virgilius Aeneidos ecce sepe repetita 11 anferret et ornatum locutionis induceret nomen positum pronomen 13 quod et nomen uelud si dicam: Virgilius scribsit bocolicam, ipse georgicam, idem Aeneidos, dum dico nomen 14 tultum uero nomen 15 nam quis fecisset non ostendo ac si dicam: quis scribsit hunc librum? dicit mihi quis liber ipse. Dum dicit ipse, res quae factae sunt ostendit. Nam quis fecit, non ostendit, quia nomen eius qui fecit, non dixit.

*Quid uero Iulianus? Pro iis, quae modo attuli, haec exhibet:*

Sicut si dicas mihi 'quis scripsit etymologias?' dico 'Isidorus', ecce dictum nomen Isidori et res, quae factae sunt et quis fecisset, ostendo; item dicis mihi 'synonyma quis?' dico 'ipse'; ecce tultum nomen Isidori, positum pronomen ipse, res quae factae sunt, ostendo; nam qui eas fecisset, non ostendo.

*Nonne satis mirum, Isidori nomen et scripta a Iuliano in firmanda aliqua regula commemorari, ab artigrapho Bernensi plane omitti? Quod quomodo fieri potuerit, haud intellegas, si ex Iuliano artem Bernensem fluxisse statuas, praesertim cum Isidori nomen illis temporibus notissimum*

Digitized by Google

*fuerit. Ob eam causam ne in communi quidem utriusque scriptoris fonte id nomen lectum fuisse arbitror, sed a Iuliano suo Marte adhibitum esse. Quid quod ne Eruigii quidem regis Gothici nomen, cuius bis fecit mentionem Iulianus quippe aequalis sui (cf. Keil. praef. ad Iulianum p. 314. 315) in arte Bernensi legitur? Nam cum in tractatu de nomine f. 120ᵇ cod. Bern. 123 (qui Iuliani partem continet) p. 68, 36 ed. Rom. habeas:*

Genetibus quur dictus? a genere querendo ut puta si interroget me quis cuius filius est etericius? Respondeo illi per genetibum casum 'iohannis'. Quomodo uel cuiuslibet rem significando, puta si interroges me 'cuius equus?' Respondeo tibi per genetibum casum: 'domni eruigii regis' —

*in arte Bernensi fol. 22ᵇ non nisi haec sunt:*

genitiuus cur dictus est? a genere querendo uel cuiuslibet rem significando, quia per eum genus cuiuscumque notamus uel rem significamus, ut puta huius magistri filius, huius magistri domus.

*Et altero loco Iulianus f. 121ᵇ cod. Bern. 123; p. 76, 66 ed. Rom.:*

Ideo dicitur minus quam finitum eo (ego *cod.*) quod de cognita et absente persona loquar, ut puta scis domⁿum eruigium ipse est prince(p)s spanie —

*artigraphus uero Bernensis f. 26ᵃ:*

Non possum dicere ipse nisi de eo quem tu nosti aut ego aut de eo quem tibi antea commemoraui; puta, si dicat mihi quislibet: scis donum dei et post aliquit adiciat: ipse legit mecum grammaticam, commemorationem facit absentis et notae personae.

*Quibus omnibus certissime euincitur, artigraphum Bernensem ab ipso Iuliano minime pendere. Quem si e contra ab illo doctrinam suam petiisse dicam, non ita uereor, ne audacior in coniectando esse uidear. Sed transeamus ad ea, quae reliqua sunt, inuicem inter se conparanda atque perpendenda.*

*Quod apud Keilium sequitur excerptum p. 319, 21—26, illo quidem loco in cod. Bernensi non legitur, sed in fine f. 29ᵃ ita:*

In quibus qualitatibus diuiduntur ista pronomina? A Donato in duabus, finitam et infinitam, a Probo in quattuor, finitam et infinitam, minus quam finitam et possessiuam, a Pompeio in uiginti unam: finita tria ego tu ille, infinita VII: quis qualis talis quantus tantus quotus totus, minus quam finita VI: ipse iste hic is idem sui, possessiua V: meus tuus suus noster et uester. Quae potius tenendae sunt? Aut illae duae aut illae plures. Nam qui quattuor adnumeranit, multum praetermisit.

*Quo loco primum id est monendum, artigraphum Bernensem multo accuratius quam Iulianum de Probi diuisione rettulisse; Probus enim quartum pronominum genus non dixit 'articulare', quod refert Iulianus, sed 'minus quam finitum', cf. Probi instituta artium p. 131, 26; p. 132, 6. Nam quae Probus de articulo disserit p. 133, 10, ad unum pronomen*

Digitized by Google

*'hic' pertinent. Deinde animaduertas quaeso, Pompeium a Iuliano ordine peruerso laudari, ab artigrapho Bernensi eodem ordine, quo Pompeii locus in libris manuscriptis legitur, cf. Pomp. p. 201, 29—34 K. Itaque, etiamsi communem utrique scriptori fontem praesto fuisse statuamus, Bernensem certe artigraphum multo melius atque accuratius eo usum esse dicemus. Quaprapter nemo, opinor, me increpabit, quod artis Bernensis et scripturae discrepantias et grauiores dissimilitudines sedulo adnotandas suscepi maioremque illi quam Iuliano fidem habendam esse contendo.*

*Sequens Keilii excerptum apud scriptorem Bernensem sic se habet f. 28ᵇ:*

Quisquis cuius figurae est? Conpositae ex duobus integris pronominibus. Quisnam similiter. Quis pronomen est, nam coniunctio: ex duabus partibus unum efficitur pronomen conpositum. Cuius generis est? Aput nos masculini: 'quisnam uir facis' et 'quaenam mulier'. Aput ueteres uero communis (-ni *cod.*) generis habebatur. Da eius exemplum. Quisnam es tu mulier qua emetam inconsueto nuncupas nomine. Quispiam eiusdem. Quae figura est? Conposita: quis pronomen est, piam nomen est. Cuius generis est? Communis. Quomodo? 'Quispiam uir' et 'quispiam mulier', et pro neutro 'quodpiam mancipium'.

Quomodo declinanda sunt ista pronomina conposita? Quando ex duobus nominatiuis (-bis) conposita fuerint, ambo nominatiui (-bi) inflectendi sunt, ut quisquis cuiuscuius etc., quando uero ex nominatiuo et quolibet alio casu conposita fuerint, ille nominatiuus erit | f. 29ᵃ | tantum inflectendus, ut quispiam cuiuspiam etc. In quibus qualitatibus etc., *cf. supra.*

*Ex hac igitur artis recensione, ut alia taceam, u. 33 Iuliani uerba restitui possunt, quae a librariis oscitantibus misere corrupta sunt: delapsi sunt enim eorum oculi ad ea, quae u. 28 et 29 leguntur. Sed utrum extrema quoque uocabula 'aliquid et cetera' a librariis corrupta sint, an Iulianus ipse isto 'et cetera' adposito se reliqua lubenti animo praetermisisse significare uoluerit, haud ita certo definiri potest.*

p. 320, 1 Item *om.* quid accidit 3 interiectio exultantis ut heu quod est 4 quidam dt̃ 5 metum ut attat quomodo sic solitum est infantum nutrices minare totto 7 et quae sunt similia *om.* ad significationes partis istius pertinet discernenda sunt ita.

*Interiectionis 'totto' Smaragdus quoque meminit fol. 111ᵃ fragmenti Bernensis, quod infra proponam:* Prohibentis ut 'tuto'; sic enim infantibus comminatur. Nam et in Teodisca lingua illud 'totto' prohibentis habet intellectum —, *sed ita, ut ex alio quodam fonte illa petiisse putandus sit. Nam et apud Iulianum et apud artigraphum Bernensem post 'attat' nonnulla intercidisse uidentur, quae apud Smaragdum integra adesse uides. Caueas autem, ne Iulianum ob id pleniore quodam quam auctorem Bernensem fonte usum esse credas, quod illa:* 'quando prohi-

Digitized by Google

betur comedere terram' *addidit; talis est enim eius additamenti habitus, ut ex Iuliani ipsius ingenio profectum esse possit.*

p. 320, 10 Quot sunt partes artis grammaticae? Duae. Quae? Prima est quae scribitur per moforam et anteforam 12 paruulis et infantulis tantum, ut possint scire quemadmodum sit ars, ut plerumque infantes memoriam sequantur, non tantum responsionem, quoniam infantes debent scire, non solum intellegere, sed etiam respondere secundum intellectum, eo quod nihil habeat difficultatis, quae difinitur ab octo partibus orationis, idest a nomine etc. — ab interiectione. Secunda est pars et ipsa uberior modicum habens difficultatis, quomodo interrogare et respondere possint, quae data est maioribus et minoribus. Est enim . . . . . atque robusta et incipit a littera, quae et uberior.

*Quae si cum Iuliano conferas, cum apud hunc manca quaedam atque male inter se cohaerentia proferri, in arte uero Bernensi eadem bene conglutinata et uno quasi tenore explicata uideas, iam iam suspitio oboritur, Iulianum ipsius artis Bernensis excerptorem fuisse. Idem ex sequentibus concludi potest.*

p. 320, 18 Incipit de finalibus syllabis. Vm terminatus qualis est? Breuis est ut templum. Dicit tamen Donatus 21 difficile erit, dicit, ut exemplum, *om.* certum exinde *om.* nominatiuus *om.* 22 quare m — incertum est *om.* 24 in latinum 25 latinum uero nomen inueniri non potest in hac syllaba 26 en terminatus, *om.* quando aut breuis 28 apud Graecos autem semper longus est *(optime)* ut pecten flamen lien pollen quomodo pecten pectene dicitur flamen flumina lien splene pollen polline 30 terminatus fuerit aut breuis semper *om.* 32 ar terminatur aut breuis 33 quid est nar naris far farina aut ex polisyllabum idest plurimis syllabis. In polisyllabis qualis est? Dicit Donatus 35 in genitiuo ante ultimam syllabam producunt ut coclear sublegar, tamen

p. 321, 1 hoc auctoritate tirsumque tenens et sublegar accusatiui (!) 5 (f. 53 b) pes et certas syllabas habet et certa tempora. Quomodo? Puta si dicam spondius 7 longas *om.* tempora quattuor si dicam pirrichius et certas syllabas habet duas et certa tempora duo, sic et unus quisque pes. Quare dicuntur pedes? Quia 8 pedibus gradimur iter 9 per pedes conputare (*leg.* ambulare, *conf. Alcuini artem gramm. p. 2086, 22 P:* Pedes dicti eo quod ipsis [*cod. Bern. 123* per ipsos] metra ambulent) 14 illud *om., om.* 15 sibi *om.* euindicat 16 in prima syllaba 17 et thesis unam nam si paenultimo — thesis duas *om.* 21 constet. 22 quisque pes ut puta habebit 23 unusquisque pes secundum qualitatem et quantitatem syllabarum tempora habebit 24 an non 25 Christi — sermonibus *om.* trocheus 26 antibaccus da eius 27 negaret. Nam et hic de solido fit excisio et fit antibaccus pes. 28 scisa solidari possunt terrentianus 29 scisa 30 scisa 32 et *om.* scis-



Digitized by Google

sae solidantur syllabae et solida 33 et solidatur. Quomodo? Quia nu alia 34 scinditur et n littera cum t et e priore syllaba solidatur, u quae remanet, cum i quae tertia est in scissione syllaba solidatur et per scansionem (-e *cod.*) in metro secunda efficitur et facit tenuia ut pes dactilus in capite uersus occurrat: ecce scissio et solidatio.

*Hic quoque ars Bernensis et accuratione et bonitate Iuliano multo praestat.*

39 notandus est ita ⏑⏑ et sic similiter *om., pro quibus haec inseruntur:* si spondeus per duo I iacentes ita – – et sic per unumquemque pedem in breuibus et longis syllabis ista figuratio est.

p. 322, 1 facit 2 iambicum si trocheus trochaicum sic et toti. 4 iambustrocheus. Trisyllabi pedes octo qui sunt tribrachis molosus anapestus dactilus amfibrachis amfimacrus baccius et antibaccius 6 qui sunt 7 ionicus maior ionicus minor 9 qui sunt duplices 10 breuibus ⏑⏑ 11 quot tempora habet harsis 13 quia *om.* 14 achillis. quomodo? eo 18 et correptione pirri 19 quomodo est illi contrarius? Quia sicut ille 19 ita isti 20 longis – – 21 quia *om.* 22 apotospondiazin idest a tractu tractim 23 spondim et hii qui tibias 24 spondiales dicuntur. Qui pes sequitur? Iambus. Ex quibus syllabis 25 longa ⏑ – ut parens tempora habet harsis 27 quia *om.* 28 iambiazin 29 maledictum sint 30 a iamba tarsa muliere *(optime!)* 31 usa 32 duabus idest *om.* 33 breui – ⏑ ut pulcher Tria. quot tempora habet harsis et quot thesis? harsis habet duo thesis unum. 34 de longa 35 decedens (*an* decidens?) trochos enim graecae rota dicitur unde quia uelociter currit trocheus dictus est. Qui pes sequitur? Tribrachis. Quibus sillabis constat? Tribus breuibus ⏑⏑⏑ ut dominus

p. 323, 1 quia *om.* 2 coreus, *corr.* corios tribrachis quia sit ex brachis 3 est isti molosus. ex quibus 4 longis – – – ut eneas 5 quia *om.* 6 et *ante* thesis *om.* 6 ethimologiam. Molosus dictus a molosorum 7 neoptolomei et andromacis 9 longa ⏑⏑ – 10 seq., *conf. supra p. CCIV* 12 cantum mater eius turno patri celebrauerit 14 dactilum uocant 14 dactylus — 17 digiti dactyli *om., bene, quia a toto eius tractatus habitu ista definitionis duplicitas abhorret, quam Iulianus aliunde petiuit.* 18 eo quod eo plerumque pede heroum res facta narretur, *om.* isto metro. Qui pes sequitur? amphibrachis ex quibus 19 ex tribus idest *om.* breui ⏑ – ⏑ 21 quomodo a donato incognitus, *male, sed librarii uitio* 23 consistenti. quis est isti contrarius? Amfimacrus 24 longa – ⏑ – 25 quia *om.* duo tempora sescuple qualis sermo est 26 in latinum. dimidium 27 a duplo 28 hinc et inde habeat 29 interiacenti 30 longis ⏑ – – 31 arsis — tria *om.* 32 palimbacius dictus est eo quod bacchis 33 uel quia — celebrantur *om.* 35 breui – – ⏑ 36 ethimologiam antibachus dictus eo quod

38 (f. 60ᵛ) Item omnis barbarismus duobus modis fit tantum. Item

Digitized by Google

autem pronuntiatione aut scribto quia scribtis hoc uitium inuenitur aut in pronuntiatione nostra profertur cum non scribtis sed comune loquimur. Idest barbarismus quia scribto aut

p. 324, 1 item adiectionem detractionem inmutatione et transmutationem 3 adspirationis adiectio litterae fit autem scribto uel pronuntiatione barbarismus per adiectionem litterae, sicut relliquias 4 qum 6 ut non ab hii se rat. 7 profugus lobinia quum italiam correptam 9 et nutribam pro nutriueram. per detractionem syllabae 10 salsamentum pauimento et currum pro curru 11 noxiam 12 item per inmutationem 13 pro illi i littera in o mutata, per inmutationem syllabae ut permicies pronicie 15 be enim 16 gessit bellum 17 cleupatra 18 interpella pro interpella transmutatis enim litteris dicta sunt, per transmutationem 19 ut disciplina, *corr.* displicina *m. II* per transmutationem temporis, *om.* ut 22 (f. 67ᵃ) metalemsis 23 addidit 24 aliquid 25 conputat grani, per granos 26 pro eo quod per singulos annos ista colliguntur *(optime!)* 27 metalemsis 29 quae manus carte nodosaquae

---

*Iam uidimus, Iulianum auxilio codicis Bernensis non solum emendari, sed lacunis quoque (cf. p. 323, 11 K) liberari potuisse. Restat, ut Iuliani codicem ipsum, quo usi sunt et editionis Romanae olim auctor et Keilius nuper, Vaticanum non solum disiectis olim particulis prauo foliorum ordine conglutinatum, id quod iam Keilius uidit, sed etiam in singulis partibus peruerso ordine scriptum esse conprobemus. Quod de illa opusculi parte ualet, qua de generibus metrorum agitur. Postquam enim (cf. Keil. p. 314 med.) Iulianus octo metrorum genera principalia esse statuit, dactylicum iambicum trochaicum anapaesticum choriambicum antispasticum ionicum a maiore et ionicum a minore, miramur in singulari tractatione finiri opus metro antispastico explicato:* 'da eius exemplum. uolans ecce gerens arma ruitque laetus' (armauitque letus. Item ecce gerens armauitque letus *cod. Bern. 207 f. 77ᵃ*), *p. 57 ed. Rom. Haec igitur in arte Bernensi suo omnia ordine rite exposita sunt metris ionicis a maiore et a minore ultimo loco explicatis.*

*Sed accedamus ad maiora. Secundum codicem Vaticanum Iulianus Donati artem minorem (cf. Keil. p. 314 not.), artis maioris eam partem, quae agit de uoce, de littera, de syllaba, de pedibus, de tonis atque de posituris, deinde barbarismum ceteraque uitia et eius generis similia, denique metra commentario uberrimo instruxit, deest uero artis maioris octo partium orationis expositio. Hoc mirum sane, praesertim cum cetera Donati opuscula accuratissime respexerit. Et reuera Iulianum ea quoque tractauisse necesse est statuamus, si ipsius uerba, quae de artis minoris maiorisque diuersitate fecit p. 320, 10 seq. K, accuratius expendamus.*



Digitized by Google

*Quid quod ille, quem desideramus in codice Vaticano, tractatus in codice Bernensi 207 f. 81ᵇ — 101ᵃ integer seruatus est? Sed antequam ad eam disquisitionem accedamus, eius artis excerpta proponamus omnium earum rerum, quas maioris momenti esse duximus.*

## DE PARTIBUS ORATIONIS.

‖ f. 81ᵇ ‖ Partes orationis sunt octo etc. Octo sunt partes orationis, sine quibus loquutio esse non potest. Ex his duae sunt principales partis orationis, nomen et uerbum. Quomodo? Quia a nomine et uerbo omne, quod loquitur, adimpletur. Latini articulum non adnumerant, Graeci interiectionem. Quomodo? Graeci in numero partium nobis coaequantur et in uocabulo discrepant. Quomodo? Sic habent octo partes, quomodo et nos, sed in uocabulo discrepant: Graeci segregant articulum et pronomen et habent illum super se partem et iungunt interiectionem aduerbio et habent illam unam partem. Latini iungunt articulum pronomini et habent illam unam partem, segregant interiectionem ab aduerbio et habent octo partes, sicut et Graeci. Quare illam segregant ab aduerbio? Eo quod non semper sequatur uerbum. Multi plures, multi pauciores partes orationis putant. Quomodo? Alii habent duas, alii quinque, alii octo, alii nouem, alii decem, alii undecim. Qui habent duas? Aristoteles duas tradidit partes, nomen et uerbum. Istae aliae quomodo habebantur? Pronomen iungebant nomini, eo quod fungatur officium nominis; aduerbium iungebant uerbo, eo quod cohaereat uerbo et significationem ipsius uerbi et explanet et adimpleat; participium iungebant nomini et uerbo, eo quod partem capiat a nomine et partem a uerbo; coniunctionem iungebant nomini et uerbo, eo quod clausulas male cohaerentes coniunctione ornemus; praepositionem iungebant nomini et uerbo, eo quod omnibus partibus praeponatur et sibi ipsi; interiectionem iungebant nomini et uerbo, eo quod omnibus partibus interiaceat et sine ipsis proferri non possit.

Qui habent quinque? Stoici. Stoici quomodo dicti? Ab stoa porticu. Nam stoa Graece, Latine porticus dicitur. Mos erat aput filosophos, ut in una porticu congregarentur et ibi disputarent et inde ab stoa porticu Stoici dicti. Quae sunt istae quinque? Nomen uerbum coniunctio prae‖ f. 82ᵃ ‖positio et interiectio. Istae aliae quomodo habebantur? Pronomen iungebant nomini, eo quod fungatur officium nominis, aduerbium iungebant uerbo, eo quod cohaereat uerbo. Qui habent octo? Graeci et Latini. Sed Graeci in numero partium nobis coaequantur et in uocabulo discrepant. Quomodo? Quia Graeci segregant articulum a pronomine etc. Puta si dicas Graece 'hic', quae pars orationis est? dico: articulus est; si Latine dicas, pronomen est; si dicas Graece 'eu', quae pars orationis est? Dicis: aduerbium est, si Latine dicas, quae pars orationis est? dicas: interiectio est. Qui habent nouem? Graeci, qui habent octo ueluti nos

---

*Titulus litteris secretis scriptus, quarum clauis eiusdem codicis f. 2ᵇ sub paginae finem extat, ita resoluitur*: de partibs oratiō 5 greci, *semper* coaequant 8 super ad se] *An*: superfluam? 11 illas 14 aristotelis 17 cohererat 18 implet 20 coherentes coniunctionem 26 portico 31 cohereat 32 coaequant 34 articulum

et segregant articulum a pronomine. Qui habent decem? Aristotelici decem categorias adnumeranerunt, octo quae ad oratores pertinent et duas, quae ad filosophos. Quae sunt ipsae duae? Energiam et hypostasin, idest quod fit uel quod in substantia est. Qui habent undecim? Aristotelici. Qui decem? Iterum segregant articulum a pronomine. Verum ex omnibus tres sunt, quae sex casibus inflectuntur etc.

. . .

## DE NOMINE.

. . .

Nomen unius hominis, appellatio multorum uocabulum est. Quomodo? Veteres ipsud dicebant nomen, quod unusquisque proprium habet, sicut Etcrius Fabullinus. Apellatio multorum. Quomodo? Puta si dicebant homo uir mulier, non dicebant hoc 'nomen', sed 'appellationem'. Vocabulum rerum. Quomodo? Quicquid ad possidendum pertinet, puta uinea agrum domum, non dicebant illud nomen, sed uocabulum, sed modo nomina generaliter dicimus. Quomodo? Vnaquaeque res secundum genus suum nomen habet.

. . .

|| f. 82ᵇ || Praenomen quid est? Vt puta Flauius † domus egi carex uir inlustris Trasemundus. Quibus personis accidunt ista praenomina? Ingenuis tantum, non seruis, et si uolo dicere seruo meo 'Lucius Sallustius', cognomen illi erit, non ista praenomina uocantur, quia proprium est, quod nomen dicitur, ut puta si dicam 'Trasmirus', cognomento Lucius, quod in babtismi gratia ista cognomina.

. . .

Agnomen quid est? Quod ex multis accidentiis accidit, ut puta 'Ausonius cocus', 'Vincila lentiarius', 'Arcontius plumator'.

. . .

Quot sunt ista agnomina? Multa sunt. Quot sunt notata? Decem. Quae? Ex laude, ut Metellus Creticus, qui Cretam subegit; quia pugnando sibi subiecit Cretam, inde uocatus est ita. Ex meritis, ut Torquatus Mallius, qui condam Gallum occidit, cuius torquem suo collo conectit. Mallius enim habuit nomen, pugnauit contra Gallum, occidit illum, et quia mos erat Gallis, *ut* in suis collis aureas torques conecterent, tulit Gallo Mallius torquem et collo suo conectit. Ex fortuna, *ut* Crassus *Diues* et Sylla Felix, quia mos illis erat in deliciis uiuere. Ipsud fortuna *idem est*, quod est consuetudo. Ex augurio, ut Coruinus ab augurio corui, quia corui solitus erat obseruare augurium, inde ita uocatus est. Ex natura, ut Curius Dentatus, quia cum dentibus natus est. Ex moribus, ut Tarquinius Superbus, quia superbia utebatur, ideo uocatus est ita. Ex aetate, ut Bimus Trimus. A qualitate, ut Sapiens Insipiens. Ab ordine, ut Primus Secundus. A quantitate, ut Paruus Magnus. A gente, ut Graecus Spanus. Appellatiuorum nominum species multae sunt. Quot sunt notatae? Viginti septem || f. 83ᵃ ||. Tantum ipsae uiginti septem? Addidit Sergius et octauam ex aetate, ut bimus trimus.

. . .

---

3 ypotasin 5 qui decem] *Fortasse:* quomodo, qui decem? 16 flabius 17 accedunt 23 lentiarius] *an*: lancearius? 24 decem] *Sunt undecim.* 25 metallus 27 gallus, *corr.* os 28 Tallius (m *supra*) occisit 29 ut *om.* 30 ex fortuna grassus dines *om.* ut silla 31 diliciis fortune quod est 33 cornus solitus 34 curus qui tarquinus 35 etate 39 ipse 40 Sergius] *Intellexit, ni fallor, [Sergii]*

|| f. 83[b] || Sunt alia homonyma, quae una appellatione plura significant, ut nepos acies aries. Quare dicuntur homonyma? Eo quod in uno nomine plurem habeant significationem. Nepos quomodo est homonymum? Nepos dicitur filius filii et nepos dicitur prodigus uel luxoriosus, qui male uiuendo suam substantiam defraudat. Da eius exemplum. Dicitur et consumptor nepos, qui auorum et parentium deuorat terram in more scorpii, qui deuorant terram. Scorpii enim uxor nepa dicta est, a quo nepotes terram deuorantes. Cicero in Catilinam: 'quis ganeo aut quis nepos'. Acies quomodo est homonymum? Acies dicitur exercitus, acies oculorum, acies ferri. Da exemplum exercitus.

Hinc acies atque hinc acies adstare Latinas.

Da ferri.

Stat ferri acies mucrone corusco.

Da oculorum.

Huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem.

Aries quomodo est homonymum? Aries dicitur ueruex et aries dicitur, quod genus est machinamenti, unde murus expugnatur.

. . .

|| f. 84[b] || Inter quotus et totus est aliqua discretio an non? Est. Quomodo? Totus et ad ordinem pertinet et ad numerum, quotus ad ordinem tantum. Quomodo? Puta si dicat aliquis: 'quintus est Vincila in ordine suo', dico ego consensu animi mei 'totus', idest 'sic est'. Quot naturaliter breue est, quotus, quod inde descendit, originem seruat suae principalitatis. Tot breue est, totus, quod inde descendit, mutat originem suae principalitatis, quia longum est. Da eius exemplum.

Totus et ille dies et qui nascetur ab illo.

. . .

## DE COMPARATIVO.

. . .

|| f. 85[b] || Saepe autem comparatiuus gradus praeponitur superlatiuo, ut stultior stultissimo et maior maximo. Quomodo? Quantum ad rationem pertinet, iunior seniori praeferri non debet, sed inueni contra regulam, ubi comparatiuus superlatiuo praeponatur. Da eius exemplum. Tiburtius uir pulcherrimus corpore, sed pulchrior mente.

. . .

|| f. 86[a] || Plerumque superlatiuus pro positiuo positus minus significat et nulli comparatur, ut Iuppiter optimus maximus. Quomodo? Iouis dicebatur, qui imperauit omnibus. Mos erat antiquis, ut dum mortuus fuisset eorum princeps, ad similitudinem eius erigerent statuam, et adora-

*explanat. in Donatum lib. II p. 536, 28:* alia aetatem ut bimus trimus, *quod eo conprobari uidetur, quod similia fere, ac Sergius p. 535. 536, de cognominibus tradidit, cf. infra ad u. 8* octabam

1 omonima, *semper* 3 pluram 5 suam suim 6 consumtor deuorant 8 in cantilena quis ganea Cicero] *in Catil. II 4, 7, cf. de toto loco [Sergii] explanat. p. 538, 10 seq., ubi Keilius non debebat 'dixit' ante 'Cicero' inserere.* 11 Hinc acies] *Verg. Aen. VIIII 550* 13 Stat ferri] *Verg. Aen. II 333* 15 hunc geminas] *Verg. Aen. VI 789* aspicite 16 neruix 17 macenamenti *De ariete apud Sergium nihil inuenitur dictum, neque exemplum: 'Hinc acies' ab illo adfertur* 20 Vincila etc.] *Recte igitur mihi uideor p. CCXIII 23 'lancearius' coniecisse* 21 quod 27 sepe 29 praeferri, *corr.* praeferre 32 prae positiuo 33 iupPiter

Digitized by Google

bant eam ueluti uiuentem hominem. Post discessum Iouis facta est idola similis illius. sic eam uocabant 'Iuppiter optimus maximus'. Sed quia non erat ibi similis, qui illi praeferretur aut cui ille praeferretur, iste superlatiuus uel pro positiuo accipiendum est. Item conparatiuus nominatiuo iungitur, ut doctior hic quam ille. Quomodo? Puta si dicam: 'doctior Vincila, quam Arcontius'.

. . .

## DE GENERE.

. . .

Eunuchus quid intellegitur? Vir effeminatus. Comoedia quid? Mulieres meretrices. Tragoedia quid? Carmen luctuosum uel strangulatio gutturis uel sonus suffocatio.

. . .

|| f. 86[b] || Alia sono masculina, intellectu neutra, ut pelagus uulgus. Quare? Sono masculina sunt, sed intellectu neutra. Da eius exemplum. 'Altum pelagus ferit';

Vulgus et innumerum releuans ad sidera duxit......

Balneum in singularitate cuius generis est? Neutri. Da eius exemplum. 'Si balneum, ubi calefactio?' Et in pluralitate? Feminini. Da eius exemplum. 'Ne ipsae balneae corruant, ubi Cerinthus lauat ueritatis inimicus'. Tartarus cuius generis est? In singularitate masculini. D. e. e.

Tartarus horrens.

Et in pluralitate cuius? Neutri. D. e. e.

Tartara saeua petisti dura claustra diruens.

Caelum in singularitate cuius generis est? Neutri. D. e. e.

Caelum mane rubens futuros nuntiat imbres.

Et in pluralitate cuius? Masculini. D. e. e. 'Caeli caelorum et aquae, quae super caelos sunt, laudent nomen domini.' Porrum in singularitate cuius generis est? Neutri. D. e. e.

Caepe allium porrum † iruca fulfica blitus.

Et in pluralitate cuius? Masculini, hi porri. Locus cuius generis est in singularitate? Masculini. D. e. e. 'Hic locus nempe uocitatur aula.' Et in pluralitate cuius? Neutri. D. e. e.

Sunt loca, sunt fora, sunt.... quos tuearis amice.

Sunt item nomina incerti generis inter masculinum et femininum, ut cortex silex radix fi|| f. 87[a] ||nis stirps pinus pampinus dies. Quare dicitur incerti generis? Quantum in singularitate, quantum in pluralitate, et masculini et feminini generis inuenitur. Cortex quomodo? *Hic* cortex facit in singularitate, *hae* cortices in pluralitate. Quomodo? 'Validi ilices' et 'amarae cortices.' Silex quomodo?

Stat acuta silex.

Radix in singularitate cuius generis est? Feminini. Da eius exemplum. 'Radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur.' Finis quomodo? Omnia nomina inanimalia Romana

---

2 iup*piter 3 preferretur 4 prae positiuo 8 eunucus comediae 9 traguedia stranguilio 10 nox sonum offucatum 14 et in numero se libans, *cf. p. CCXVI 18* 17 chirintus 22 seua 28 cepe alium 29 hii 32 *Post* sunt *unum uocabulum excidisse uidetur.* 34 stirpis 36 hic *addidi* 37 hae *addidi* Valisidilices et amare

Digitized by Google

simplicia nis syllaba terminata masculini generis sunt, ut puta panis crinis amnis. Stirps quomodo? 'Stirpis et † optine meliore propagine colendus.' Pinus quomodo?

Fraxinus in siluis pulcherrima, pinus in hortis.

Pampinus quomodo?

Pampinus uuifera uitis sarmenta reuestit.

Dies quomodo?

Primus in orbe dies lucis primordia sumpsit.

Item:

Prima dies lux est terris, mors una tenebris.

Sunt incerti generis inter masculinum et neutrum, ut frenum clipeus uulgus specus. Quomodo? Quia et masculini generis inuenitur et neutri. Frenum quomodo?

Nec non et stabulis frenos audire sonantes.

Et in pluralitate:

Frena regendorum retinet firmissima regnum.

Clipeus quomodo? 'Clipeus et hasta si apparuerit.' Item:

Vulgus et innumerum releuans ad sidera duxit.

|| f. 88[a] || Quicquid ad mensuram uel ad pondus pertinet, generis sunt neutri et semper singularitatem habent et non pluralitatem excepto 'sal', quod est generis masculini et pluralem recipit. Da eius exemplum. 'Sales tui sine dente sint.' Et 'faba', quod est generis feminini. Da eius exemplum.

Disce libens.... pallentem sumere fabam
Nutricem uocis monachorum semper amicam.

. . .

## DE FIGVRA.

. . .

|| f. 88[b] || Item 'in' praepositio est, 'ex' praepositio est, 'pugnabilis' nomen est. Quare 'pugna' una pars non est et 'bilis' alia? Si per u fuisset scribtum, illut 'pugna' debuerat una pars esse et illut 'uilis' alia, sed quia per b scribitur, nihil est. Ista nomina, uelut in primo tractatu adnotata sunt, ita et hic quaerenda sunt, sed longum est scribere, quia rare nobis pergamena largiuntur a Principe.

. . .

## DE VERBO.

. . .

|| f. 94[a] || Sicut in primo tractatu tota adnotata sunt, ita hic interrogentur.

. . .

1 sillaba 2 propage 4 Fraxinus] *Verg. Ecl. VII 65* pulcerrima in ortis 6 ubi fera reuesti 8 Prima] *Dracontii hexaem. u. 1* 16 firmissimum 17 asta 24 *Lacunam post* 'libens' *significaui* pallantem 29 illut bilis 30 uelut in primo tractatu] *cf. artigraphum Bernensem Iuliano consimilem f. 22*[a]: Ex pluribus ut inexpugnabilis inperterritus. Quomodo? In praepositio est, ex similiter, pugnabilis nomen est. Quare non facis pugna una(m) partem et bilis alteram? Si per u fuisset scribtum, poterat fieri sed quia per b scribitur pugnabilis, una pars est. Inperterritus quomodo etc., *cf. Iuliani p. 68 ed. Rom.* 31 quaerendae 32 purgamena 34 Sicut] *Hoc post uerbi definitionem sub eius tractatus initium adnotatum est.*

Digitized by Google

Inpersonalis 'legitur'. Hic non est modus, quia currit per modos. Quomodo? Inpersonalia uerba per modos currunt. Nam faciunt indicatiuum modum 'pudet me' etc. Sic et ceteros faciunt modos. Hunc quidam modum pro genere et significatione uerbi accipiunt. Quare? Quia per totos modos currit, et ideo pro genere uerbi, non pro modo accipiunt.

. . .

|| f. 95[a] || Sunt etiam neutra, quae i littera terminantur, ut odi noui memini. Habet praesens tempus aut non? Non habet, set futurum habet, ut odero nouero meminero. Da eius exemplum.

Odero si potero, sed non inuitus amabo.

. . .

## DE PARTICIPIO.

. . .

|| f. 99[b] || Aduerbium de participio fieri posse nonnulli negant, sed hos plurima lectionis reuincit auctoritas. Indulgens uero participium indulgenter facit aduerbium, sicut amans amanter et cetera.

. . .

## DE PRAEPOSITIONE.

. . .

|| f. 100[b] || 'Vsque' praepositio plurimis non uidetur. Quomodo? Quia sine aliqua praepositione proferri recte non potest. Vnde et adiungitur utrisque casibus, ut est: 'usque ad amicum ambulaui' et 'usque ab alto descendi'.

. . .

|| f. 100[b] || Vtriusque casus sunt praepositiones quattuor: in sub super subter, quae quando motum significant, accusatiuo casui seruiunt, quando situm, ablatiuo, ut superius diximus.

. . .

Separatae praepositiones acuuntur. Quomodo? Si a suis casibus separentur, acuto pronuntiandae sunt accentu. Coniunctae casibus aut loquellis uiam suam saepe commutant et graues fiunt; praepositiones aut ipsa uerba conrumpunt ut conficio. Quomodo? Tulta praepositione con nihil remanet. Aut ipsae conrumpuntur, ut suffero. Quomodo? Si subfero fuisset scribtum, praepositio esse debuit. Aut conrumpunt et conrumpuntur, ut suspicio. Quomodo? Sus nihil est, picio similiter. Item post et ante *et* circum utriusque casus adiunctas inuenimus, et 'post dominam meam stabam' et 'post domino meo ambulabam'. Sed scire

---

1 mudus  2 currit nam facit  3 facit  6 terminatur  7 et futurum  9 si non inuitatus  15 proferre  20 ut superius diximus] *cf. artigraphum Bernensem f. 44[b]:* Da utriusque casus praepositiones. In sub super subter. Quare dicuntur utriusque casus? Quia et accusatiuo casui seruiunt et ablatiuo. Quando seruiunt accusatiuo casui? Quando motum significant (-at *cod.*). Quando ablatiuo? Quando situm. Motus quid intellegitur? Corporis mobilitas. Et situs? Statio uel sedulitas etc., *cf. Iuliani p. 107 ed. Rom.*  22 separatae] *Don. p. 391, 11*  23 pronuntiande Coniunctae] *Don. p. 391, 11. 12*  24 ut loquellis uiam suam sepe comutat  25 ipse  26 Tulta] *cf. Iulianum p. 319, 14. 18 K.*  ipse  Aut ipsae] *Don. p. 391, 13*  27 sufficio  subfero] suf. etius  28 Aut conrumpunt] *Don. p. 391, 14*  29 Item] *Don. p. 391, 15*  30 ante circum  adiunctus] *cf. Don. p. 391, 16 not.*  31 Sed scire] *Don. p. 391, 16*

nos conuenit, praepositiones ius suum tunc obtinere, cum praeponuntur; subpo|| f. 101[a] ||sitas uero et significationem suam et uim nominis et legem propriam non habere. Quomodo? Si casibus suis non praepositae fuerint, nec significationes suas, idest motum aut situm, nec nomen praepositionis habebunt, nec legem propriam retinebunt, ut est 'pube tenus'. Separatae praepositiones separatis praepositionibus non cohaerent, et aduerbia facit, si quando illam non sequitur casus, ut est hoc:

Pone subit coniux, ferimur per opaca locorum.

Sunt qui putant accidere praepositioni figuram et ordinem: figuram, quia sunt praepositiones simplices, ut abs, conpositae, ut absque; ordinem, quia sunt praepositiones praepositiuae, ut sine, sunt subiunctiuae, ut tenus. Sed nos et his similia in his numerabimus, quae inaequalia nominantur, sicut uerba inaequalia dicuntur, quae de sua declinatione in alienam transeunt. Ita et praepositiones, si suis casibus non deseruiunt, ut subiungantur et non praeponantur, inaequalia dicuntur.

## DE INTERIECTIONE.

Interiectio est pars orationis interiecta aliis partibus orationis ad exprimendos animi affectus. Quomodo? Sicut in primo notata sunt, ita hic interrogentur. Sed haec a Graecis aduerbiis adplicantur, quod ideo Latini non faciunt. Quare? Quia huiuscemodi uocem non statim subsequitur uerbum. Licet autem pro interiectione etiam alias partes orationis singulas pluresue subponere, ut 'nefas' 'pro nefas'. Quomodo? 'Nefas' nomen est, 'pro nefas' interiectio est exprobrantis. Accentus interiectionibus certi esse non possunt, ut fere in aliis uocibus, quas inconditas inuenimus. Quomodo? Sicut in peregrinis uerbis, aut in barbaris nominibus accentus certi non sunt, ita et in interiectionibus.

2 subposita 6 separatae] *Don. p. 391, 19* 7 coherent faciunt *Donatus* 8 illas *Donatus* 9 Pone] *Verg. Aen. II 725* coulax calorum 10 Sunt qui] *Don. p. 391, 20* 12 praepositiuae praepositiones *Donatus* 13 sed haec nos *Donatus* 14 numeranimus numeramur 19 Interiectio] *Don. p. 391, 26* 21 Sed haec] *Don. p. 391, 28* 22 adplicabitur 23 Quia] *Sunt Donati uerba p. 391, 29* Licet autem] *Don. p. 391, 30* 24 interiectionem plures uero 26 Accentus] *Don. p. 392, 2* 28 incognitas Sicut in peregrinis] *cf. artigraphum Bernensem f. 58*[b] (de accentibus): In interiectionibus et in peregrinis uerbis et in barbaris nominibus certi sunt accentus, an non? Non. Quid ibi faciendum est? In potestate uniuscuiusque consistit. Quomodo? Vt, cum necessaria fuerint, ita in metrica ponantur ratione, *cf. Iuliani p. 58 ed. Rom.*

---

*Perspectis igitur artis Bernensis, quos modo excerpsimus, locis summam et dicendi et tractandi similitudinem inter illam et Iulianum siue artigraphum Bernensem intercedere intellegitur. Sed profligatur quaestio, si uideas, in arte Bernensi conpluries mentionem fieri tractatus cuiusdam primi, in quo haec illa lucidius exposita esse dicuntur. Nam ubi-*

Digitized by Google

*que in artigrapho Bernensi siue Iuliano reuera omnia ista inueniuntur, quorum causa auctor artis Bernensis illo oculos suos reflexit. Eaedem enim sententiae iisdem fere uocabulis conpositae pleniore expositionis habitu illic prostant. Citatur autem tractatus primus f. 88*[b] *= artigr. Bern. f. 22*[a]*; f. 100*[b] *= artigr. Bern. f. 44*[b]*; f. 101*[a] *= artigr. Bern. f. 45*[a] *(de his omnibus cf. supra p. CCXVI 30. CCXVII 21. CCVIII 20); f. 99*[b]*: (de coniunctione)* quomodo adnectens ordinansque sententiam? Coniungens et ordinans sententiam et cetera q u a e i n p r i m o n o t a t a s u n t t r a c t a t u *= artigr. Bern. f. 41*[b]*:* quomodo adnectens ordinansque sententiam. Quia coniungit et ordinat sententiam. Quomodo? Puta si dicam: 'ego tu eamus ad forum', modo nec coniuncta est sententia nec ornata etc. *Iuliani p. 101 ed. Rom.; f. 100*[a]*: (de praepositione)* quae praeposita aliis partibus orationis mutat aut minuit. Quomodo? I a m s u p e r i u s (superus *cod.*) n o t a t a s u n t *= artigr. Bern. f. 43*[b]*:* quae praeposita aliis partibus orationis significationem earum aut complet aut mutat aut minuit. Quomodo pars orationis etc. *Iuliani p. 106 ed. Rom., et f. 44*[a]*:* quomodo mutat uel minuit? Vt felix infelix. Quomodo? Quia felix a felicitate dicitur, infelix, cui felicitas nullo modo accedit etc. *Iuliani p. 106 ed. Rom.; f. 95*[a]*:* Actiua quae sunt? Quae o littera terminantur et accepta r faciunt ex se passiua, ut est lego legor et cetera quae i a m i n p r i m o n o t a t a s u n t t r a c t a t u *= artigr. Bern. f. 35*[b]*:* actiua quae sunt? Quae in o desinunt ex se et accepta r littera faciunt passiua *('ex se' ante 'faciunt' collocandum)* ut lego legor. Quare dicitur actiuum? Eo quod actionem significet et accepta (-um *cod.*) r facit ex se passiuum *Iuliani p. 91 ed. Rom.*

*Inde efficitur, supplementum nos artigraphi Bernénsis manibus tenere atque ipsius Iuliani. Iam illud, expositis his omnibus, non uereor, ne mihi obiciatur refelli meam sententiam eo, quod in cod. Bern. haec ars artigraphum Bernensem non statim sequitur. Quae enim interposita sunt inter utramque artem, non nisi Seruii centimetrum continent, quod eam ob causam illic collocatum fuit, quia in extremo artigraphi Bernensis opere similis de metris tractatio locum obtinebat. Ceterum simili modo factum est, ut Donati ars minor in hoc ipso cod. Bern. 207 f. 2*[b]*—10*[b]*, maioris uero ea pars, quae de octo partibus agit, demum f. 101*[a] *seq. scripta inueniatur.*

*Superest, ut nonnulla ex artigraphi Bernensis arte minore etc. excerpta, quae grauioris momenti uisa erant, proponam. Iuliani uerba, sicut erant scripta in editione Romana, consulto intacta reliqui codicis Bernensis 123 scripturae discrepantiam subiecisse contentus.*

Digitized by Google

## DE NOMINE.

. . .

*Ars cod. Bern.* f. 19[b] Reprehenditur a quibusdam Donatus, quare conparationem inter alia accidentia adnumerasset, cum non saepe accidat nomini. Sciens Donatus, quia quamloque accidere debuit nomini, ideo illam adnumerauit inter alia accidentia. Culpatur a quibusdam, quare tantumdem sex accidentia adnumerauit Donatus, cum alii plures adnumerassent. Donatus, quod suo ingenio inuenire potuit, hoc adnumerauit, illud uero, quod naturaliter accidit nomini, non solum nomini, sed et omnibus partibus superfluum deputauit adnumerare. Quid est ipsud? Littera syllaba pes accentus. Quomodo? Quia non inuenis partem, quae sine littera sine pede sine syllaba aut sine accentu sit.

. . .

Quid est proprium? Quod unius est, ut sol luna deus. Quomodo dicis solem propriae qualitatis esse, cum dicatur: 'Soles ire et redire possunt'? Pro diebus hoc dictum est. Quomodo dicis lunam propriae qualitatis esse, cum dicatur 'luna prima' 'secunda' 'tertia'? Feriarum numerus hic tenetur. Deus quomodo dicis propriae qualitatis esse, cum dicatur 'deus deorum' et cetera? Pro principantibus hominibus dictum est.

. . .

|| f. 20[a] || Quare dicta conparatio? Quasi existimatio, eo quod conparando unum alteri ex conlatione alterius praeferatur senior iuniori. Quomodo? Puta: stant mecum tres, uenit quidam et dicit mihi: 'qui

---

SIMILITVDINES.

1 *Iulianus p. 63, 11 ed. Rom.:* Quare adnume rauitDonatus comparationem inter alia accidentia, cum non saepe accidat nomini? Sciens Donatus, quia quandoque nomini accidere debuit, ideo adnumerauit eam inter alia accidentia; *et supra p. 63, 10*: Quare tantummodo sex accidentia adnumerabat Donatus, cum alii plures adnumerassent? Donatus, quod suo ingenio potuit adinuenire, hoc dinumerauit. Illud uero, quod naturaliter accidit non solum nomini, sed omnibus partibus, superfluum deputauit enumerare. Quid deputauit superfluum adnumerare? Literas syllabas pedes et accentus. Quomodo? Quia non inuenies partem, quae sine litera syllaba pede aut accentu sit.

11 *Iulianus p. 63*: Da propriae qualitatis nomen. Sol: et quia dicit: 'Soles ire et redire possunt', pro diebus hoc dicit.

17 *Iulianus p. 64*: Quare dicta est comparatio? Quasi existimatio, eo quod comparando unum alteri praeferamus, idest seniorem iuniori. Quomodo? Vt puta, si stent mecum tres et ego quartus, uenit quis et dicit mihi: 'Isti

---

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

2 accedentia 5 adnumerabit 10 sine pedem 12 cum dicat soles ire] *Catulli carm V 4*: Soles occidere et redire possunt 14 cum dicat 15 cum dicat 18 iunior

---

IVLIANI CODICIS BERNENSIS 123 VARIETAS.

1 *Cod. Bern. f. 118*[a] 2 accidentias sepe quando que nomini eam accidentias, *lacuna aliquot litterarum in medio relicta* 4 quare tantumdem sex accidentias adnomerauit 5 potuit inuenire hoc denumera | uit 8 littera syllaba pede et accentu inueniet 9 qui sine littera 10 proprie 11 hoc dixit 12 *Fol. 118*[ab] 13 conparandum unum 14 tres mecum isti quid sciunt

Digitized by Google

sunt isti?' Dico: 'Careto Fronto et Seruandus.' Dicit mihi: 'quid sciunt?' Dico: 'notarii sunt.' Quomodo hoc sciunt? Docti sunt. Dum dico 'docti sunt', ostendo eos aequales esse. Dicit mihi: 'nullus melior ab istis?' Dico: 'doctus est Careto, doctior Fronto et doctissimus Seruandus.' Dum dico 'doctus est', ostendo illum aliquid scire; dum dico 'doctior', ostendo illum plus scire de docto; dum dico 'doctissimus', ostendo illum plus scire de docto et doctiore. Et quot gradus sunt in conparatione? Tres. Qui? Positiuus conparatiuus et superlatiuus. Tantundem ipsi tres? Aput ueteres habebatur et quartus. Quomodo dicebatur? Praelatiuus. Quomodo faciebant ipsam conparationem? Positiuus, ut doctus, conparatiuus tam doctus, praelatiuus doctior, superlatiuus doctissimus. Quare hoc faciebant? Dicentes: 'unusquisque quantum dat, tantum debet emere' ideo similem faciebant conparationem positiuo, nescientes quod illud 'tam' aduerbium est conparantis, quod habet in se significationem augentis. Quid ibi faciebant? Vitium. Quale uitium? Tautologia. Quid est tautologia? Eiusdem dicti repetitio uitiosa, ut 'egomet' 'ipse*met*'. Quomodo dicebant 'egomet' 'ipsemet'? Tamquam si dicerent 'ego ego' 'ipse ipse'. Et quomodo dicebant 'tam doctus' et 'doctior'? Tamquam si dicerent 'doctior doctior'.

* * *

|| f. 21ᵃ || Conparatiuus gradus cui casui seruit? Ablatiuo sine praepositione. Dicimus enim 'doctior illo'. Quomodo? Puta si dicam contra

---

SIMILITVDINES.

quid sunt?' Dico illi: 'Notarii sunt'. Dicit mihi: 'Quomodo hoc sciunt?' Dico illi: 'Docti sunt.' Dum dico 'docti sunt', ostendo illos aequales esse. Dicit mihi: 'Tamen quis melius ab istis hoc scit?' Respondeo illi, puta: 'Doctus est Cato, doctior Virgilius, doctissimus Donatus'. Dum dico 'doctus Cato', ostendo illum aliquid scire. Dum dico 'doctior Virgilius', ostendo eum plus scire de Catone. Dum dico 'doctissimus Donatus', ostendo eum plus scire a Virgilio et a Catone. 14. Et quot gradus sunt in comparatione? Tres. Qui? Positiuus comparatiuus superlatiuus. Positiuus plures formas habet. Exit in us ut doctus etc. 16. Tantummodo ipsi tres apud ueteres habebantur. Et quartus quomodo dicebatur? Praelatiuus. Quomodo faciebant ipsam comparationem? Positiuus, ut doctus; comparatiuus, tam doctus; praelatiuus, ut doctior; superlatiuus, ut doctissimus. Quare hoc ita faciebant? Dicentes: 'unusquisque quantum dat, tantum debet emere'. Ideo faciebant comparatiuum similem positiuo; nescientes, quod illud 'tam' aduerbium erat comparantis, quod in se habet significationem augentis. 17. Quid ibi faciebant? Vitium. Quale uitium? Tautologia. Quid est tautologia? Eiusdem dicti repetitio uitiosa, ut 'egomet ipse'. Nam quod dicebant 'tam doctus' et 'doctior', tamquam si dicerent 'doctior'.

20 *Iulianus p. 65. 66:* Comparatiuus gradus cui casui seruit? Ablatiuo sine praepositione: dicimus enim 'doctior illo'. Quomodo ablatiuo sine prae-

---

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

16 egomet ipse quando dicebant 18 diceret

---

IVLIANI CODICIS BERNENSIS 123 VARIETAS.

2 equales 5 de catomem 7 a catonem positiuus conparatiuus superlatiuus. tantundem ipsi tres apud ueteres habebatur 10 prelatibus 12 unus quis quantum 13 conparatiuo simile 15 augentes 17 si diceret 18 *Fol. 119ᵃ* conparatibus

Digitized by Google

regulam cum praepositione: 'doctior Trasemirus a Petro', ostendo illud, quod Trasemirus scit, a Petro didicisse. Iam si dixero secundum regulam sine praepositione: 'doctior Petro Trasemirus', ostendo Trasemirum plus scire de Petro. Ipse conparatiuus gradus quibus casibus seruit? Tribus. Quibus? Sexto septimo et nominatiuo interposita 'quam'. Quando seruit sexto? Quando dixero cum praepositione: 'doctior Trasemirus *a* Petro.' Quando septimo? Quando dixero secundum regulam sine praepositione: 'doctior Trasemirus Petro.'

. . .

Da exemplum congregati populi.

Hic populus dominum dura ceruice negauit.

Item: 'audi popule meus.' *Da exemplum arboris.*

Populus in siluis, abies in montibus altis.

Item: 'Subter populum et terebintum, quia bona erat umbra eius.'

. . .

|| f. 22[b] || Tantundem ipsi sex casus habentur in nomine? Est septimus et octauus. Quando erit septimus? Quando ablatiuus singularis sine praepositione profertur, ut puta: 'doctiore magistro utor.' Quando octauus? Quando per accusatiuum casum loquor, ut puta: 'ad cellam uado.' 'Ad'

---

SIMILITVDINES.

positione? Puta, si dicam contra regulam cum praepositione 'doctior Virgilius a Catone', ostendo, ut quod Virgilius scit, a Catone hoc didicisset: nam si dixero secundum regulam sine praepositione 'doctior Cato Virgilio', ostendo Catonem plus scire de Virgilio. 23. Ipse comparatiuus gradus quibus casibus deseruit? Tribus. Quibus? Sexto septimo et nominatiuo interposita 'quam'. Quomodo? Vt puta, si dicam cum praepositione: 'doctior Plato ab Aristotele', est sextus casus. Si dico sine praepositione 'doctiore magistro utor', est septimus casus. 'Stoico doctior Esidorus, quam Antonius' tunc deseruit nominatiuo, interposita 'quam'.

9 *Iulianus p. 66*: Da auctoritatem, ubi legatur pro hominibus. 'Hic populus Dominum dura ceruice negauit'. Da pro arboribus. 'Populus in siluis, abies in montibus altis'.

15 *Iulianus p. 69*: Tantummodo sex? Est septimus et octauus. Quomodo? Quando ablatiuus singularis sine praepositione profertur, ut puta 'doctore magistro utor', est septimus casus, quando per accusatiuum casum loquor, ut puta 'ad cellam uado'; 'ad' praepositio est, 'cellam' accusatiuus casus est: dempta praepositione 'ad' uerso accusatiuo in datiuum facit 'cellae uado'; tunc est octauus casus.

---

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

6 trasemirus petro 8 dictior 11 da exemplum arboris *om.* 12 populus] populus in fluuiis etc. *Vergilius ecl. VII 66* 17 praefertur 18 ad caellam

---

IVLIANI CODICIS BERNENSIS 123 VARIETAS.

2 uirgilius isrit 4 rathone plus in se conparatibus 5 quibus particulam sexto septimo] *Pro 'particulam' legas 'particula' idque post 'interposita quam' colloces.* 7 doctior magistro ut or est septimus casus. Si dico doctior esidorus 10 Da auctoritatem] *Fol. 119[b]* pro homines 11 pro arbores. Populis 13 *Fol. 120[b]* tantondem sex octabus 15 utorem septimus per accusatibo 16 ad praepositionem cellam 17 demta praepositione aduerso accusatiuo caso in datibo celle 18 octabus

Digitized by Google

praepositio, 'cellam' accusatiuus casus: dempta praepositione uersum accusatiuum in datiuum et facis 'cellae uado'.

. . .

## DE PRONOMINE.

. . .

|| f. 25[b] || Istud 'quae' quomodo erit scribendum? Quando praepositiuum fuerit, ut puta: 'quae anima', erit pronomen et per diphthongon scribendum; quando uero subiunctiuum, ut puta: 'dixitque dominus', erit coniunctio et simpliciter scribendum.

. . .

|| f. 26[a] || Potest prima persona istud pronomen de se ipso referri an non? Potest, si dicam: 'ego sum ille, qui hesterno ad te ueni.' Da eius exemplum.

Ille ego qui quondam gracili modulabar auena.

Ille Origenis ego doctor uerissimus olim,
  Quem primum fidei Graecia clara dedit,
Celsus eram meritis et clarus copia fandi,
  Praeruptus subito lingua nocente rui.

. . .

Da ubi tertiae.

Ipse ille mundi princeps homicida cruentus
  Seruulus costis inest, Christe, tuis propriis.

. . .

|| f. 26[b] || Quare dicitur praepositiuum? Quia praeponitur et non sub-

---

SIMILITVDINES.

4 *Iulianus p. 74*: Quomodo erit istud 'quae' scribendum? Quando appositiuum fuerit, si dicam 'quae anima', erit pronomen generis feminini et cum diphthongo scribendum. Quando subiunctiuum fuerit, ut si dicam 'loquutusque est dominus', erit coniunctio et sine diphthongo scribendum.

8 *Iulianus p. 75*: Potest prima persona istud pronomen de se ipso referre? Potest, sicut dicit: 'Ille Origenes ergo doctor uerissimus': et alibi: 'Ille ego sum qui quondam gracili modulatus auena'.

16 *Deest apud Iulianum.*

19 *Iulianus p. 76:* Quare dicitur praepositiuum? Quia praeponitur et non subiungitur: 'hic magister facit', non 'magister hic'. Et quare dicit 'magister hic'? Vitium necessitate hoc posuit, non regulariter.

---

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

1 cella accusatiuus 5 diptongon 8 istud pronomen] *'ille' scilicet* 11 Ille ego] *Verg. [Aen. I 1]* modolabar cabena 12 Ille] *Cf. Isidori opera ed. Areualus tom. VII append. III p. 180 adnot.* 15 Praeruptus] *Apud Areualum legitur:* Praereptus subito lingua nocente fui. 16 Da ubi] *'ipse' scilicet* 19 praepositiuum] *sc. 'hic'*

---

IVLIANI CODICIS BERNENSIS 123 VARIETAS.

1 Quomodo] *Fol. 123[b]* istut quando praepositum 2 que animam cum diptongon 4 diptongon 5 Potest] *Fol. 124[ab]* persona a istut 6 origines ille ego qui 7 gracilius modolabar abene 9 Quare] *Fol. 124[b]* preponuntur et non subiunguntur 10 et quia dicit magister hic uirtutium necessitate

iungitur: 'hic magister' facit, non 'magister hic'. Et quia dicitur: 'magister hic uirtutum', necessitate metri dictum est, non regulariter.

. . .

Inter 'hic' et 'hic' est aliqua discretio an non? Quando personam significauerit, ut puta: 'hic solus inflexit sensus', erit pronomen; quando uero locum, ut si dicam:

hic illius arma,
Hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse

erit aduerbium loci.

. . .

|| f. 27[a] || *(Quis = quibus)* Da eius exemplum.

In quis error inest nec spes est certa laborum.

Et pro eo, quod ueteres faciebant ablatiuum singularem in i 'a qui', facimus genitiuum pluralem in ium 'quium', datiuum et ablatiuum plurales in bus: 'quibus das' et 'a quibus tulisti'. Ista regula nominatiuum singularem in quid mittit? In es: 'ques'. Cur Donatus ueterem locutionem usitatus est? Vt absurditas datiui et ablatiui || f. 27[b] || casus, quam in pronuntiatione retinet, demeretur et ornatus locutionis induceretur, et quia ex prudentibus quidam dicit: 'sic noua tenere debemus, ne uetera praetermittamus': ideo utramque secutus est regulam propter eufoniam.

. . .

---

SIMILITVDINES.

3 *Iulianus p. 76:* Inter 'hic' et 'hic' est discretio? Est. Quomodo? Quando personam significauerit, ut puta si dicam 'hic homo uerus', erit pronomen: quando locum ostenderit, ut puta si dicam 'hic locorum spatio', erit aduerbium.

9 *Iulianus p. 77:* Vnde et dicit: 'inquis error inest, nec spes est certa laborum'. 71. Et pro eo, quod ueteres faciebant ablatiuum in i 'a qui', facimus pluralem in ium: 'quium', datiuum et ablatiuum in bus: 'quibus das' et 'a quibus tulisti?' Et unde colligebant ueteres regulam? A datiuo casu singulari. Quomodo? Quando illis datiuus casus singularis || p. 78 || i litera terminabatur, faciebant datiuum et ablatiuum plurales in bus: 'quibus das' et 'a quibus tulisti.' Cur Donatus ueterem locutionem usitatus est? Propter absurditatem et usitatem locutionis, quia dicit quis: 'sic noua tenere debemus, ne uetera praetermittamus.' Et Donatus hanc regulam obseruans, quia secundum quod ablatiuus singularis o litera terminatur, datiuus et ablatiuus plurales in locutione plus absurditant, quam ornate pronunciari uidentur, propter euphoniam ueterem obsequutus est regulam.

---

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

4 ut puta solus 6 hic illius] *Verg. Aen. I 16* 14 Qur donatus

---

IVLIANI CODICIS BERNENSIS 123 VARIETAS.

1 Item hic et hęc 3 hic loquorum paccio erit aduerbium loci 5 Vnde] *Fol. 125[a b]* unde edicit 6 ablatȯ in hii a qui faciamus genitiuo plurali 7 quiaum abl̄m pl̄s in bus quibus quibus das 8 regulam ablatiuo casu 9 sing̃ littera 10 pluralis in bus quibus das et a quibus tulisti et unde colligebant ueteris regulam a datiuo casu singulari quomodo quando illis datiuus singularis littera terminabatur faciebant datiuum et ablatiuum pluralem in bus quibus das et a quibus tulisti. Quur donatus 12 et usitationem quis noua 13 pretermittamus 14 littera 15 in locutionem plus absurditer quam ornate pronunciare 16 adsecutus

## DE VERBO.

. . .

|| f. 29[b] || Verbum quare dictum? Eo quod aerem uerberet et aere uerberato ictu linguae sonus exiliat.

. . .

Et quot sunt modi in uerbo? VII. Qui? Indicatiuus inperatiuus optatiuus coniunctiuus infinitus inpersonalis et gerundus. Tantundem ipsi septem modi sunt? Habebatur aput ueteres et octauus. Quomodo dicebatur? Promissiuus. Quomodo illum faciebant? Quod nos futurum tempus habemus indicatiuo modo, illi hoc non pro tempore modi, sed pro modo accipiebant. Quare? Dicentes, quod actum est aut agitur, unusquisque indicat; quod ad agendum pertinet, non indicat, sed promittit. Quid illis e contrario respondendum est? Non inuenies modum, qui unum tempus habeat; ideo istud pro tempore modi, non pro modo accipiendum est.

. . .

|| f. 30[a] || Coniunctiuus quur dicitur? Eo quod coniungit sibi uerba indicatiui modi. Quomodo? 'Quum legam, quur me tu dicis silere?' Vbi est ipsud uerbum indicatiui modi? 'Dico' 'dicis' uerba sunt indicatiui modi, quae implent loquutionem coniunctiui. Et quia dicunt aliqui, eo quod propterea dicatur coniunctiuus, quare 'cum' particulam uerbo coniunctam habet in capite, si propterea diceretur coniunctiuus, ergo || f. 30[b] || et optatiuus coniunctiuus dici debebatur.

. . .

---

SIMILITVDINES.

1 *Iulianus p. 81, 87:* Verbum quare dictum est? Eo quod etc.

3 *Iulianus p. 81, 90:* Et quot modi sunt in uerbo? — gerundius. Tantummodo septem modi sunt? Habebatur apud ueteres et octauus. Quomodo dicebant? Promissiuus. Quomodo illud faciebant? — accipiebant dicentes 'quod actum est — promittit'. Et quid illis — pro tempore modi accipiendum est, non pro modo.

13 *Iulianus p. 82:* Coniunctiuus modus cur dictus est? Eo quod coniungat sibi uerba indicatiui modi. Quomodo? Vt puta: 'cum legam, cur me tu dicis silere?' Vbi sunt ipsa uerba indicatiui modi? 'Dico dicis dicit' uerba sunt indicatiui modi, et quia dicitur, 'eo quod propterea dicatur', coniunctiuus. Quare? 'Cum' particulam aduerbii adiunctam habet in capite. Si propterea diceretur coniunctiuus modus, ergo et optatiuus modus coniunctiuus deberetur dici.

---

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

3 hictu 17 loq̌utionem 18 particula aduerbii coniunctam 20 obtatiuus

---

IVLIANI CODICIS BERNENSIS 123 VARIETAS.

1 Verbum] *Fol. 127[a b]* et quod et aerem uerberato hic tulingue sonus exiliet 2 et quot sunt modi gerundus · tantundem isti septem modis sunt 3 aput octabus 4 dicebatur illum quod n┬ futurum in indicatiuo 5 unus quisqui indicat quod agendum et quid illi ex contrario istut 7 Coniunctiuus] *Fol. 127[b]* quur 8 l[e]gam quur metum dicis silece . r. Ubi sunt 11 quare quum habeat 12 coniunctiuus ergo debebatur dici] *Cetera in codice Bernensi desunt, quippe qui uerbis:* 'inde agnusco quia tercia correpta est et infinitiuo mo ante pe' *finiatur p. 84, 101 ed. Rom.*

|| f. 32[b] || *(Rogo)* ubi habet accentum? Paenultimo loco. Qualis accentus? Acutus. Quomodo? Quia dicit regula: ubi ambae breues fuerint, acuemus priorem, ut bónus málus. Vnde scis, quia ambae breues sunt? Auctoritate et finalitate. Da auctoritatem.

Quis, rogo, non moritur mortem gustante salute?

Da finalitatem. Dicit Donatus: Quae o terminantur, corripiuntur, ut 'audio'.

. . .

## DE ADVERBIO.

. . .

|| f. 38[b] || Quare dicitur 'secum est'? Quia, qui aliis prodest, et secum est et cum aliis, qui autem sibi proficit, tantum secum est. Da eius exemplum. 'Qui aliis prodesse non potuit, saltim secum fuit.'

. . .

Vocandi, ut eus. 'Eus tu, inquit, quanam in parte est hic homo dei?'

. . .

|| f. 39[b] || Inter 'ne' et 'ne' est aliqua discretio? Est. Quomodo? Si praepositiuum fuerit, ut puta: 'ne dicas amico tuo: uade et reuertere', erit aduerbium prohibentis; si subiunctiuum, ut quidam dixit: 'Putasne, bene irasceris super ederam istam', erit coniunctio.

. . .

|| f. 40[a] || Non dicendum est cum praepositione 'deintus uenio' 'deforis uenio', 'adintus eo' 'adforas eo', sed sine praepositione 'intus uenio' 'foris'

---

SIMILITVDINES.

1 *Iulianus p. 85, 104:* Vbi habet accentum? Penultimo loco. Qualis accentus? Acutus. Quomodo? Quia dicit: 'Vbi ambae breues fuerint, acuemus priorem', ut 'bonus' 'malus'. Vnde scis, quia ambae breues sunt? Auctoritate: 'Quis, rogo, non moritur morte gustante salutem?'

9 *Iulianus p. 96, 143:* Quare dicit 'secum est'? Quia qui aliis prope fit, et secum est et cum aliis. Qui tantum tibi, secum est, non cum aliis. Da eius exemplum. Quia qui aliis prope esse non potuit, saltem is secum fit.

12 *Iulianus p. 96:* Vocandi ut heus. Quomodo? Sic antea consuetudo fuit uocandi, quando unus uocabat alterum, ut diceret 'heus heu': unde scribitur: 'heus tu, in quanam parte est hic homo Dei?'

14 *Iulianus p. 97:* Inter 'ne' et 'ne' est discretio? Est. Quae? Si praepositiuum fuerit: 'ne dicas amico tuo, uade et reuertere', erit aduerbium prohibentis. Si subiunctiuum fuerit, ut quidam dicit: 'putasne, bene irasceris super hederam?' erit coniunctio.

19 *Iulianus p. 99:* Non dicendum est cum praepositione 'deintus uenio' 'deforis uenio' 'adintus eo' 'adforis eo': sed sine praepositione intus foris

---

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

1 penultimo 4 finale da auctoritate 6 finalem Donatus] *Hic locus non extat in uulgata Donati forma; neque tamen a Donato plane alienus est; similia enim leguntur in illo tractatu, quem sub Seruii nomine de ultimis syllabis priore loco edidit Putschius p. 1807:* O quae finiuntur, correpta sunt, ut audio —, *quem libellum ipsum in Donati artem olim receptum fuisse, codicis Bernensis 207 auctoritate firmatur, cf. quae de ea Donati parte supra adnotauimus p. XX* 9 prodesit

'hinc' 'inde', quamuis legerimus 'desursum' 'desubtus' et 'exinde' et 'abusque' et 'dehinc'; sed haec tamquam unam partem orationis sub uno accentu pronuntiamus.

. . .

Nomina ciuitatum per qualem casum proferenda sunt? Quando primae et tertiae declinationis fuerint, ut puta haec Emerita, huius Emeritae, haec Karthago huius Karthaginis, per datiuum casum proferenda sunt, ut puta, si interrogauerit te quis: 'ubi es?', responde per datiuum casum: 'Emeritae sum' 'Karthagini sum'. Quando autem secundae declinationis fuerint, per genitiuum casum proferenda sunt: hic Toletus huius Toleti, respondes per genitiuum casum: 'Toleti sum'. Nomina ciuitatum cum praepositionibus proferenda sunt an non? Non, quia praepositio non anteponitur, quae prouinciis locis regionibusue adici solent. Quemadmodum nomina ciuitatum sine praepositionibus proferuntur, prouinciarum atque locorum quomodo proferenda sunt? Cum praepositionibus, ut 'de Africa uenio', 'ad Siciliam pergo', 'in Italia sum', excepto 'domum consulis eo' et 'rus eo', quod sine praepositione dicendum est. Quando ad ciuitatem ambulat quis et interrogatur aliquis: 'ubi ambulas?', per qualem casum respondere debet? Per accusatiuum, ut puta: 'Toletum pergo' 'Caesaraugustam ambulo'. Et quando de ciuitate ad ciuitatem uenit quis et interrogatur: 'unde proficisceris?', per qualem casum respondere debet? Per septimum. Quomodo? 'Toleto proficiscor' 'Barcinona pergo'.

. . .

## DE CONIVNCTIONE.

. . .

|| f. 41^b || 'Atque' quomodo?

Atque ut pro me orare iubeas indesinenter postulo.

'Ac' quomodo?

Ac de re tacitus angit et corde requirit.

'Ast' quomodo?

Ast hominem non terra parit, non pontus ab undis.

---

SIMILITVDINES.

Sinc inde, quamuis legerimus desursum desubito et exinde et abusque dehinc. Sed haec — pronunciabimus.

4 *Iulianus p. 99:* Nomina ciuitatum per qualem casum — ut puta si interrogatur quis 'ubi es?' respondet per datiuum casum 'Emeritae sum' 'Carthagini sum'. Quomodo autem, si secundae declinationis fuerint? Per genitiuum casum proferenda sunt, ut puta 'hic Toletus huius Toleti', respondes — regionibus adiici solet quemadmodum — proferuntur. Prouinciarum locorum uillarum atque domorum quomodo — excepto 'domum consulis eo', 'rus eo'. Nam 'ad propriam domum' cum praepositione dicendum est 'ad domum meam eo'. Quando ad ciuitatem — et interrogatur 'ubi ambulas' — et interrogatur 'quo proficisceris?', per qualem casum respondere debet? — Barcinona propero.

23 *Iulianus p. 102:* Atque quomodo? 'Atque ut pro me orare iubeas.' Ac quomodo? Ac de — ab undis.

---

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

1 decursum et absque hinc sed 5 emeritae kartago huius kartaginis 8 kartaginis sum 10 respondens 14 de aurica 16 et rursus |||·|| quod sine dicendum est 18 cesaragustam 20 quae proficisceris 26 Ac de] *Dracontii hexaem. 241 ed. Weitz 1610* requirẹt 28 Ast] *Dracontii hexaem. 217 ed. Weitz.*

. . .

'Aut' est coniunctio aut aduerbium. Quando pro 'non' fuerit positum, ut puta:

Coruus haut procul residens

idest 'non longe', erit aduerbium negandi et cum adspiratione scribendum. Quando dixero 'aut ego aut tu', erit coniunctio disiunctiuae potestatis et sine adspiratione scribendum. 'Ve' est coniunctio, est praepositio, est et interiectio. Quomodo? Quando fuerit praepositiuum et cum commotione animi fuerit dictum, ut puta:

Ve mihi, mater mea!

erit interiectio dolentis. Quando subiunctiuum, ut puta:

Setisue tectus hispida et lanugine,

erit coniunctio. 'Vel' semper coniunctio est. Quomodo?

Si tu non uadis illuc uel ego uadam.

'Ne' semper coniunctio est an non? Interdum coniunctio, interdum aduerbium est. Quomodo? Quando praepositiuum fuerit, ut puta: 'ne facias omne malum', erit aduerbium prohibentis, quando subiunctiuum fuerit, ut puta:

Tantane uos tenuit generis fiducia uestri?

et iterum: 'Putasne bene irasceris super hederam istam?' erit coniunctio.

. . .

'Quoque' quando nomen subsecutum fuerit, ut puta 'a quoque mulierem tulisti', erit pronomen; quando uerbum imperatiui modi subsecutum fuerit, ut puta:

Tu quoque fac simile: sic ars deluditur arte

---

SIMILITVDINES.

1 *Iulianus p.* 103: Aut est coniunctio, est aduerbium: quando pronomen fuerit positiuum, ut puta 'coruus haud procul residens', idest non longe — scribendum. Ve est coniunctio, est et praepositio: quando fuerit praepositiuum et commotione animi dictum, ut puta: 'uae mihi mater mea', erit interiectio dolentis: quando fuerit subiunctiuum, ut puta: 'setisue tectus hispida et lanugine' erit coniunctio. Vel semper coniunctio est. Ne interdum coniunctio est, interdum aduerbium. Quando praepositiuum — fiducia uestri? Erit coniunctio. 'Nec neque' semper coniunctiones sunt. Quare disiunctiuae? Quia unum e duobus aliquid agere ostendunt. 'Aut' quomodo? 'Aut ego aut tu eamus ad forum.' 'Ve' quomodo? 'Setisue tectus hispida et lanugine.' 'Vel' quomodo? 'Tu si non uadis illuc, uel ego uadam.' 'Ne' quomodo? 'Putasne bene irasceris super hederam?'

21 *Iulianus p. 104:* Quoque quando nomen subsecutum fuerit, ut puta 'a quoque mulierem tulisti' erit pronomen; quando uerbum, ut puta 'tu quoque fac similiter' erit coniunctio. Porro est nomen; quando pro longe fuerit positum, ut puta 'porro ultra te est sagitta', erit aduerbium loci; quando pro autem aut tamen positum fuerit, ut puta: 'porro tu animum tuam liberasti', erit coniunctio.

---

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

1 quando pronomen  11 Setisue] *Prudentii cath. I 63*  18 Tantane] *Verg. Aen. I 136*  19 putasne] ne. *De hoc loco cf. supra p. CCXXVI 17*  21 a quoquae mulicre

Digitized by Google

erit aduerbium, et si dicam: 'quoque hoc caput', erit coniunctio. 'Porro' et nomen est et aduerbium, est et coniunctio. Quomodo? Quando pro 'olus' dixero, erit nomen, quando pro 'autem' aut 'tamen' positum fuerit, ut puta: 'porro tu animam tuam liberasti', hoc est 'tu autem' 'tu tamen animam tuam liberasti', erit coniunctio.

. . .

|| f. 43ª || 'Que' subiunctiuae exemplum:

O terque quaterque beati.

Similiter 'autem' subiunctiuae:

Ipse autem consul sacro diademate fulgens.

. . .

*(Agitur de communibus 'et' 'igitur'):* da ubi praeponantur.

Et sceptro et solio praebet sibi ira magistro.

Da ubi subiungantur.

Accipite et laetis uatem reuocate camenis.

'Locutus est dominus, item ipse dixit et facta sunt'. Da ubi 'igitur' praeponatur. 'Igitur cum uenisset dominus'. Da ubi subiungatur. 'Dixit igitur dominus'.

Hos igitur nobis trina pietate uigentes.

. . .

|| f. 44ª || In contrarium uertit, ut 'natat' 'innatat'. Quomodo? Tale est 'natat' quale est 'innatat'. Da eius exemplum.

innatat alnus
Missa Pado.

Quomodo? Quia abscisa alnus, quod est arboris genus, per flumen ipsud, quod dicitur Padus, ducebatur inriguum.

. . .

## DE LITTERA.

. . .

|| f. 47ª || Da a longum.

Nulla tuos umquam cantus imitabitur ales.

---

SIMILITVDINES.

6 *Iulianus p. 105:* Aut subiunctiuae, ut quae autem. Quomodo? Quia semper subiunguntur: 'dixitque dominus' 'dixit autem dominus'.

10 *Iulianus p. 105. 106:* Aut communes, ut et igitur. Quomodo? Quia et praeponuntur et subiunguntur. Da, ubi praeponuntur et subiunguntur. 'Et locutus dominus ipse dixit' et 'igitur cum uenisset uir dei', item 'dixit igitur dominus'.

18 *Iulianus p. 106:* Aut in contrarium uertit, ut natat innatat. Quomodo? Tale est natat, sicut et innatat, unde et dicit quis: 'innatat alnus missa Pado.' Quomodo? Alnus genus est arboris, Pado flumen est. Abscissa alnus prae flumine ipso ducebatur.

25 *Iulianus p. 8:* Da a longam. Nulla — ales. Da breue. 'Si datus est animus nobis ut carmina dicunt.' Da e longum — mihi cognita uersu.

---

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

1 erit uerbum ut si dicam 7 O terque] *Verg. Aen. I 94* 9 ipse autem cōsui sacro diamate 13 latis 20 innatat] *Verg. Georg. II 451. 452, cf. [Sergii] explan. in Don. p. 517, 9 K, unde hic locus emendari potest: nam post 'uertit' inseras:* ut felix infelix; nihil significat.

Digitized by Google

Da a beuem.
Si deus est animus nobis, ut carmina dicunt.
Da e longum.
Eua columba fuit tunc candida, nigra deinde.
Da e breuem.
Ipse ubi tempus erit, omnes in fonte lauabo.
Da i longum.
Ibo et Chalcidico, quae sunt mihi condita uersu.
Da i breuem.
Tutus agit uir iustus iter uel per mare magnum.
Da o longum.
Ore columba refert ramum uiridantis oliuae.
Da o breuem.
O mortalis homo, mortis reminiscere casus.
Da u longum.
Vna ex Adam est mors, Christi et una salus. —
Vna uirtus format ipsa, quaequae sunt uitalia.
Da u breuem.
Hospitium hoc domini est, ilex ubi frondea Mambrae. —
Clarus ubique deus numquam mutabilis auctor.

. . .

*(De x littera):* da ubi sit pro simplice.
Et prostrauit litora Xanthus.
Da ubi pro duplice.
Adnixique globum † zipperi freta cana secabant.

. . .

Da ubi l liquescat.
In fontem refluo Iordanis gurgite fertur.
Da ubi pro consonante accipitur.
Coruus enim ingluuie per foeda cadauera captus.
Da ubi m liquescat.
Litora multum ille et terris iactatus et alto.

SIMILITVDINES.
Da breue. Tutus agit — Da u longum. 'Vna ex Adam est mors, Christi et una salus.' Da breue. 'Hospitium hoc domini est, ilex ubi frondea Mambre.'

21 *Iulianus p. 8:* Da ubi sit pro simplice. 'Et prostrauit litora Xanthus', sed apud Graecos, non apud nos. Da ubi pro duplice. 'Adnixique globum Zipheri' et cetera (*sic*).

25 *Iulianus p. 8. 9:* Da ubi liquescant In fontem — cadauera captus. Da, ubi m liquescat. 'Cum suadens coluber proiecit arbore uenenum' — Amathunta metallo. Et apud quos liquescit? Apud Graecos, non apud nos. Da ubi non liquescat — sibi mutent tempora fatis — ostenderat ortus.

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.
2 Si deus] *Catonis dist. I 1* 4 Eua] *Prudentii encheiridion u. 1* 6 Ipse] *Verg. ecl. III 97* 8 Ibo] *Verg. ecl. X 50* calcidico uersus 10 Tutus] *Prud. encheirid. u. 33* 12 Ore] *Prud. encheirid. u. 10* 14 O mortalis] *Eugenii carm. II 1 coll. Patrum Lugd. tom. XII p. 345 D.* 19 Optimum hoc] *Prud. ench. u. 13* est lex 22 xantis 26 in fonte] *Prud. ench. u. 57* 28 Coruus] *Prud. ench. u. 11* ingluuiae per feda 30 Litora] *Verg. Aen. I 3*

Digitized by Google

Da ubi non liquescat.
Cum suadens coluber proiecit ab ore uenenum.
Da ubi n liquescat.
Piscosamque Cnidon granidamque Amathunta metallo.
Sed aput *Graecos* haec liquescit, non aput nos. Da ubi non liquescit.
Haec monstra incertis muteut sibi tempora fatis.
Da ubi r liquescat.
Christus erat panis, Christus petra, Christus in undis.
Da ubi non liquescat.
Roscida purpureos aurora ostenderat ortus.

. . .

Da ubi superposita liquescat *(sc. s littera)*.
Omnibus sufficiunt sacrati commoda fisci.
Da ubi subposita.
Quae potero tangam, tu mihi leges tene.

. . .

Ex his *(sc. de mutis)* superuacuae quibusdam uidentur inperitis k et q. Quare dicuntur superuacuae? Eo, quod nec ab e uocali inchoent, sicut semiuocales, nec in e uocali desinunt, sicut mutae, et quia in calumniam ueniunt. Quomodo ueniunt in calumniam? Quia et pro k ponitur c et pro q similiter; et pro q ponitur c et pro k, qui nesciunt, quotiens a sequitur, k litteram praeponendam esse, quotiens u, per q, non per c scribendum. Quomodo? Multi inperiti dicebant, quotienscumque a subsecuta fuisset, ut puta 'caput' 'castus' 'caminus', non per c scriberetur, sed per k, quando et qui capitali plectebatur sententia in ipso professionis aut iudicii indiculo, k litteram maiori manu scribebant, ut qui hoc uidisset, ipsut haberet indicium, quod capitali plexus fuisset sententia. Sed mentiuntur, quia solum modo Kalendae et Karthago erit per k scribendum. Caetera uero per c; similiter et quoties u subsecuta fuisset et praepositio fuerit casus ablatini, ut puta si dicam: 'cum domino meo',

SIMILITVDINES.

11 *Iulianus p. 9:* Da ubi superposita liquescat. 'Omnibus sufficiunt sacrata commoda ficu.' Da supposita. 'Quae potero tangam tumia leges tene.'

15 *Iulianus p. 9:* Ex his superuacuae uidentur quibusdam imperitis k et q. Quare dicuntur superuacuae? Quia nec ab e uocali inchoant, sicut semiuocales, nec in e uocali desinunt, sicut mutae et quia in calumniam ueniunt. Quomodo? Quia et pro k ponitur c et pro c ponitur k; et pro q ponitur c, et pro c ponitur q. Quidam nesciunt, quotiens a sequitur, k literam praeponendam esse; quoties u, per q, non per c scribendum, quomodo imperiti (*leg.* Quomodo? Imperiti) dicebant, ut quotiens a subsecuta fuisset, per c deberetur scribi, ut Carthago caminus, unde et qui tunc capitali plectebantur sententia. Sed Kalendae et Karthago tantum debentur per k scribi. Cetera per c. Quotiens u, per q, non per c scribendum. Quomodo? Dicunt aliqui: quotiens u fuerit subsecuta, per q scribi debet, ut 'quum uenero'. Sed quando uerbum subsecutum fuerit, per q erit scriptum: quando nomen ablatiui, per c.

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

4 gnidon amatunto 5 sed aput hec liquescit 8 Christus] *Sedulii op. pasch. lib. I tom. VI p. 461 A ed. Ben.* 19 c *om.* q *om.* q *om.* c, k *om.* 20 q, c *om.* 22 a *om.* c *om.* 23 k *om.* flectebatur 25 flexus 27 k *om.* c *om.* u *om.*

'cum patre meo', 'cum domino meo montana conscenderit', per c scribendum, non per q; quando autem uerbum subsecutum fuerit, ut puta: 'cum uenerit paracletus', erit aduerbium et per q scribendum.

. . .

## DE SYLLABA.

. . .

‖ f. 49ᵃ ‖ Da ubi ae facit diphthongon.

Haec tibi, rex summe, iussu conpulsus erili.

Vt puta 'anima haec' 'huius animae'. Da ubi oe.

Diuidimus muros et moenia pandimus urbis.

Vt puta 'haec poena'. Da eius exemplum

Poena mori crudelis erat, sed uiuere peius.

Da ubi au.

Auroram iam quarta dies praemiserat undis.

Da ubi eu.

Eugeni miselle plora, languor instat inprobus.

Da ubi ei.

Ei mihi uae misero, qui semper fessus anhelo.

. . .

‖ f. 49ᵇ ‖ Quando breuis syllaba partem terminauerit orationis, sicut est:

Nam tibi, Thymbre, caput,

communis est. Quomodo? Si necesse est, ut sit breuis, dico: finalium ratione breuis est. Si necesse est, ut sit longa, dico: partem terminat orationis. Da ubi sit pro longa.

Nam tibi, Thymbre, caput Euandrius abstulit ensis.

Da ubi sit breuis.

Quem partus alui uirginalis protulit.

. . .

‖ f. 50ᵃ ‖ Aut cum pronomen c littera terminatur et uocalis statim subsequitur, adiaforus est, idest communis, quia, ubi necesse est, habetur

---

SIMILITVDINES.

5 *Iulianus p. 11:* Da ubi ae faciat diphthongon. 'Haec tibi rex iussu compulsus erili.' Da ubi oe. 'Diuidimus muros et moenia pandimus urbis.' Da ubi au. Auroram — 'Hei mihi uae misero, qui semper fessus anhelo.'

17 *Iulianus p. 12:* Quando breuis syllaba partem terminat orationis, et in unam desierit, communis est syllaba. Quomodo? Si necesse est, ut longa sit, dico, quia partem terminat orationis, et longa est; si necesse est, ut breuis sit, dico, quia uocalis subsequitur, et est breuis. Da eius exemplum. 'Nam tibi, Tymbre, caput Euandrius abstulit ensis.'

24 *Iulianus p. 12:* Quando pronomen c litera terminatur, et uocalis statim subsecuta fuerit, communis est syllaba, quia et pro longa accipitur et

---

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

1 qum domino c *om.* 2 q *om.* 3 q *om.* 5 diptongon 6 Haec] *Eugenii in Dracontium epimetri u. 31 coll. Patrum Lugd. tom. IX p. 731 A* 8 Diuimus] *Verg. Aen. II 234* 10 Poena] *Dracontii hexaëm. 370 ed. Weitz.* 12 aurora] *Dracontii hexaem. 89* (Aurorae iam quarta dies permanserat undis *Weitzius*) 14 Eugeni] *Eugenii carm. XIII 7 coll. Patrum Lugd. tom. XII p. 347 D* 16 Ei mihi misero] *Eugenii carm. XI p. 347 G ed. Lugd.* auelo 18 Nam] *Verg. Aen. X 394* 24 Quem] *Prudentii cath. VII 2* 26 adiaforus est idest idest

pro breui, et ubi necesse est, habetur pro longa. Da ubi accipitur pro longa.

Hoc erat, alma parens.

Da ubi sit breuis.

Solus *hic* inflexit sensus Brauionis ad amnes.

. . .

Dicebant antea ueteres, quod tunc esset asper spiritus, quando unum semis aut duo semis aut tria tempora habuissent; quando uero unum aut duo tempora habuissent, tunc esset lenis spiritus. Quomodo? Puta si dicam 'et', hoc sermone dicebant ueteres illam uocalem unum tempus habere, illam consonantem uero medium et tunc dicebant esse asperum spiritum. Quomodo dicitur spiritus esse lenis? Puta si dicam 'ars': dicebant illam uocalem unum tempus habere et illas duas consonantes unum, et tunc dicebant esse leuem spiritum, sed non est ita, nisi longa syllaba duo tempora habet, breuis unum.

. . .

## DE ACCENTIBVS.

. . .

‖ f. 58[b] ‖ Discretio corrumpit regulam accentuum. Quomodo? Puta si dicam 'pone' et 'ergo'. Inter 'pone' et 'pone' quid distat? Si dixero 'pone' et paenultimo loco habuerit accentum, erit uerbum imperatiui modi. Da eius exemplum.

Pone supercilium, si te cognoscis amicum.

Nam si ultimo loco habuerit accentum et subsecutum fuerit nomen accusatiui casus, erit praepositio. Da eius exemplum.

Pone faces caudis circumligat, in sata mittit.

Si uerbum subsecutum fuerit et in ipsa ultima syllaba habuerit accentum, erit aduerbium loci, quod significat 'retro' 'pone'. Da eius exemplum.

Pone subit coniux, ferimur per opaca locorum.

. . .

SIMILITVDINES.

pro breui. Da ubi sit longa. 'Hoc erat alma parens.' Da breue. 'Solus hic inflexit sensum.'

6 *Iulianus p. 13:* Dicebant ueteres, quod tunc esset asper spiritus, quando unum semis, aut duos semis aut tria tempora habuisset; quando uero unum aut duo tempora habet, tunc est lenis spiritus. Quomodo? Vt puta si dicam 'et': in hoc sermone — tempus habere, consonantem uero medium et tunc asperum spiritum esse dicebant. Quando dicitur spiritus esse lenis? Vt puta si dicam 'ars': dicebant illam uocalem habere unum tempus, et illas duas consonantes unum, et tunc est lenis spiritus. Sed non est ita — breuis unum.

16 *Iulianus p. 58:* Quomodo discretio? Sicut pone et ergo. Inter pone et ergo quid distat? Si dixero póne, et penultimo — nam si ultimo loco, et subsecutum fuerit — si uerbum subsecutum fuerit, erit aduerbium loci, quod significat retro. Da eius exemplum. 'Pone — opaca locorum.'

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

1 breue 3 Hoc] *Verg. Aen. II 664* alumna parens 5 hic *om.* 18 penultimo 20 Pone supercilium] *Sedulii praef. in op. pasch. u. 3 tom. VI p. 459 G ed. Ben.* 23 Pone faces] *Prudentii encheirid. u. 70* 26 Pone subit] *Verg. Aen. II 725*

Digitized by Google

Inter 'ergo' et 'ergo' quid distat? Si ultima syllaba habuerit accentum, erit aduerbium prohibentis. Da eius exemplum.

Ergo iudicium nihil est, nisi publica merces.

Si uero paenultimo loco habuerit accentum, erit coniunctio. Da eius exemplum.

Ergo quid hinc agimus? nunc te rogo, celsa potestas.

. . .

## DE SOLOECISMO.

. . .

‖ f. 61[a] ‖ Item soloecismus dictus est a Cilicibus, qui ex urbe Soloe, quae nunc Pompeiopolis appellatur, profecti, cum aput alios commorantes et suam et illorum linguam uitiose inconsequenterque confunderent, soloecismo nomen dederunt, unde et similiter loquentes soloecismos facere dicuntur.

. . .

‖ f. 62[b] ‖ Tapinosis est humilitas rei magnae, non id agente sententia, ut:

penitusque cauernas
Ingentes.

Et:

Dulichias uexasse rates.

Et:

Pelidae stomachum cedere nescii.

Si 'cauernas', quomodo ingentes? Item Virgilius:

Apparent rari nantes in gurgite uasto.

'Gurgite' posuit pro mari. Item Lucanus:

Oceanumque uocans incerti stagna profundi.

Est autem tapinosis miseria, quae statum rei magnae dictis infirmat, ut est in psalmo: 'Ego autem sum uermis et non homo' et 'ego sum pastor bonus', quibus uerbis uilibus inmensitas diuina ostenditur. Et: 'quid existis in desertum uidere harundinem uento agitatam?'

. . .

---

SIMILITVDINES.

1 *Iulianus p. 58:* Inter 'ergo' et 'ergo' quid distat? Si in ultima syllaba — 'Ergo quod hinc agimur, nunc te rogo, celsa potestas'.

8 *Iulianus p. 28 eadem exhibet; cf. Keilii excerpta ex comm. in Don. cod. Voss. 37 uol. V p. 327. 328.*

13 *Iulianus p. 31:* Tapinosis — et non homo; quibus uersibus (uermibus *coniecit editor Rom.*) uilibus immensitas diuina ostenditur. *Reliqua desunt.*

---

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

4 penultimo 8 solecismus *semper* solo quae nunc pompeiopelis 9 comorantes 11 soloecismum facere *Iulianus* 13 magne 15 penitusque] *Verg. Aen II 19. 20* cabernas 18 ulicias] *Verg. Ecl. VI 76* 20 Pelidae] *Hor. carm. I 6, 6* pleride | Pelidis *Iulianus* stomacum nescit 21 cabernas item *om. Iulianus* Virgilius] *Aen. I 118* 23 gurgite posuit *om. Iulianus* Lucanus] *II 571* 25 que magne 26 in psalmo] *XXII 7* ego sum] *Iohann. X 12* 28 ex istis quid existis] *Luc. VII 24*

Digitized by Google

## DE METAPLASMO.

. . .

‖ f. 63ᵃ ‖ Syncope est ablatio de media dictione contraria epenthesi, ut 'audacter' pro 'audaciter' et 'norat' pro 'nouerat'. Sedulius:

Quem norat non esse Dei passimque cateruas.

'Forsan' pro 'forsitan'.

Ter † nomen se suis redeunt stata tempora metis

pro 'statuta'.

Troia nunc placita conpostus pace quiescit

pro 'conpositus'.

. . .

‖ f. 63ᵇ ‖ Diaeresis est discissio syllabae unius in duas facta, sicut:

Olli respondit rex Albai Longai.

Vnde antiqui 'Albam' et 'Longam', quae sunt nomina primae declinationis, genitiuum singularem in as mittebant, datiuum singularem in ai.

Saulus Paulus Christi cum facta negaret. —
Lux datur ante polum, lux clari causa diei.

. . .

Synaloephe est per interceptionem concurrentium uocalium lubrica quaedam lenisque conlisio, ut:

Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur

pro 'atque ea'. Haec a quibusdam syncrisis nominatur. Vergilius:

Multa quoque et bello passus, dum conderet urbem. —
Cara mihi ante alias: neque enim nouus iste Dianae.

Ellipsis est superiori contraria consonantium cum uocalibus aspere concurrentium quaedam difficilis ac dura conlisio, ut:

multum ille et terris iactatus et alto.

Item:

Stat domus et scopuli ingentem traxere ruinam.

Item:

O multum ante alias infelix littera thetta.

Antithesis est litterae pro littera positio, ut 'olli' pro 'illi'. Vergilius:

Olli subridens hominum sator atque Deorum.

Sicut 'uonus' pro 'bonus'; sicut 'optumus' pro 'optimus'.

. . .

SIMILITVDINES.

2 *Iulianus p. 33:* Syncope — audaciter et commorat pro commouerat et norat pro nouerat — cateruas et cetera, *reliquis omissis.*

10 *Iulianus p. 33 extremo loco* 'Lux — diei' *omisso.*

16 *Iulianus p. 33:* Synaloephe — geruntur. Haec a quibusdam synaeresis nominatur. Virgilius: Multa — urbem, *omissis* 'cara — Dianae'.

22 *Iulianus p. 33:* Ellipsis est contraria — et alto, *ceteris omissis.*

29 *Iulianus p. 33:* Antithesis — Deorum. Optumus pro optimus.

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

2 sincope 3 Sedulius] *lib. III tom. VI p. 464 G ed. Ben.* 4 quem norat non esse Deum *Iulianus* | non *om.* 8 Troia] *Verg. Aen. I 249* 10 dieresis sillabae 11 Olli] *Ennii uersus, cf. Don. p. 396, 19* 13 in as faciebant *Iulianus* 16 sinalife 18 Atque] *Verg. Aen. IX 1* pate 19 sincrisis 20 Multa] *Aen. I 5* 21 Cara] *Verg. Aen. IX 537* ante aliquis diane 22 superiori *om. Iulianus* 24 multum] *Verg. Aen. I 3* 26 Stat] *Verg. Aen. VIII 192* ingentem scopoli 28 O multum] *Cf. Isid. orig. I 3, 8* 29 anthithesis possitio 30 Olli] *Aen. I 254* 31 pro obtimus

Digitized by Google

## DE SCHEMATIBVS.

. . .

‖ f. 64[a] ‖ Schemata ex Graeco in Latinum eloquium figurae interpretantur, quae fiunt in uerbis uel sententiis per uarias dictionum formas, quae dum uariatim ponuntur, et fastidium auferunt et eloquium ornant. Quantum sibi uindicent laudis, ipsa rerum natura demonstrat. Huius ornationis generale nomen practicon Graeci uocauerunt; speciale uocabulum narrationis schemata lexeos et dianoeas, idest figurae uerborum et sensus; sed schemata dianoeas ad oratores pertinent; ad grammaticos lexeos.

. . .

Zeugma est unius uerbi conclusio apte coniuncta diuersis clausulis, ut:

Troiugena interpres Diuum, qui numina Phoebi,
Qui tripodas Clarii lauros, qui sidera sentis

et cetera. In isto uerbo 'sentis' totas sententias conclusit. Hoc schema fit tribus modis. Nam aut in primo aut in medio aut in postremo id uerbum ponitur; quod sententias iungit in primo, ut:

Vertitur oenoforis fundus, sententia nobis;

in medio:

Graecia Sulpicio sorti data, Gallia Cottae;

in postremo:

namque hoc tempore
Obsequium amicos, ueritas odium parit.

Item Cicero in Catilinam: 'Quae nota domesticae turpitudinis, quod priuatarum rerum dedecus, quae libido ab oculis, quod facinus a manibus, quod flagitium a tuo corpore afuit?' Item:

Anguis pressa perit, fera telo virque ueneno. —

Item:

Anguis aper iuuenis pereunt ui pondere morsu.

. . .

‖ f. 65[b] ‖ Paronomasia est ueluti quaedam denominationis sub una significatione diuersa dictio, ut:

---

SIMILITVDINES.

2 *Iulianus p. 34:* ' Schemata — dictionum mutationes, quae dum uariatim pronunciantur, et fastidium auferunt et eloquium ornant. Huius orationis generale nomen paracon Graeci uocauerunt — ad oratores pertineut et ad philosophos: ad grammaticos lexeos.

9 *Iulianus p. 34. 35:* Zeugma est unius uerbi conclusio diuersis clausulis apte coniuncta, ut Troiugena — pondere morsu.

28 *Iulianus p. 36:* Paronomasia — an mori. Fit paronomasia per literam demptam, ut illud: 'Non nomen iste, sed omen habet.' Et per literam — conuicium est.

---

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

1 DE SCEMATIBVS 2 scemata, *sic semper* greco 3 sententias 6 greci 7 lexeos sunt et *Iulianus* et sensuum *Iulianus* 9 zeuma conlisio 10 troiagena] *Verg. Aen. III 359. 360* quae numina 11 clari 12 totam sententiam haec scema 13 modis tribus *Iulianus* nam ut in extremo *Iulianus* 15 Vertitur enforis fundas] *Cf. Isid. orig. I 35, 3. XX 6, 1.* 17 grecia sulpicio sortito de gallię coctę] *Cf. Isid. I 35, 3* 19 namque] *Ter. Andr. I 1, 40* 21 in cantilenam] *or. I 6* 22 dedecas que 23 afluit 24 item *om. Iulianus bis* 25 Anguis] *Cf. A. Riese anthol. Lat. I p. 124* 28 denominatio

Digitized by Google

Nam inceptio est amentium, haut amantium.

Item Cicero: 'Abire, an obire te conuenit?' idest exulem fieri an mori? Item: 'Ipse qui locus religiosissimus, hic erit locus desertissimus'. Item: 'Et custodia sacrorum non honorum, sed oneris causa existimabitur'. Fit autem paronomasia et per litteram demtam, ut est illud: 'Non nomen habet ista, sed omen'. Aut per litteram commutatam, ut: 'Sapientis mensa conuiuium, stulti conuitium est'.

Schesis onomaton est multitudo nominum coniunctorum quodam ambitu copulandi, ut:

Marsa manus, Peligna cohors, Festina uirum uis.

Item:

Nubila nix grando procella flumina uenti.

Item:

Imber aestus nix pruina silua et aura nox dies.

Item:

Prouida larga sollers facunda decora.

Item:

Ius aqua mel uinum panis piper herba oleum sal.

. . .

Homoeoptoton est, cum in similes casus exeunt uerba diuersa, ut:

Maerentes flentes lacrimantes conmiserantes. —
Sed neque currentem se nec cognoscit euntem
Tollentemque manu saxumque immane mouentem.

Item Cicero: 'Tandem, tandem aliquando, Quirites, Lucium Catilinam furentem audacia scelus anhelantem pestem patriae nefarie molientem uobis atque huic urbi ferro flammaque minantem'.

Homoeoteleuton est, cum simili modo dictiones plurimae finiuntur, ut:

Eos reduci quam relinqui, reuehi quam deseri
Malui.

---

SIMILITVDINES.

9 *Iulianus p. 36:* Schesis onomaton est multitudo nominum coniunctorum, quae quodam habitu copulantur, ut Marsa — uirum uis. Item: imber — dies. Item: ius — sal., *ceteris omissis.*

20 *Iulianus p. 37:* Homoeoptoton — mouentem. Item Virgilius. 'Tandem, tandem aliquando, Quirites', *reliquis omissis.*

28 *Iulianus p. 37:* Homoteleuton — rosas.

---

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

1 aut amantium] *Ter. Andr. I 9, 13, cf. Don. p. 398, 16* 2 Cicero] *Nomine omisso hic locus adhibetur ab Isidoro or. I 35, 12* 4 sed honoris a causa 7 saluti conuitium 9 scesis 11 magna manus] *Ennii uersus cf. Don. p. 398, 19* cors festina uirum bis 13 Nubila] *Cf. Isid. or. I 35, 13* 15 imber extus 19 panes *Iulianus* 21 mereutes] *Ennii uersus, cf. Don. p. 398, 23* 22 Sed neque] *Verg. Aen. XII 903; cf. Isid. I 35, 16* 23 tollentemque manus imane 24 Cicero] *in Catilinam or. II, cap. 1 in.* 25 catelinam anelantem 26 nefarine famemque 28 Homoeonteleuton est cum similitudo dictiones plurime 29 eo se duci quam relinqui, se uehi quam deseri maluit *Iulianus. Est Ennii uersus, cf. Don. p. 398, 25* relinquere uei

Digitized by Google

Item: 'Abiit excessit euasit erupit'. Item, quotiens medii et postremi uersus consonantia est, ut illud:

Plaudit et adpositas spargit in ore rosas.

Polyptoton est multitudo casuum uarietate distincta, ut:

Litora litoribus contraria, fluctibus undas
Inprecor, arma armis, pugnent ipsique nepotesque.

Item:

Ex nihilo nihilum ad nihilum posse reuerti.

Item Persius:

Marcus Dama. Papae! Marco spondente recusas —
Marcus dixit: ita est; adsigna, Marce, tabellas.

Item: 'Hic tuus pater? patrem hunc appellas? nunc tibi patris nomen uenit in mentem?'

. . .

‖ f. 72ᵇ ‖ Paradigma est propositio exempli hortantis aut deterrentis. Hortantis, ut:

Antenor potuit mediis elapsus Achiuis
Illyricos penetrare sinus

et cetera. Deterrentis, ut:

At non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor
Ledaeamque Helenam Troianas uexit ad urbes.

Paradigma dictum exemplum dicti uel facti alicuius aut ex simili aut ex dissimili genere conueniens ei, quam ponimus, rei, ut est: 'Tam fortiter ruit aput Hipponem Scipio, quam Vticae Cato'.

SIMILITVDINES.

4 *Iulianus p. 37:* Polyptoton — nepotes. Item: 'Hic tuus pater — in mentem.'

14 *Iulianus p. 48:* Paradigma — Cato.

CODICIS BERNENSIS 207 VARIETAS.

1 abscessit] *Cic. in Catil. II cap. 1* mednet postremi 4 Polibtoton uarietatem 5 Litora] *Verg. Aen. IV 628; cf. Don. p. 398, 28* 8 Ex nihilo] *Persii Sat. III 84, cf. Isid. or. I 35, 17* 9 Persius] *Sat. V 79. 81* 10 marcidama recasas 11 ut signa 12 tuus patet hoc tibi 14 praepositio 16 Antenor] *Verg. Aen. I 242, cf. Don. p. 402, 30* acinis illiricus 19 hac non si frigius] *Verg. Aen. VII 363* 20 elenam 21 dicta exemplum ex similium aut 22 conueniens eius compouimus rei 23 periit *Iulianus et Isidorus or. I 36, 34* aput ipponem uique

*Praeterea loci non pauci Iuliani a cardinale de Lorenzana editi codicis Bernensis auxilio optime sanantur, ut, si Iulianum iterum prelo subicere quis statuat, artis Bernensis is rationem habeat quam maxime sit necessarium*).*

*) Ex Iuliani arte multa in magnum librum glossarum recepta fuisse supra docui p. XLIV. LI, ut huius quoque codicibus ad Iulianum emendandum utendum sit.

Digitized by Google

*Sed, ne longus sim, hoc solum commemorare libet, quod p. 32 editor Romanus ad metamorphoseos nomen illustrandum ex codice Vaticano proponit:* sicut Ouidius scripsit libros XV uel amplius, *in libro Bernensi emendatius scribi:* sicut ouidius scribsit in libros XV uel apulius, *Apuleius scilicet; et quae p. 38 leguntur:* ut locutio ab inanimali ad animale, ut: 'Si tantum pectore robur concipit'. Nam ut robur animam non habet, ita Traianus, cui hoc dicitur, animum habet, *pro iis in arte Bernensi haec extare:* ut loquutio perornetur, et in euangelio: 'ego sum uitis uera'. Ab inanimali ad animale, ut — conspicis. Nam ut robur — ita turnus cui haec dicitur animam habet. *Sed de Iuliano iam satis dictum est.*

---

# VIII.

## DE SMARAGDI ARTE.

---

*Inter schedas codicis Bernensis A 92 nr. 22 **Smaragdi** quoque artis extat fragmentum saeculi XII—XIII, cuius, quamquam multo uetustiores ad nostra tempora deuenere eius opusculi libri Francogallici, de quibus adeas H. Keilium: de grammaticis quibusdam Latinis infimae aetatis p. 19 seq., tamen opportuna rei cognoscendae oblata occasione, quia illa ars nondum typis expressa est, sed ex paucis solummodo excerptorum frustulis innotuit, nonnulla delibare constituimus. Constat igitur fragmentum Bernense quattuor foliis, quorum bina ita inter se mutuo coniuncta sunt, ut primum quartumque ad priorem libri partem, secundum uero et tertium ad extremum opusculi finem pertinuisse pateat. Atque fol. I de nomine agitur secundum Donati artem II p. 373, fol. IV de nominibus possessiuis et patronomicis, fol. II de praepositione, fol. III de interiectione.*

‖ Fol. I^a ‖ . . . . segregaret, aut ideo, quia non inuenitur in rerum natura nomen, quod omnino careat casu uel certe propterea, ut suspicor, quod, ut diligenter adtendas, huic soli tantum parti naturaliter accidit casus. Nam participium non a se habet, sed ut **Donatus** ait, a nomine accipit genera et casus. Pronomen autem et **Aristotelici**, qui duas tantum esse dixerunt partes orationis, idest nomen et uerbum, et **Stoici**,

fol. I^a 1 segregaret] *Donati p. 373, 2 uerba:* 'nomen est pars orationis cum casu' *explicantur* 4 Donatus] *p. 387, 19*

qui quinque, et omnes fere grammatici partem esse nominis pariter consenserunt in tantum, ut nec suum, sed nominis gerat officium, nec a se habeat proprium, sed a nomine suum contrahat nomen. Ergo recte cuius pars esse probatur, illius necesse est, ut habeat casum. Et ideo dici sola possit nominum pars 'orationis cum casu', quod non alteri parti, sed isti soli naturaliter tantum accidit, ut habeat casum.

### Cur dicitur nomen corpus aut rem proprie communiterne significans VII.

In hac breui definitione totius mundi nomina corporalia et incorporalia, propria et appellatiua coniunctim strictimque conprehendit: in eo, quod dixit 'corpus', corporalia nomina intellege dicta, ut est caelum terra ignis aqua et cetera corporea; in eo, quod subiunxit 'rem', incorporalia nomina intellege dicta, ut est caritas gaudium pax longanimitas bonitas benignitas et cetera incorporalia; in eo, quod dicit 'proprie communiterne', proprium uniuscuiusque nomen, quo uocatur, ostendit et appellatiuum, quo generaliter appellatur, insinuat. Exempli gratia si dicas Michael Adam Eua Abraham Isayas Salomon Petrus Augustinus Virgilius Roma Tiberis, propria sunt, si uero de eisdem ipsis dixeris angelus homo mulier patriarcha propheta rex apostolus doctor poeta ciuitas fluuius, communia sunt. Commune enim nomen dicitur non quo unusquisque proprie singillatimque uocatur, sed quo cum ceteris generaliter appellatur.

### Incipit de qualitate nominis. Incipiunt capitula.



---

7 Cur etc.] *rubro, cf. Don. p. 373, 2* 9 diffinitione 11 celum 12 corpor^ea 16 gracia 18 isdem 20 propria 22 Incipit *etc.*] *rubro. Supersunt in hoc fragmento eius libri capita I. II. III. VIIII ex parte, X. XI. De diuisione totius operis cf. Keil de grammaticis etc. p. 21.* 31 de ononimis et synonimis 33 medie 35 patrie 36 numeris 42 de temporibus et loqualibus

### Expliciunt capitula. Incipit praefatio.

Corporis est species, species est altera rerum:
Ista suam formam continet, illa suam.
Conspicua est uisu, manibus palpabilis illa:
Excepta nostris uisibus ista manet
Nominis hic species pulchre distinguitur omnis,
Quae bipertito gurgite tota manat.
Nomina grandaeui complectens omnia mundi
Scilicet aetherei lucida pinna poli,
Post telluris aquae coniungit et omnia rerum
Diuidit in formas nomina iure duas.
Omnibus aptatas tribuit discretio formas,
Vt teneant cuncta nomina iura sua.
Et calamo rectos satagit distinguere calles
Per quos doctiloquus currere possit homo.
Concedit propriis proprium, concedit et illis
Appellatiuis nomen habere suum.

### Explicit praefatio. Incipit de qualitate tractare. Cur dicatur qualitas I.

Qualitas dicitur, quia propriis nominibus propriam et appellatiuis appellatiuam tribuit qualitatem, quae in proprium nomen et appellatiuum principaliter cognoscitur esse diuisa.

### De proprii et appellatiui nominis diuisione II.

Proprii et appellatiui nominis haec est prima ueraque diuisio. Proprium nomen est 'Creator', quod uni tantum solique ueraciter pertinet Creatori, quia 'ipse dixit: et facta sunt; ipse mandauit: et creata sunt'. Appellatiuum uero nomen est 'creatura', quod omnibus generaliter conpetit creaturis, quia omnia in pondere et numero et mensura dinoscuntur esse creata. In his duobus nominibus et unius Creatoris et totius generaliter qualitas conprehenditur creaturae.

### De quatuor principalium diuisione nominum appellatiuorum. III.

In creaturis autem quatuor principales inueniuntur esse diuisiones, ex quibus multiplices postmodum diuisionum species generantur. Prima nominum diuisio est corporalium et incorporalium rerum, secunda animalium et inanimalium, tertia propriorum et appellatiuorum, quarta generalium et specialium. In his quatuor diuisionibus omnium appellatiuorum nominum qualitas continetur. Nam de istis primitiua et diriuatiua, diminutiua et quasi diminutiua etc. — temporalia et localia nascuntur nomina. Prius de istis quatuor diuisionum speciebus...

*Fol. IV^a^ tractatus de homonymis et synonymis (IX) mutilus hisce uerbis pergit:*

---

6 pulcre 7 que manet manat 8 grandeui 9 etherei 12 aptatus 15 doctilocus 29 hiis 36 inanimalium rerum. Tertia 37 hiis

....nitionis. De hominibus bonis: 'uas pretiosum labia sapientis', et de utrisque apostolus ait: 'sustinuit in multa patientia uasa ire apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, quae praeparauit in gloria'. De gladiis in Iezechiel: 'et ecce sex uiri ueniebant de uia portae superioris, quae respicit ad aquilonem et uniuscuiusque uas interitus in manu sua'. De uase in Hesdra: 'uasa aurea mille et omnia uasa aurea et argentea quinque milia'. Acies dicuntur in homine et mentium et oculorum, acies dicuntur exercitus, ut illud: 'direxerunt acies ad pugnandum contra Phystim'; acies ferri, ut illud: 'retunsae erant acies uomerum et ligonum et tridentium et securium.'

Synonyma, quae et multidica, dicuntur nomina, quae, cum una sit res in substantia, multis nominibus appellatur, ut sunt haec: terra aqua petra ensis et his similia. Nam terra arua arida tellus humus rus unum significant. Aqua unda limpha latex fluenta unum significant. Petra lapis silex cos pumex murex marmor unum significant. Ensis mucro gladius framea hasta unum significant.

---

1 preciosum 2 paciencia uasa ut apta ire apta 3 diuicias 8 mencium 10 trideucium 11 synonima 12 substancia 13 hiis 16 asta

*Quod deinde sequitur de patronomicis et possessiuis caput X, cum iam maiore ex parte et a Mabillonio et a Massmanno (in Hauptii Annal. antiq. Germ. I p. 389 seq.) editum sit, ita excerptim percurram, ut quae ab illis omissa sunt, paucis significem. Mabillonius enim non nisi dimidium fere in lucem edidit, Massmannus uero, qui Gothicorum nominum unico teneretur studio, iuncturas quasi eorum atque commissuras grammaticas plane neglexit. Incipit autem ab his uerbis:*

Sunt nomina, quae apud nos patrilega, apud Graecos uero patronomica appellantur. Nomos enim apud Graecos lex dicitur. Quae nomina a patribus et ab auis in filios proprie diriuantur et nepotes, ut a Iustino Iustinianus, a Claro Clarinus et similia. Sunt alia, quae a possidendo possessiua dicuntur, non solum filii aut nepotes, sed et omnia, quae in possessione habentur, ut sunt seruus ancilla famulus mancipium ager uinea hortus et similia. In Francorum namque etc., *cf. Massmannum l. l. p. 389 seq.*

---

2 Nomis grecos, *bis* 4 clarinus] *an* Claranus?

*In ea igitur capitis parte, quae typis expressa est, in his uocabulis fragmentum Bernense a codice Parisino editionis Massmannianae discrepat:*

gotorumque patronomica frequentatur multociens gotorum altinir giltinir ricinir uuatinir ricmunt ratmunt uuiltmunt altinir michi giltinir michi, *semper* p. 390 ricinir uuatinir uuilmunt bucca ricmunt bucca.

*Post 'consilium oris' haec insuper addita sunt:*

quibus omnibus si paene ultimis locis addantur syllabae (psyllabe) litteraeque mutentur, ut locis ultimis us syllaba apponatur, in linguam

Digitized by Google

conuertuntur Latinam hoc modo: Altimirus Gildimirus Ricimirus Rainmirus (ranimirus) Vuadamirus Vuiglimundus Ricimundus Rademundus Vuilmundus et similia, sicut in Hebraeorum nominibus a Latinis factum uidemus. Nam de Habraham Habrahamus, de Iacob Iacobus et de Saul Saulus || f. IV[b] || et de Ioseph (iosep) Iosephus (iosepus) Latini dixerunt.

Massm. p. 390: patronomica helperich art artrich ainhart stainart richrat tancrabt fastrabt gotrabt rahtman gobtman aralman richman uuizman ainart stain[h]art richrat rainhart nitidum consilium *om.* arcraht p. 391 tancraht gotraht gothman artman rihcman potens homo uuizman candidus homo.

*Post 'amatus homo' secuntur haec:*

Et ista omnia cum Latinas acceperint syllabas (ps-), in linguam conuertuntur Latinam hoc modo: Helpericus Ainardus Ricardus Stainardus Ricrhadus Rianhadus Archradus Fulrâdus Tancradus Fastradus (-da) et similia. Sunt namque principaliter et in his (hiis) nominibus dissyllabae (dispsyllabe), quibus monosyllabis (monops-) additis diuersa efficiuntur nomina. Sunt enim haec: helmus ulfus etc.

Massm. p. 391 et plurima talia, quibus, ut diximus, additis monosyllabis plurima componuntur hoc modo nomina: Vuighelmus etc. gauzhelmus elmulfus siculfus leutardus mainardus aginardus uuitardus richertus rambertus frotberdus mamfredus gontfredus gontinarus teutmarus oclingus deotingus radingus teotricus ainricus.

*Post 'rainricus' secuntur haec:*

et innumerabilia talia. Nam et istorum nominum syllabae praepositae repositae multa conficiunt nomina, ut Frodaldus Aldefredus etc. *cf. Massm. p. 392* forcbertus bertefredus richbertus bertericus ratberdus berteradus maurbertus bertemarus ganzbertus bertegaudes.

*Cetera, quae apud Massmannum extant, ex alio quodam capite, quo de generibus agebatur, petita sunt. Nam in fragmento Bernensi illud ipsum de patronomicis caput in haec uerba statim desinit:*

et innumerabilia alia, quae sic componuntur.

*Sequitur caput undecimum:*

### De mediae significationis et qualitatis et quantitatis XI.

Mediae significationis uel adiectiua nominibus Latine dicuntur nomina, quae et Graece epitheta uocantur, quae in meditullio posita ad utrumque suam necessarie conuertunt significationem, idest ad bonum et ad malum, et aliquoties laudantis, aliquoties uituperantis ostendunt affectum. Ex quibus sunt haec: magnus grande forte lata longa aperta occulta et cetera talia. 'Magnus imperator' dicimus laudantis, et 'magnus latro' uituperantis, 'grande malum' et 'grande bonum', 'lata et spatiosa lectio' et 'spatiosa uia quae ducit ad mortem', 'longa pax' et 'longa discordia', 'aperta laudatio' et 'aperta uituperatio'. Sic et reliqua.

### De qualitatis et quantitatis XII | *fin. fol. IV.*

1 medie, *bis* 3 grece epiteta 8 spaciosa, *bis* 9 longua, *bis*



Digitized by Google

*In folio secundo de praepositione ita agitur, ut et in initio et in fine nonnulla desiderentur, qui tractatus, quia exemplis ex libris sacris petitis scatet, ad illustrandum Smaragdi morem aptissimus satis nobis dignus uisus est, quem totum typis mandaremus.*

fol. II[a].... mina transeo et quando eas uerbum sequitur, aduerbia fiunt. 'Circum' quamuis sit praepositio, est tamen et nomen. 'Circum' et 'circa' praepositiones unum significant et casum trahunt semper accusatiuum hoc modo: 'circum' uel 'circa (ergo *cod.*) propinquum' uel 'propinquos humanus sum'. 'Circa' est praepositio; est et uerbum imperatiui modi, est et aduerbium loci, sed quando praepositio est, casum semper trahit accusatiuum, ut illud: 'circa illum corona fratrum'. 'Contra' praepositio semper contrarium significat et casum semper trahit accusatiuum, singulariter, ut illud: 'at uos contra me erigimini'; pluraliter: 'multo tempore pugnauit Iesus contra hostes istos'. 'Extra' praepositio accusatiuum trahit semper casum, singulariter: 'et educentes eum extra ciuitatem lapidabant'; pluraliter: 'extra synagogas facient nos'. 'Intra' praepositio est uerbum imperatiui modi et aduerbium loci, ut: 'intra sedeo'. Quando autem praepositio est, casum trahit accusatiuum hoc modo: 'intra muros et intra moenia (menia) urbis uersor'. 'Infra' praepositio et singularem (*m. I* singulariter) et pluralem trahit casum hoc modo: 'infra tectum' et 'infra tecta sum'. 'Inter' pluralem tantum trahit casum, ut illud: 'et inter homines conuersatus est', nisi forte duo nomina ponas et dicas: 'inter caelum (ce-) et terram habito'. 'Iuxta' est praepositio accusatiuum casum trahens hoc modo: 'iuxta altare' et 'iuxta altaria ero'. Est et aduerbium loci pro 'prope' positum. 'Ob' praepositio et singulariter et pluraliter accusatiuum trahit casum hoc modo: 'ob defensionis causam' et 'ob defensionis causas ad publicum exeo'. 'Pone' praepositio prope (*an leg.* probe?) intellegitur accentu mutato, ne uerbum esse imperatiui modi existimetur, et casum trahit accusatiuum hoc modo: 'pone tribunal' et 'pone tribunalia sedeo'. 'Per' praepositio semper accusatiuum trahit casum singulariter, ut: 'per memet ipsum iurans dicit dominus', pluraliter: 'et recensiuit eos per domos et familias'. 'Propter' est aduerbium loci, ut illud: 'iuxta angulum et propter uiam domus illius graditur'. Est et praepositio accusatiuum semper trahens casum utriusque (utrique) numeri, ut illud: 'propter fratres meos et proximos meos loquebar pacem de te', 'propter domum domini dei nostri quaesiui bona tibi'. 'Secundum' praepositio semper accusatiuum trahit casum utriusque numeri, ut illud: 'secundum nomen tuum deus ita et laus tua', et illud: 'reddet deus unicuique secundum opera sua.' 'Post' praepositio similiter utriusque numeri trahit casus, singularem, ut illud: 'en iste stat post parietem nostrum', pluraliter: 'post deos alienos non ibitis.' Transit uero aliquoties in aduerbii significationem hoc modo: 'post currit.' 'Trans' semper accusatiuum casum trahit utriusque numeri, singularis, ut illud: 'abiit Iesus trans mare Galileae'; pluraliter similiter dicere debes: 'abiit trans maria, trans portus (portos)' et similia. ‖ f. II[b] ‖ Frequentissime autem uerbo adhaeret, ut transnato transeo transuolat transit transeo. 'Vltra' cum praepositio est, accusatiuum semper trahit casum utriusque numeri; singulariter dicere debes: 'ultra flumen', pluraliter 'ultra flumina', ut illud: 'ultra flumina Aethiopiae (ethiopie) inde supplices mei'. Ponitur autem et pro aduerbio infinito; ponitur et pro loci aduerbio; ponitur et pro 'amplius';

Digitized by Google

pro infinitio (imf-), ut illud: 'Dominus regnabit in aeternum et ultra', pro 'semper'; pro loci, ut illud: 'porro ultra te sunt sagittae'; pro 'amplius', ut illud: 'quid est, quod debuit ultra facere uineae meae', et illud: 'non uocaberis ultra derelicta', et: 'non discent ultra belligerari'. 'Praeter' cum sit accusatiui casus praepositio, ponitur aliquoties pro ablatiua 'sine' uel pro 'excepto'; pro accusatuo ita: 'non est deus praeter Dominum', pro ablatiuo ita: 'similis factus est nobis praeter peccatum', idest 'sine' uel 'excepto peccato'.

Inter 'super' et 'supra' hoc distat, quod 'super' aliquoties 'ad locum' significat, ut: 'ascendit super caelos Dominus' (dš dominus), 'supra' locum tantum, ut: 'statuit supra petram pedes meos.' 'Vsque' praepositio raro sine aliqua ponitur praepositione et aliquoties loci, aliquoties uero temporis habet significationem, loci, ut illud: 'a mari usque ad mare', et: 'a flumine usque ad terminos terrae'; temporis, ut illud: 'descende in Aegyptum et esto ibi usque dum dicam tibi.' 'Penes' praepositio idem semper significat, quod et 'apud', ut illud: 'tu fidem, quam habes, penes te habe', idest 'apud te.'

De ablatiuis sex.

Ablatiui casus praepositiones hoc modo casibus praeponuntur. 'A': 'a Domino factum est illud.' 'Ab': 'ab ipso enim salutari meo.' 'Abs': 'beatus uir, cuius est auxilium abs te', et illud: 'omnia quae dedisti mihi abs te sunt', pro 'de te' sunt. 'Cum' quando aduerbium est, per q et duo u scribendum est, cum uero praepositio, per c tantum, ut illud: 'rapiemur in nubibus in aera et sic semper cum Domino erimus.' 'Coram': 'qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo, qui est in caelis.' Ponitur autem et pro 'palam' et pro 'manifeste', ut: 'coram loquebatur et coram adfuit.' 'Clam' ponitur pro aduerbio 'occulte', unde et 'clancule' diminuendo dirinatur. Ponitur et pro praepositione casus ablatiui, ut: 'clam custodibus' et 'clam uocatis magis'. 'De': 'de caelo auditum fecisti iudicium.' 'E': 'e iure'; 'ius' enim uniuscuiusque priuata intellegitur potestas, nos dicimus: 'e caelo uenit nobis auxilium.' 'Ex': 'ex praefectura.' Praefectura dicitur res officialis, a qua praefecti uocantur Romanorum. Nos autem cum apostolo dicimus: 'omnis enim pontifex ex hominibus adsumptus pro hominibus constituitur.' 'Pro': 'pro cliente.' 'Cliens' enim et seruus intellegitur et amicus, nos uero cum psalmista dicimus: 'pro patribus tuis nati sunt tibi filii.' 'Prae': 'custodes....

*Restat folium tertium, in quo, postquam de interiectione transactum est, iam finis toti opusculo inponitur. Ipsius uero de interiectione tractatus, qui quinque capitibus continebatur, tertium ex parte, quartum quintum superest.*

Fol. III[a]: .....deratum aliquid uiderit, dicit: 'Deo gratias!' In scripturis enim inuenimus. Laetantis: 'hua calefactus sum, uidi focum!' Gaudentis: 'euge bone serue et fidelis!' Optantis o et utinam;. o, ut illud: 'o utinam (o ṭ utinam) in thalamos inuisi Caesaris issem!'; utinam, quando uerbum non sequitur, interiectio est, sicut solemus bona nobis promittentibus respondere: 'utinam utinam!' Minantis, ut: 'eia tu eia fac tu fac!' Sic enim inquietis iuuenibus minantes dicere solemus: 'eia tu eia fac tu fac!' Vnde et minantis recte obtinent significationem. Blandientis, ut

Digitized by Google

illud: 'mi pater, si fieri potest, transeat a me calix iste!', et illud: 'pater mi, pater mi, currus Israel et auriga eius!' Potest et haec pars in aduerbii transire significationem, si uerbum sequatur. Admirantis, ut 'papa'; sic enim legitur: 'papa, uiuere non licet et fornicare libet!' Nam admirantis multis modis fiunt interiectiones. Prohibentis, ut 'tuto'; sic enim infantibus comminatur. Nam et in Teodisca lingua illud 'totto' prohibentis habet intellectum. Metuentis, ut: 'ha ha ha Domine deus nescio loqui, quia puer ego sum.' Irridentis: 'euge uba', ut illud: 'confundantur qui dicunt mihi: euge euge uha, qui destruis templum Dei (dī) et in triduo reaedificas (rehedificas) illud.' Dolentis ut ieu ieu, heu heu, pro dolor: 'ieu me, ieu me, mater mea' et: 'heu heu et hoc ipsud mutuo acceperam', et illud: 'et caede completa remansi ergo ruique super faciem meam et clamans aio: 'heu heu heu domine deus, ergone disperdas omnes reliquias Israel?' Pro dolor, ut illud:

Luxoria (-am) proceres multos detraxit ad ignes,
Pro dolor! et minimos semper ad ima trahit.

Lamentantis, ut hoie hoie mi. Sic enim lamentantes cum cordis dolore in lamentis suis dicere solent. Vnamantis: una une nome. Solent enim aut uinculis constricti aut duris doloribus pressi his (hiis) interiectionibus uti. Sunt et aliae plures interiectiones, quae pluribus iunguntur significationibus et multis modis proferuntur, ut iam superius dictum est. Priuatae uero atque communes diuersarum gentium (-cium) diuersae et multae sunt interiectiones et unaquaeque gens secundum proprietatem linguarum priuatas et proprias habet (-ent) interiectiones, de quibus Donatus paucas hic posuit ad exemplum dicens: 'metuentis, ut ei; optantis, ut o; dolentis, ut heu; laetantis, ut euax' et similia.

### De figura interiectionis IIII.

Figura quoque, sicut aliis partibus, sine dubio accidit interiectioni. Figura enim interiectionis duplex est, quia sunt interiectiones simplicis figurae, ui euax o, ha ha, heu heu, aia. Sunt aliae ex duobus integris compositae, ut: 'Deo gratias', 'euge', 'utinam', 'pro dolor'. 'Euge' enim secundum Graecam interpretationem ‖ f. III[b] ‖ compositae figurae est: 'eu' enim bonum intellegitur, 'ge' terra, eo quod multa generat. Sunt et aliae ex duabus corruptis compositae. Ex corrupto et integro, ut: 'mi pater, si fieri potest, transeat a me calix iste.' Ex integro et corrupto, ut: 'pater mi, pater mi, currus Israel et auriga eius.' Componuntur ex pluribus, ut: 'eia tu eia fac tu fac' et similia.

### De accentibus interiectionum V.

Quamquam naturaliter etc. — et de graui similiter considerandum est, *cf. Keilii progr. Erlang. p. 19, qui hoc caput integrum exhibuit. Clauditur autem Smaragdi tractatus hac subscriptione:*

*'Explicit tractatum in partibus Donati cuiusdam presbyteri', cf. Keilii progr. p. 20.*

---

3 admirantis ut papa] *cf. Iuliani Toletani excerpta p. 320, 4 Keil:* aut admirationem ut papae sicut quidam (*sc. Hieronymus*) scribit: 'papae uiuere non licet et fornicari libet?' 5 prohibentis ut tuto] *cf. Iuliani Toletani excerpta l. l.*: aut metum, sicut atat, sicut solitum est paruulo dicit totto, quando prohibetur comedere terram; *cf. cod. Bern. 207 fol. 45[a]*: quomodo sic solitum est infanum nutrices minare totto.

Digitized by Google

# VIIII.

## DE FRAGMENTO PHOCAE GRAMMATICI ALIISQVE EXCERPTIS GRAMMATICIS.

*Inter schedas codicis Bernensis A 92 adest Phocae grammatici fragmentum nr. 23 notatum scriptumque saeculo decimo, quo extrema pars inde a p. 432, 1 K continetur. Cuius quoniam nemo adhuc mentionem fecit (nam ad Puteani codicem ista folia olim pertinuisse, cuius 'uariantes a Dn. Bongarsio et Cl. Ioanne a Wouver accepisse se' testatur Putschius in praefatione, quamquam ex Puteani bibliotheca multi libri ad Bongarsium deuenerunt, tamen hac in causa nobis ne suspicari quidem licet, quia fragmenti Bernensis scriptura a Putschii editione, qui ex ipso illo Puteani libro Phocam se expressisse ait, omnibus iis locis, quibus Putschius a uulgari libri forma primus recessit, plane abhorret), ne temporum iniuria prorsus depereat memoria aegre ante paucos hos annos refocillata, hoc loco per singula id describendum esse iudicaui. Quod eo magis mihi licere credidi, postquam librum singularem esse atque a codicibus hactenus adhibitis admodum diuersum intellexi.*

f. [a] = p. 432, 1 K notauimus. ergo omnia 4 rubeo rubui tabeo tabui doceo docuui 5 caneo canui 6 langueo langui urgueo urgui, *om.* uigeo uigui 7 teneo] terreo terrui, *om.* caneo canui tepeo tepui 9 patui teneo tenui caneo canui 11 mulgeo mulsi, *om.* mulceo mulsi 16 quam *om. (recte)* abent 18 que in his componuntur que quamquam 20 cieui 26 assumptis 28 et rependi *om. (recte)* 30 praeteritum perf̃ in has syllabas effert ⁿi ui praeposita qualibet consonante, *om.* in vi praeposita — qualibet praeposita

p. 433, 1 tempero 2 inbuo inbui 3 duo notantur que 5 im praesenti 6 nolo nolui *om.* consolo consolui 7 eandaem mittunt ‖ f. 1[b] ‖ praeteritum 8 presens dissimile, *om.* non *ante* habeant 9 fremui pareo parui pono posui strepo strepui rapio rapui conpesco conpescui 10 ex is 18 fundi, *corr.* fudi linqui, *corr.* liqui scindi, *corr.* scidi 21 praesente ut *om.* 22 fodi emo emi aeandem nouissimam litteram 24 uolui sculpo sculpsi cudo uerua 25 syllabã

Digitized by Google

26 ledo lesi caedo caessi 27 illido illisi allido allisi promsi 28 demsi resumsi praemo 29 praemo praessi 30 expraessi conprimo conpraessi syllabā desinuntur

p. 434, 1 nubsi 2 non in eandem extremitatem 3 ut spargo mergo mersi *post* tergo tersi 4 missi 6 disinus^nt uerba syllabā 7 pincxi afligo aflixi 9 que superius 11 ex is 12 sequuntur inpingo inpegi praeter hisq; in xi ‖ f. 2ª ‖ mittunt 13 meinxi 14 inlixi duxi dico dixi ueho 16 duplucant su^n^t 18 cado cecidi *post* caedo cecidi caecini 19 facit et p si 20 hec adiuctis 21 duplicatum 23 concido, *corr.* -di 24 dididici enim et depoposco, *corr.* -ci 25 sequitur regulam 26 co^iu^ngatione 28 perdo perdidi *om.* 30 uendo uendidi excepto circumdo quod secundam personam facit circumdas et est prime coniugationis *(idem exhibet editio princeps Iensoni libris ceteris uerba 'excepto — coniugationis' omittentibus)*

p. 435, 2 p̃fectum 3 adio 4 senio seui uel senii lenio, etc. *corr.* li- 6 innii 7 is similia 8 exeunt *om.* ut sunt fere haec aurio ausi 10 fulsi uinco 12 apperio apperui cuius repperio 14 syllabā 15 conplectitur 16 ratione 17 que in personis inpersonalia 18 temporisbus participis 19 expo ‖ f. 2ᵇ ‖ nemus inpersonalibus 21 hut pudet tedet penitet et 22 licet et libet et liquet 23 praeterita in uit syllabam 24 pugit penituit prae^ter^ria 25 tedet et miseret, *eras.* et miseret 26 nam et miseritum had, *eras.* h 27 ut licitum tedet 28 pertesum inpersonalia 29 assumunt 30 inpersonalia

p. 436, 2 participalibus 4 defectatiua 5 q; sere salustium 7 partim facit 8 defecit, *corr.* deficiat *m. II* ausim id auctoritatem habeam duunt id dant ausim et duunt inquam (id = idest) 9 temporis praesitis et praeteriti inperfectum habent, *om.* et imperatiui — aio praesens 12 ostendunt, *corr.* -dit 13 secundam personam 14 saluae saluere [illegible] cedo (*fuitne* prendo?) haue gaude similiter ut 15 cedo *om.* 16 numerus plautum date cete.. suntq. in coniugationibus 21 infinitiui 22 participalibus quae supina alii dicunt *om.* *(recte; nam glossa esse uidetur)* 23 messem facit, *corr.* messe fecit sisto ‖ f. 3ª ‖ similiter 24 glisco cresco 25 perfecto *om.* 26 alia itaque 27 in praesenti defecit, *om.* itaque

p. 437, 3 habiens 5 neutri generis 7 stupeo *om.* uireo *om.* ru^b^eo madeo uireo stupeo tumeo 8 hec assumptis 9 ut est deliquescho, *corr.* delitescho ualeo tantum cum faciadum, *corr.* faciat 10 defecit 12 generis et coniugationis et nihilhominus 13 mereo caleo 14 quod ex illo componitur, *corr.* q^et^uę ex illis componuntur 15 fluo sisto, *in marg.* sitio tremo sero, *in marg.* seuio 16 que uerba, *in marg.* primitiua participis 17 inpersonalia 19 haue, h *eras.* et

possum *om.* 21 discernit auo uendo dico 22 priora a fundando fundo fundas a fundendo fundo fundis a uolando uolo uolas a uoluntate uolo uis clamo (clamo *eras.*) appello appellas∴ (*in marg.* conpello) repello appello appellis clamo compello compellas compello (*suprascr.* ·i· cogo) compellis a mandando mando mandas a manduco mando mandis. sunt alia 25 confun|confunduntur, *priore* confun *eras.* timeo paueo, *sed* timeo *linea inductum est* 26 acuo pendo pependi acui aceo, pendo pependi *eras.* 27 pendeo ‖ f. 3[b] ‖ pependi frigo frixi, *supra lin. m. II* frico frixi 29 caepi haec imperatiuo 30 deficiunt et, *deleto* et in futuro et infinito modo

p. 438, 3 declinationi, *corr.* –ne saecundae et infinito 5 similiter feruco ferueres 6 ut alii 9 sunt in has syll 10 et in ctus 14 namque *supra lin. m. II* defecit, *corr.* deficit 15 conuinctus habent, *supra lin. m. II* pīm 16 medeor stillor liquor 19 suplementum accommodantur 21 hoc, *corr.* hęc *m. II* 22 tempore et, et *del.* 23 ut potiris, ut *del.* tertie producte, producte *del. et in marg. corr.* 24 praesentis et, *corr.* –ti set 25 confundentur, *corr.* –untur ut patior (*suprascr.* et pandor) passus sum ut aput 26 iliadis 27 uel uerro (*corr.* –or) ueror uersus (*corr.* ueritus) sum 28 inpersonalia que assumptis 30 in sepie, *corr.* serie ammittunt ambulatur *m. II in marg.* 33 quodec, *corr.* quod haec

p. 439, 1 quod in actiua 2 casu 3 medior, *corr.* –eor tamen habent, *in marg. m. II* tantum habent participium ‖ f. 4[a] ‖ in praesenti et in futuro defecit 4 inpersonalia, *suprascr.* et 7 et his similia. FINIT.

*Quod earum schedarum reliquum est, continetur in eo breuis de patronymicis et possessiuis tractatus f. 4ª, quem excipit initium carminis Marci Cassinensis:*

VERSVS DE ORATORIO QVOD BENEDICTVS IN SVMMO MONTE CONDIDERAT VBI SACRIFICABATVR PAGANITAS. Caeca profanitas coloret dum turba figuras — Quae macerant marci pectora bruta tita.

*Patronymicorum uero expositio ab Vsenero singillatim perquisita tota ex laciniis Priscianeis consuta est modo hic modo illic uocabulis leuiter mutatis, ut continui tractatus species effingeretur: Prisc. I p. 62, 15—21. 23 — p. 63, 2; p. 68, 17 — 69, 1 (post 'quando a matribus fiunt' p. 68, 22 haec insuper addita sunt: 'sed abusiue sicut a regibus conditoribus et fratribus abusiue quoque formantur'); p. 65, 12—17; p. 67, 14—16; p. 68, 15—17; p. 69, 1—2, qui quidem locus in hoc centone sic se habet: 'Veniunt enim uel a nominibus, ut Caesar Caesarius uel a uerbis, ut opto optatiuus uel ab aduerbiis (-is), ut cras crastinus' ('extra extraneus' Priscianus).*

*In eiusdem codicis A 92 nr. 6 saec. IX post Ciceronis Synonyma haec inueniuntur mirae originis uocabula:*

Digitized by Google

semaht nomen
prosemaht pronomen
logaht uerbum
arologab aduerbium
commonaht participium
gecomaht coniunctio (conḡ *cod.*)
agrideraht praepositio

*Interiectionis significatio desideratur hic, sed adest in altera similis insolentiae octo partium orationis enumeratione, quae haec est:*

oma nomen
prooma pronomen
gehot uerbum
gomoth aduerbium
guthol participium
githol coniunctio
gimol praepositio
girothi interiectio.

*Sed haec uiris conparatiuae linguarum scientiae peritis enucleanda relinquamus.*

*Denique in huius codicis fasciculo 25 saec. XII scripto foliorum octo* (f. 1ᵃ Mundus igitur ex quatuor elementis isdemque totis in spere modum globatus terram in medio et in imo defixam eternis celi raptibus concurrens circulari quadam ratione discriminat — f. 8ᵇ Qui eas percuciens aut in sublimem tollit aut in profundum deprimit aut latitudinem declinare aut retrogradari facit. EXPLICIT LIBER ASTROLOGIЄ) *sub calcem nonnullae additae sunt quaestiones grammaticae:*

De 'sinceris' controuersia inter grammaticos: dicunt enim plerique 'hic et haec sinceris et hoc sincere' penultima producta quod uolunt habere ex moreto Virgilii dicentis *(u. 42):*

Subsidit sincera foraminibusque liquatur
Emundata Ceres.

(subseƀ sincā nimis foraminibusque lixatur emundata cēs). Qui tamen, quoniam ($q^{on}$) praedicta (praedicte) praeponderat ratio, dicunt debere dici 'hic et haec sinceris' (sicīs) et 'hoc sincere' penultima correpta; dicitur (dī) enim 'sinceris' quasi sine carie et est caries assecus (?) putredo.*)

---

*) *Similia habes in codice Parisino 8175 (cf. Thurot. l. l. p. 50) f. 29:* [Sincerus] quidam dicunt posse corripi, si componatur a 'sine' et 'carie'. Nos uero dicimus quod media eius nunquam potest corripi siue dicat 'sincerus' uel 'sinceris', quia nunquam inuenitur in aliquo auctore nisi longa. Oratius (*ep. I 2, 54*): Sincerum est nisi uas quodcunque infundis acescit. Virgilius moretum: Subsedit sincere foraminibusque liquatur, *Thurot. p. 435, cf. eiusdem p. 540, ubi Petri Heliae de eadem re adfertur sententia.*

Digitized by Google

Attestante **Iuuenali** quidam dicunt 'hoc specular' correpta penultima, sed huic rationi obuiat **Priscianus** (ps) qui dicit, quod nomina in ar desinentia uocali antecedente ar corripiunt penultimam, consonante uero antecedente producunt, ut laquear lupanar.*) Ad hoc dicunt quidam debere dici 'hoc specular' a specu, alii a 'speculor aris', alii 'hoc speculare huius aris' et tunc nulla erit obiectio.

*) Cf. Prisc. I p. 127, 5—7 H.

# X.

# DE MAXIMIANO, PAPERINO, HIERONYMO, AVGVSTINO, ALIIS AVCTORIBVS IN CODICIS BERNENSIS 123 ARTE PRIMA NOMINATIS.

*Prima codicis Bernensis 123 ars, quae f. 1ᵃ — 31ᵇ habetur, quo iure Clementis Scoti nomen habeat in capite scriptum, Henricus Keilius in programmate Erlangensi 1868 de infimae aetatis grammaticis scripto abunde indicauit p. 11 seq.*

*Qua ex arte postquam Pompeii Probi Cominiani Isidori Vergilii Sergii excerpta seorsim pertractaui, restat, ut de iis auctoribus agam, qui praeter Priscianum, cuius sexcenti proponuntur loci, atque Donatum insuper nominatim laudantur: Priscianum uero atque Donatum sciens neglexi, cum ita eorum libri manuscripti conparati sint, ut haud uideatur aliunde eis auxilium esse petendum. Quamquam hoc minime negauerim, non prorsus inanem suscepturum laborem eum, qui horum quoque excerpta perscrutetur, quippe cum nouisse, qua potissimum forma illi libri medii aeui artigraphis praesto fuerint, scitu non indignum arbitrer.*

*Itaque **Maximianus** bis laudatur f. 1ᵃ et f. 8ᵃ:*

f. 1ᵃ Hoc sciendum, quod ista s littera liquida fuit apud antiquos poetas, apud posteriores uero de metro excluditur, ut **Maximianus** dicit: Quia licenter antiqui et ipsa quasi pro liquenti utebantur inerudita adhuc

1 $^{s}$littera 2 Maximianus] *cf. Maximus Victorinus p. 1963 P* 3 licet licentius *Victorinus Putschii*

Digitized by Google

nouitate, quod posteriores poetae non egerunt, non quod ista definitio recta *non* esset, sed quod uersus suos liquidius discurrere ullis salebris noluerunt.

f. 8ᵃ Quid per definitionem ostenditur? Natura uniuscuiusque rei, ut . . . . . . . . dicit: Definitio quid est? Oratio, quae id, de quo quaeritur, aperte describit et determinat, ut puta si dicas: 'homo quid est? animal rationale mortale et sensuum capax'.

1 poete non ferunt *Putschius* diffinitio recta esse 2 uilis salubris nullis — noluerunt *Putschius* 4 definitionem, *corr.* def- *m. II* 5 ut . . . . . . nus dicit] *Nomen euanuit, sed est Maximus Victorinus p. 1938 P, supplendum igitur 'Maximinianus.' Petrus Daniel de Charisii loco p. 152, 4 K cogitauerat et Cominiani nomen subesse coniecerat.* difinitio 6 discribit et de *euan.* determinat, uelut si quaeras a me 'quid sit homo', respondebo: 'animal rationale mortale risus capax *Victorinus Putschii.*

*Quibus ex locis colligitur,* ***M a x i m i a n i*** *nomine grammaticos Maximi Victorini non solum de ratione metrorum libellum adhibuisse, id quod Keilius contendit l. l. p. 16 not., sed cetera quoque eiusdem grammatici opuscula.*

***P a p e r i n i*** *(cf. Keil. l. l. p. 15 not.) excerpta haec sunt:*

f. 5ᵃ Item **P a p e r i n u s**: Nulla uox duarum uel plurium syllabarum acuto sono in ultima terminatur; circumflexum non alia pars postremum habet, nisi pars, cuius posterior syllaba natura longa excurrit, quae aut amissione ultimae syllabae litterarumue aut earum, quae sunt ante ultimam, corrumpitur, ut 'pacat' 'opplet' 'finit' 'agnot' 'audit' 'addic' 'adduc' 'adhuc' 'posthac' 'antehac' 'audi' '*cupi*', quae plena et integra alia sunt, ut 'parauit' 'oppleuit' '*finiuit*' 'agnouit' 'audiuit' 'addice' 'adduce' 'ad huce' 'posthace' 'antehace' 'audiui' 'cupiui': huius quoque generis sunt 'istoc' 'illoc' 'istac' 'illac' 'istic' 'illic'.

f. 12ᵃ Quot sunt differentiae participiorum et nominum? Dicit **P a p e r i n u s** de differentiis nominum et participiorum, quia sunt quaedam participia, quae et ipsa pro ratione nomina sunt, ut est 'sapiens' et 'constans'; habent enim originem a uerbis, ut 'sapio' 'consto', et eadem participia sunt, et cum sunt nomina, hoc differunt a participiis, quod conponuntur, ut 'insipiens' 'inconstans', et recipiunt conparationem et superlationem, ut 'sapientior' 'constantior' 'sapientissimus' 'constantissimus'. In aduerbiis quoque nomina transeunt, ut 'sapienter' 'constanter'. Participia enim †nec conparatis ex nominibus appellatiuis fiunt.

1 *Hoc excerptum primus edidit Keilius progr. Erlang. p. 15 not.* 2 inflexum 5 oplet adit adhuc addit adhuc 6 cupi *addidi* 7 opleuit finiuit *addidi* audiuit dice parăt opplĕt finit agnŏt audit cupit dic addic dŭc addŭc adhŭc posthăc antehăc — parauit oppleuit agnouit audiuit cupiuit dice addice duce adduce adhuce posthace antehaec *coniecit Keilius* agnot aduc addic adhuc *cod. Sangallensis apud Keilium* 10 quod diferentia de diferentiis nominum participiorum 13 *Verba*: habent enim originem — consto *post* et eadem participia sunt *collocanda esse uidetur.* 13 et idem 14 diferunt 17 nomina *add. m. II* 18 Participia enim] *Fortasse scribendum*: Participia autem nec conponuntur nec conparantur nec in aduerbia transeunt, quia non ex nominibus appellatiuis fiunt.

Digitized by Google

*His addendus tertius locus in* a r t e a n o n y m a B e r n e n s i *cod. 123 f. 114ª, huius libri p. 136, 12 seruatus, quem et ipsum Keilius l. l. e codice Bambergensi edidit, et quartus, quem ibidem Keilius e codice Valentiniano M 7. 3 publici iuris fecit. Hunc igitur, quia Keilii libellus uereor ut in omnium uirorum doctorum manus peruenire potuerit, infra repetam:*

P a p e r i n u s dicit, quod 'optimum' et 'maximum' per u in media syllaba scribebantur apud ueteres: sed sonum i habebant (habebat, *corr. Keilius*); ideo i scribitur in his nominibus. Vt ipse dicit: I littera in loco u litterae posita, sicut 'optimum' et 'maximum' dicimus, quae (quia, *corr. Keilius*) antiqui 'optumum' 'maxumum' dicebant.

*Sed ultima uerba corrupta sunt: nam scribendum secundum ea, quae antecesserunt: quae antiqui 'optumum' 'maxumum'* s c r i b e b a n t, s e d *'*o p t i m u m*'* *'*m a x i m u m*'* *dicebant. Iis uero, quae de isto Paperino Keilius disputauit, non habeo quod addam, nisi hoc, uirum praestantissimum fortasse confidentius debuisse contendere, eundem esse hominem et Paperinum nostrum et Papirianum, ex cuius orthographia excerpta dedit Cassiodorus. Nam non uulgaris doctrinae sunt, quae Paperini nomine circumferuntur, praesertim quae de circumflexo accentu et de 'optumus' forma a ueteribus usurpata dicta sunt nec non quae de nominum atque participiorum differentia subtiliter disputauit. Neque, ut de crebra nominum inmutatione librariorum neglegentia uel temporum more perpetrata taceam, nullius hac in causa momenti esse uidetur, quod in aliquot Prisciani codicibus I p. 31, 2 Papiriani nomen 'paperianus' scriptum est.**)

H i e r o n y m i *nomine praescripto duo extant loci f. 9ª et f. 27ᵇ (de aduerbio):*

f. 9ª Vnde accidunt accidentia partibus orationis? Non ex ingenio sapientis hominis, sed in natura partium atque creaturarum sunt, ut H i e r o n y m u s dicit: Accidentia uniuscuiusque partis non extrinsecus accidunt, quemadmodum febris et frigus homini, quae extrinsecus accidunt et saepe recedunt, sed plenitudo et perfectio uniuscuiusque partis per sua accidentia intellegitur atque dinoscitur. N o n n u l l i uero putant, quod accidentia partium orationis extrinsecus accidunt, sed falluntur hoc putando: nam nomina accidentium et potestates partium idem colligunt inseparabiliter.

2 adque hieronymus 3 accidentia] *cf. Augustinus in arte anonyma Bernensi p. 64, 26 seq.* 6 adque denoscitur, *corr.* din- q. accidentia, *corr.* quod 8 coll(i)egunt

*) *Ad Paperini locum f. 5ª excerptum Petrus Daniel haec margini adscripsit:* 'An est qui uulgo Papirius Praetextatus? Mihi sane uidetur.' *Quinti cuiusdam Papirii fragmentum nuper ex codice Vaticano Pal. 1753 saec. IX denuo edidit Wilmannsius mus. Rhen. XXIII p. 401. De Papirii analogia cf. supra praef. partis III sect. I p. CLI.*

Digitized by Google

f. $27^b$ Hieronymus nouo genere dicendi ait: Item ut notum sensum per ignotum ostendat, ut est: 'nomen dictum est quasi notamen' et reliqua.

---

1 hierō dicendi ut iť 2 ostendatur dictum est] *Videtur de definiendi ui atque ratione agi, cf. ars anonyma Bern. p. 64, 6*

*Huic subiungam duos Augustini locos, quorum alter in eadem definitionis explicandae materia uersatur, f.* $8^a$ *et f.* $14^a$*:*

f. $8^a$ Vt Augustinus dicit: Vbi inuenimus 'dictus' uel 'dicta' uel 'dictum', non natura ibi definitur, sed quod usu uel auctoritate uel consuetudine fit; ubi uero inuenitur uerbum, quod dicitur 'est', ibi natura sensus uel uocis uel sensus et uocis definitur.

f. $15^a$ Et Augustinus dicit: Neutrum dictum est ex necessitate usus in quibusdam mortalibus, quae nec potuerunt dici masculina nec feminina nec aliquid generant nec a quodam gignuntur. Inde articulariter naturaliterque mortalibus iunguntur.

---

1 ut agustinus] *cf. ars anonyma Bern. p. 64,* 2—8 2 ibi dē dinitur 7 nec alind significant

*Vides miro inter se concentu Hieronymi et Augustini locos contineri, quod haud casu factum esse uidetur, sed quomodo id accidisse dicam, expedire non ualeo.*

*Vltimo loco proponam excerptum de praepositionum accusatiuo casu iunctarum quantitate metricum memoratu dignissimum, in quo id summopere querendum est, quod auctoris nomen dimidia ex parte putredine euanuit:*

f. $3^a$ Item .... nouus dicit: Praepositiones accusatiuae: 'ad' breuis, 'aput' ambae breues, 'ante' ambae breues sunt, 'aduersum' omnes breues, 'cis' longa, 'citra' ci breuis tra longa, 'circum' ambae breues, 'circa' cir breuis ca longa, 'contra' con breuis tra longa, 'erga' er breuis ga longa, 'extra' ex breuis tra longa, 'inter' ambae breues, 'intra' in breuis tra longa, 'infra' in breuis fra longa, 'iuxta' prior breuis ta longa, 'ob' breuis, 'penes' ambae breues, 'per' breuis, 'prope' ambae breues, 'propter' ambae breues, 'praeter' prae longa ter breuis, 'post' breuis, sed longa positione.

---

1 praepositionis accusatiue adi breuis 2 ambae brȩmante ambȩ breues est ad: uersum 4 cir breues, *corr.* breuis erga rer breuis 7 penes ambreues

*Quis ille sit auctor, nescio, sed de eadem re tractauerunt [Probus] de ultimis syllabis p. 253, 28 et Seruius de finalibus p. 454, 27, uterque uero ita, ut a nostro procul discrepet. Beda quoque p. 2363 P nihil horum simile protulit.*

Digitized by Google

# XI.

## DE ISIDORO GRAMMATICO.

---

*Isidorum Hispalensem 'Originum' auctorem multifariam ab infimae aetatis scriptoribus grammaticis laudari, non mirabimur, si memoria repetemus, quae primo ille statim operis sui libro de arte grammatica satis accurate disputauit. Et fuisse etiam, qui operam inpenderent, ut quaecumque Isidorus per operis uniuersitatem hic illic passim de hac arte similibusque disciplinis disseruit, studiose colligerent et in unum quasi unius artis corpus redigerent, ex codicis Bernensis 207 fine cognoscitur (cf. catal. bibl. Loresham. ed. Wilmanns. mus. Rhen. 1868 p. 390, 13; p. 397), ut blande omnino nostrae menti sese insinuet coniectura, ex tali locorum Isidorianorum congerie in artis formam redacta haustum esse, quidquid Isidori nomine artigraphi recentiores suis scriptis inseruerunt. Atque hoc et in arte anonyma Bernensi cod. 123 accidit et in [Clementis Scoti] arte codicis eiusdem: sed restant in hac ipsa loci nonnulli, quos in Isidori opere aut diuerse scriptos aut omnino non scriptos esse intellegas. Sunt autem hi:*

|| f. 7ª || Isidorus dicit: Stoici quinque partes esse dixerunt: nam nomen et pronomen una pars est secundum illos, uerbum et participium alia pars est, aduerbium et coniunctio tertia pars est, quarta praepositio, quinta interiectio.

. . .

|| f. 7ª || Isidorus dicit: Phoenices XII partes esse dixerunt, articulum nonam partem putauerunt, qui cum Graecis octaua pars est; inpersonalem modum decimam partem putauerunt, quia non habet certam personam et certum numerum, nisi addas pronomen, ut 'legitur a me a te a nobis', et infinitiuum undecimam putauerunt, quia uim nominis habet, idest nominatiui, accusatiui quoque et ablatiui, gerendi modum duodecimam partem putauerunt, quia habent uerba gerendi uim et formam nomi-

---

esse
1 dixerunt   2 secundum illos *m. II supra lin.*   4 queuta, *corr.* quinta   5 phenices articulum VIIII   6 grecis   9 qui uim   10 accusatiui q; gerendi modi   11 q ui a habent

Digitized by Google

num, ut 'amandi amando amandum amatum amatu', et ideo Phoenices dixerunt XII.

. . .

|| f. 9[b] || Vt Isidorus dicit: Cognomen quasi naturale nomen est; ab infantia enim aliquis accipit illud, quod, si aliis speciebus caruerit, numquam tamen cognomine carebit.

. . .

|| f. 10[a] || Quot modis accipitur agnomen? Tribus modis, ab animo a corpore extrinsecus, additur quasi accidens. Vt Isidorus dicit: Agnomen uero quasi accidens nomen, ut 'Creticus', quia Cretam subegit. Tribus uero principalibus modis recipitur, ab animo, ut 'Achates' idest magnanimus; a corpore, ut 'Excelsus' aut 'Arduus', idest †ciclos; extrinsecus ut 'Diues' 'Pauper'.

. . .

|| f. 12[a] || Sciendum, utrum nomina conparantur, an creaturae, quae demonstrantur per nomina? Sine dubio creaturae conparantur per nomina, ut Isidorus dicit: Conparatio est nomen mentis conparantis praecellens in creaturis, nec nomina, sed creaturas per nomina conparamus.

. . .

|| f. 12[b] || Vtrum conparantur omnia nomina qualitatis et quantitatis? Non, ut Isidorus dicit: Non omnia nomina qualitatis et quantitatis conparantur, sed quae conparantur, qualitatem aut quantitatem significant.

. . .

|| f. 15[a] || Vnde et casus a cadendo dicuntur, ut Isidorus dicit: Casus flexio per uarias qualitates nominandi corporis uel rei, unde a cadendo casus dicti sunt, uel quod unumquodque nomen cadit de suo statu in alterum statum, ueluti est 'doctus docti'.

---

1 tum (ama) phenices] *cf. cod. Bern. 123 f. 7[b]*: Quid fecit Donatus de quattuor partibus quas addiderant phenices? Articulum iuncxit pronomini, quia pronomen est, inpersonalem iuncxit uerbo, quia actum significant inpersonalia uerba, infinitiuum et gerendi modum ideo uerbo iuncxit, quod actionem et passionem habent et tempora et modos 5 nuquam 8 qui cretam 10 maguanim[i]us excelsus (ut) aut 14 isydorus] *Extat in arte anonyma Bernensi cod. 123, p. 76, 17 nullo addito nomine* praecellentiam *ars anonyma* 19 isydorus 20 casus flectio (xio), *corr. m. II* 21 et q̄ unumquodque

*His addas artis anonymae Bernensis locos aliquot p. 82, 2; 86, 27; 140, 24.*

# XII.

## DE ALCVINI ARTE.

*Alcuini artem grammaticam quamquam Henricus Keilius suo iure a noua grammaticorum Latinorum editione secludendam esse censuit, quippe quae praeter sententias pauculas uiuidioris descriptionis causa passim interpositas nihil fere noui scituque digni adferat, quia, cum in Putschii editione nonnullis uitiis lacunisque laboraret, codicis Bernensis 123 saec. X auxilio hic illic emendatiorem reddi posse uidi, facile ab animo meo inpetraui, ut eius quaestionis fructus aliquos lectori beniuolo proponerem.*

*Iam quod ad eos locos attinet, quos Putschius ipse uel lacunae signo uel asterisco notauit, paene omnes in integram formam restitui possunt. Nam p. 2078, 34 post:* 'D. Est uere', *statim haec in cod. Bern. secuntur:* M. Nonne absque ratione est animam absque (*cod.* anima malisque) decore et dignitate sua esse perpetuam. D. Consequens etc.

p. 2098, 10 *cod. Bern. habet:* 'Nam in prima declinatione geñ daẗ sinḡ' *nullo lacunae signo adnotato; neque est profecto, id quod Putschius uoluit, lacuna statuenda; legendum est nimirum:* 'nam in prima declinatione genetiuus et datiuus singularis una uoce' etc.

p. 2128, 12 *in codice Bern. legitur:* 'ut fas ditione tabo', *recte.*

p. 2142, 7: 'Con pariter significat ut coneo, et loco cum propositione ponitur', *pro quibus legendum:* 'et loco cum praepositionis ponitur.'

*Praeterea haec memoratu digna excerpsimus:*

p. 2075, 1 audiuimus *te* doctissime 3 omnium esset 6 diuicias seculi 10 quod esset 36 qui solus exierit 2076, 6 tantummodo propter rerum scientiam, propter puritatem 9 et non

p. 2077, 7 huiusmodi rationes frenis animarum currus coerceri 25 petitis, *recte* 34 aestatis qui tamen 38 et quam saepe

p. 2078, 12 melius nitet, *leg.* nitent, *quod multo aptius quam 'ditant' Putschii* 25 quod sunt animae ornamenta perpetua. 27 studere suadeo 30 scientia transit 42 perdurat 45 dum sapientiam emere nihil potest



Digitized by Google

p. 2079, 10 uidetur non esse 26 atque ille 33 sed etiam meliosus sophiae uias que ad uitam ducit aeternam pandere poteris. *unde scribendum:* sed etiam meliores sophiae uias quae ad uitam ducunt aeternam pandere poteris *pro Putschianis:* sed etiam meliore sophiae uia, quae — aeternam .... poteris. 35 diuinos praecedat ratio et in thesauro spiritali deducat sapientiae in quo

p. 2080, 31 Diuina praeueniente, *praeclare pro 'perueniente' Putschii, cf. p. 2079, 35* Diuina nos praecedat gratia 33 ostendero 45 ad ascendendum, *optime; nam de gradibus agebatur paulo ante:* sunt igitur gradus quos quaeritis

p. 2081, 14 ineuincibiles efficiamini. *Tum in margine manu eadem:* EXPOSITIO DUORUM DISCIPULORUM ALBINI .·. IN DONATI ARTE FELICITER, *quod Keilium fugit, cum in progr. Erlang. 1868 p. 7 auctoris nomen non additum esse contendit.*

p. 2081, 16 alter uero saxo 33 domne 37 disputationem censeo, *bene.*

p. 2082, 4 cuius causa ut prius dixi 16 habet magister 19 littera est indiuidua quia sententias in partes etc., *recte* 15 apud latinos quinque nam y litteram

p. 2084, 24 *Putschius:* Breues fiunt natura et potestate; *cod. Bern.:* breue(s) fiunt natura uocalium long(a)e natura et possitione

p. 2085, 36 interrogemus. aptius hec quoque

p. 2086, 22 quod per ipsos

p. 2086, 31 *Putschius:* ut puta ad praepositio d accipiat; *cod. Bern.:* ut puta ad praepositio d accipit at coniunctio t.

p. 2089, 47 uel incrementa uel decrementa sumere, *haud male*

p. 2090, 39 possunt fieri 41 diminutiua sunt, *corr.* fiunt *m. II* 47 ut pueris Sergiolus

p. 2091, 18 quia nulla 22 accidentium nomini 28 commune magis uocis, *praeclare* 38 nequaquam quia multa sunt dubii generis. F. Vnde sunt dubii generis etc. 43 cardo cinis fornax 46 quid loquitur

p. 2100, 27 qui et mandatiuus, *corr. m. II* commendatiuus

p. 2103, 9 excutiamus. S. Transi quo uelis

p. 2105, 11 Inprobus es flagitator, *optime; Putschius:* en probus 12 quia tu

p. 2107, 22 passionem non significent

p. 2109, 18 *Putschius:* exoluatur; *cod.* uoluatur, *recte.* 23 naturaliter, ter *eras.*

p. 2126, 3 An habes france 4 tamen pausem

p. 2134, 22 uim uel ordinationem, *bis*

p. 2136, 18 dictioni. —

*Post Alcuini artem f. 78ᵇ haec in codice Bernensi insuper habentur:*

Digitized by Google

expl. Exempla de circumcirca. In canone Laodicensi aera XII: ut episcopi iudicio metropolitanorum et episcoporum qui circumcirca manent pro(mo)-ueantur ad ecclesiasticam dignitatem. Iohannes Constantinopolitanus episcopus super epistolas Pauli ad Hebr(a)eos omilia XXX: uerum tamen adpropinquamus filio dei et non sicut Moyses erimus; illic enim erat *(cod.: illic enim erimus erat)* et circumcirca desertio, hic autem ciuitas et milium celebritas angelorum. Item Iohannes episcopus in sermone de misericordia: auarus calumniatur (calom-) pauperi et mediocrem premit, uicinum excludit et omnes circumcirca positos infestando depellit.

# XIII.

## DE DONATI GRAMMATICI VITA A FLACCO REBIO CONSCRIPTA.

*Iam iam uergente ad finem quaestionum grammaticarum serie nouissimo agminis scholastici loco incedat Donati uita a Fabricio olim bibl. Lat. l. IV cap. 7 uol. III p. 740—742 (uol. III, p. 408 ed. Ern.) edita, quam in codice Parisino 7730 saec. X scripto extare Keilius testatur gramm. Lat. IV praef. p. XL. Ego quamquam codicis Parisini nullam notitiam habui neque potui mehercle habere hoc praesertim belli tempore, nihilominus scriptiunculam istam ut ineptissimam certe ita propter dicendi genus perquam inusitatum aliaque quae insunt curiosa ex doctorum uirorum memoria haud prorsus eximendam iterum edere statui nanctus Petri Danielis apographum in eius opusculorum philologicorum codice Bern. 189 seruatum, quod ex codice Parisino fluxisse uerisimillimum est. Quod Danielis apographum, quamquam Fabricius ex hoc ipso istam uitam sese edidisse testatur, tamen cum multis locis perperam transcripserit, tum nullam Danielis adnotationum supra lineas atque in marginibus dispersarum rationem habuit, quibus quoniam Daniel Pithoei quoque obseruationes aliquot criticas inseruit, en pulcherrima nobis sese uisa est occasio offerre haec quoque uiri doctissimi studia nostrae aetatis hominibus propinandi.*

## INCIPIT VITA DONATI GRAMMATICI.

## FLACCVS REBIVS MINVTIO RVTILO SALVTEM.

Rogatus a consodalibus uitam Donati grammatici breuiter commentani, ne cuiquam esset incognita nobiscum degentium, tibique obtuli legendam. Ita enim se habet eius uita et conuersatio, ut subiecta docet narratio.

Donatus natione Romanus grammaticae professionis industria claruit σύγχρονος ut fertur rhetoris Victorini. Hic perpauculo conductus peculio cuiusdam uiduae capellas paucinumero pascendas excepit, septa sibi ab urbe miliario secundo uindicans. Huic operae pretium infetigatum promulgare labor est. Hic dum in alendis capellis moraretur, aestu calente tempore laborabat intolerabili, utpote capillorum ab aure usque ad aurem defensione priuatus. Et quia remotior erat a Tiberi, sitim sibi ingruentem lacunis e cloaca fluentibus capellarum quoque temperabat urina. Hiemis autem tempore solo canente pruina carice compacto solabatur tugurio. Frequentius autem humi accubitabat sub diuo permodico obsonatus edulio, quae nimirum frugalitas non innata, sed egestate concreuerat. Quia uero effetis uisceribus paene cutis desuper laxa rigebat, frigoris ut uitaret enormitatem partim teterrima partim rufa induebatur pellicia. Oculum autem ei iuramentum Martis ademit, quod persoluit, ut peculatus aboleret infamiam. Quadam namque die Aeolicum ingressus consistorium digna sibi nacta cauillatione cum magno pudore delituit, quem ita quidam Graeco lepore insultans suapte aggressus est: Ἄγροικε ἀπαλλάττου οἰῶν μηλοβοτὴρ ἰσχνᾶν, quod dicitur Latine: 'Cede loco rustice modicarum opilio ouium.' Qui maturato rediens discendae pueritiae studens aedili innotuit Ciceroni, a quo toga donatus est, quod erat signum libertatis. Eadem igitur tempestate Aemilius senator hominem exuit, cuius in locum

---

*Cod. Bern. 189 saec. XVI (Petri Danielis philologica)* Vita Aelii Donati grãmatici ex uet. lib. Rauco. qui nunc Regis est in quo erat Fortunatiani Rhetorica, notae in Priscianum et alia quaedam *titulis praemisit Petrus Daniel* 2 Rutilo, *in marg.* forte Rutilio Rutilio *Fabricius* 4 essetne cuiquam incognita *Fabricius* legendum 7 perpauculo, *in marg.* Pith. paupereulo 9 secundo sibi uindicans, sibi *linea inducto* opere infatigatum *Fabricius* 10 aestus talente *in textu, in marg.*: f. aestu calente v. te tempore (*sic*) (*i. e. uetus codex* tepore) 14 tugurio] *Huic suprascripta sunt:* Pith. temperamento mendose ut puto et contra fidem uet. libri; *in marg.*: Catull. in priap. hunc ego etc. 17 pene lapsa *Fabricius* 18 pariter teterrima, *in marg.* f. partim induebatur *Fabricius* 19 autem et *Fabricius* 20 infamia, *in marg.* f. am Quadam] *In marg. dext.* Pith. quadam namque die dum Aeolicum eolicum 21 cum magna, *in marg.* o, *suprascr.* v. ca magna delituit, *suprascr.* i· deorsum latens stetit 22 suapte] *In marg. sin.*: suapte apud Gellium ΒΑΡ Ξ ΩΚCΩΛ ΛΩΝΠΟΥCΤΟΝ ΜΗΑΩΔΟC ΑΠΡΙΝCΙΝΑΝ, *in marg. dext. transuers.* ΒΑΡ Ξ ΩΚCΩΛΜΟΝ ΠΟΥC ΤΟΥ ΜΗΛΟΔΟC ΑΠΡΙΝCΙΝΑΝ *Graeca omisit Fabricius, ego, quae ad codicum uestigia mihi proxime accedere uidebantur, scribere conatus sum, quamquam uersum subesse uerisimile est.* 24 maturatore diens] *In marg.* Pith. 'Qui maturato romam adiens'; uidebatur enim quid deesse in uet. cod. discendae] *An* docendae? edili 25 do natus 26 eandem, *in marg.* a hemilius exuit *scripsi* exiuit *cod. Fabricius*

Digitized by Google

pilleatus meruit subrogari et a Cicerone ordinatim sextum in senatu subiit locum. Igitur quia habitum corporis eius breuiter perstrinximus, libet per singula eum paene membra designare. Erat quippe statura pusillus, capite rotundo in modum uesicae porci capillis admodum rasis et scabiosis atque melancholico humore madentibus. Facie adeo rustica, uno oculo luscus, altero lippus, collo gracili et grosso, brachiis breuibus et contractis, genibus latis, tibiis oppido curtis et grossis, pedibus latis et spissis, et quid morandum? omnia habitudine seruo consimilis. Hic calaumaco caput fouens super quauis ratione consultus breuiter omnia et furibunde explicabat, ita ut nec quidem a discipulis interrogari auderet. Quocirca dum saepe furore perstreperet, quippe cui a naso obscenitas defluebat assidua, senatu pulsus cuiusdam macellarii famulitio susceptus est. Plura pudet referre. Obiit XIII Kal. Ianuarii et proiectùm est cadauer eius in fossam quo peregrini aggregabantur.

Explicit VITA DOMNI DONATI GRÀMMATICI.

---

1 pileatus *Fabricius* surrogari *Fabricius* in senatu *Fabricius* in senatum *cod.* 2 habitum /· corporis, *in marg.* cp̄is 3 pene 4 sabiosis, *in marg.* /· sca 5 melanconico, *in marg.* l 8 consimulis *Fabricius* capud 12 famuliṭio (c *superscr.*) 13 Obiit XIV Kal. *Fabricius* 15 GRAMATICI

# ANECDOTA HELVETICA.

Digitized by Google

# I

# COMMENTVM SEDVLII TVRICENSE
IN
# EVTYCHIS
## ARTEM DE DISCERNENDIS CONIVGATIONIBVS.

---

Quoniam in arte Euticis grammatici, quae de discernendis coniugationibus praetitulatur, quaedam nobis lectantibus occurrunt, quae licet simplicibus lectoribus plana esse uideantur, tamen perspicaciter contuentibus abdita et quibusdam interlucentibus rationum semitulis referta noscuntur, idcirco ea breui expositiuncula ac simplici sermonis stilo enucleanda esse percensuimus, non omnia explanantes, sed quaedam ex omnibus, quae obstrusa esse uidentur, tractantes; nec uentosae laudis fauorem quaerentes hoc facere disposuimus, sed rogatu fratrum et amore rationis prouocati hanc nos deo fauente opusculi industriam suscepimus.

De nomine Euticis.

Terentius grammaticus: 'cum autem', inquit, 'fuissemus ego et Eutex in schola Prisciani, sic ait nobis: «O Theophile, uos qualitatem unus quisque sui nominis et doctorum uestrorum exprimite!» 'Ergo', inquam, 'Euticius uir ingenii de Euticia prouincia ortus. Omnes enim de Euticia orientes Euticii appellantur quasi uere iudiciales. Euticia enim apud phi-

---

*Usus sum codicibus Turicensi (T) et Bobiensi (B), postquam F. Buecheleri beniuolentia inter ipsam plagularum correctionem et certiorem me de eo fecit et eius apographon liberalissime mihi transmisit. Deest titulus in T. Manu recentiori saec. X—XI superscriptum est:* de grammatica. *In B uero superscriptum est:* Incipit commentariolum sedulii in artem eutitii grammatici. 1 oniam T Quo> B que B 2 que nobis B que B 3 contueuntibus B 4 semititulis T 5 exposiciuncula T 6 quedam B 7 que B 8 querentes TB 11 terrentius T *Videtur idem esse Terentius ille, cuius differentiae de uerbo in codice Einsidlensi inter glossas Priscianeas uersantur. Neque enim sine causa et hic et illic Terentius iste cum Prisciano coniunctus est, ut eundem, opinor, significari hominem Prisciani discipulum concludere haud sit ab re alienum, cf. praef.* grammaticis B 12 scola TB teophile T teophili B 13 uestrorum] *an* uirorum? ergo] ego TB 14 eutitius T euticius B Euticia] *Eutychiam insulam in Pagasaeo sinu nominat Plinius H. N. IV* 12 § 72 *Detl., qui* Euthiam *maluit:* euthiciam F[2] 15 Euticii] in B manu rec. *Εὐδίκιοι* Euticia] sc. *εὐτυχία.* philosofos T






Digitized by Google

losophos interpretatur uerum iudicium.' Vnde Eutex appellatus est quasi uere || f. 1[b] || iudicans, eo quod de uera sapientia iudicauit. Eutex enim cognomen est de agnomine ornatum; † euticius uero olligeondi et galathos cum regulo. Aliter iuxta Graecam etymologiam Eutex felix uel fortunatus interpretari potest. Nam εὐτυχής felix in Latinum eloquium uertitur. Item Cassiodorus 'Priscianus', inquit, 'grammaticus qui nostro tempore Constantinopoli doctor fuit'. Itaque quoniam Eutex Prisciani discipulus fuit et Priscianus Constantinopoli floruit, non inprobabile esse uidetur, quia haec ars Euticis Constantinopoli scripta est tempore Iuliani consulis atque patricii.

Cum semper nouas quaestiones et reliqua. Quo pacto discipuli 'semper' interrogare magistros possunt, cum saltem somno impediantur, perquirendum est. Itaque aut 'semper' pro eo, quod est 'saepe', positum esse intellegitur et hoc per συνεκδοχήν accipiendum, totum uidelicet tempus pro parte nominando. Nam 'semper' totum, 'saepe' uero partem temporis designat. Aut certe 'semper' pro omni tempore saeculis uidelicet et generationibus intellegendum. Nulla autem generatio et nulla aetas humani generis tam in praeteritis quam in praesentibus atque futuris transit, in qua non discipu|| f. 2[a] ||li magistros interrogent. Signanter uero dixit, quia quodammodo inexcusabilis necessitas respondendi magistris inponitur. Non enim omni modo, sed quodam modo haec necessitas inexcusabilis esse cernitur, cum neque discipuli ui necessitatis extorqueant responsum a magistris, sed tantum quodammodo, neque inexcusabilis respondendi necessitas ipsis doctoribus inponitur, ne, si respondendo defecerint, officium magisterii cum erubescentia et ignorantia sibi usurpent. Quorum prior observationibus instruitur generalibus, alter indicio finalitatis speciales exsequitur regulas. Notandum, quod 'prior' non ad positiuum, sed ad contrarium comparatiuum in loco hoc habet collationem. Nam libellus, qui praecedit, in ordine prior est, quam qui posterior est. Ergo prior ad posteriorem habet comparationem, quomodo et posterior ad priorem. Posterior namque est subsequens libellus, quam prior. Porro ob hoc generales regulas in priori

---

1 Vnde] unus TB 2 de uere B Eutex enim] *Legendum uidetur:* Eutex enim cognomen est, inde agnomen ortum Euticius; Euticius uero ὀλιγωρητικῶς (*siue* κατ' ὀλιγωρίαν) dicitur et γελαστικῶς ut Graeculus. galatos B 4 grecam TB athimologiam T aethimologiam B 5 interprętari T nam eneuFNC T eyΘFHC B 6 Cassiodorus] *cf. p. 2318 P.* 9 quia *pro* quod *scriptum, cum conpendia utriusque uocis inter se simillima passim confundantur, nolim temptare, cf. u. 20 etc.* hec B 11 questiones TB ad reliqua B 13 sepe TB 14 intelligitur B (?) hoc per sine dochen B hoc chdohen T uidelic̃t T 15 pro arte T sepe TB 16 partim B seculi suidelicet B 17 nulla enim B 18 etas B preteritis B presentibus B 19 transit] tersit T tẽrsit transit B 20 ñe necessitas T 21 imponitur B hec B 23 tantum] tam̃, *quod conpendium* tamen *quoque particulae esse librarius iste uoluit.* tamen B neque] quasi TB 25 defecerunt B 26 sibi *om.* B 29 hoc loco B precedit B in ordine *om.* B 30 posterior ior, *alterum* ior *eras.* posterior subsequitur B

Digitized by Google

p. 447, 17.

libello dicit esse digestas, quod ibi de quattuor formis et de quattuor coniugationibus exponit. In sequenti uero libello non generales, sed speciales regulas asserit esse inclusas, quod in ipso de tribus solum modo formis, hoc est inchoatiua ‖ f. 2[b] ‖ frequentatiua et perfecta deque uerbis duarum coniugationum primae et tertiae quae consonantes ante o uel or habent explicat. Sed contuendum est nobis, cur magis indicium finalitatis uel finalitatem in posteriori quam in priori libello esse obseruandam asseueret, cum in utroque libro et indicium finalitatis et ipsa finalitas perspicue esse cognoscitur. Indicium quidem finalitatis sunt uocales et consonantes quae o uel or syllabas antecedunt, finalitas uero ipsa ultima terminatio intellegitur. Sed si perspicaciter attendamus, neque indicium finalitatis sed sola finalitas in priori libro obseruatur. Non enim uocales seu consonantes, quae uerbi gratia ante eo uel eor et ante uo uel uor et ante io uel ior elucescunt, in priori libello necesse est ut considerentur, sed sola finalitas perspecta certum argumentum tribuit, ut per hanc uerba, quae in ipsam finalitatem desinunt, cuius sint coniugationis, quisque intellegere possit. At in secundo libello non solum finalitas, sed etiam indicium finalitatis, hoc est uocales seu consonantes, qui ipsam finalitatem ante cedunt, obseruantur, quatenus uocalibus et consonantibus, quae finalitati ‖ f. 3[a] ‖ praeponuntur, perspectis certo indicio cognoscatur, cui coniugationi quodlibet uerbum in ipsam desinens finalitatem deputabitur. Sed, quod dicimus, aliquo nos exemplo adprobemus. In go, inquit, uel in gor desinentia uerba ex antecedentibus litteris dinoscuntur. A igitur ante finalem go habentia syllabam primae coniugationis sunt, ut propago as, uagor, indagor refragor. Sic et in aliis hoc ipsum in secundo libello considerato. Itaque finalitas est bo uel bor, co uel cor, do uel dor, go uel gor et reliqua, indicium uero est finalitatis praecedens uocalis uel consonans. Tres quidem sunt aput Graecos coniugationum species et reliqua. Graecorum uero uerborum III species sunt, in quibus tenores discretiones faciunt. Prima species est *βαρύτονος*, quod est compositum ex tribus corruptis, id est *βαρύς*, quod interpretatur carens, *τόνος* quod est accentus, *νεώτατος*, quod nos dicimus 'ultimus'. *Βαρύτονος* autem species dicitur quasi ultima carens tenore. Paenultimam uero *βαρυτόνων* grauis accentus designat.

---

1 quatuor T, *bis* 5 prime scilicet et tertieque B 6 explicant B nobis est B 10 q. o B sillabas T 11 perspicatiter T 13 que T 14 ducescunt B (?) 16 que B 17 aut T 18 que B 19 antecedant B quatinus B que B finilitati T 20 preponuntur B 21 quolibet T 22 abprobemus T approbemus B In go, inquit etc.] *Eutych. Ars II 7; p. 474, 24 K.* 24 sillabam T prime sunt B 25 uago T 27 et co uel cor uel do uel dor et go uel gor et reliq. B initium B 28 precedens B apud B 29 grecos TB grecorum TB 30 discreciones T 31 bargithonos TB 32 barginos TB interpretur (ta) T interp̃ B carens tenore B thonois TB *νεώτατος*] nos atero T nosotoro B 33 ultima bargithonos TB 34 penultimam TB *βαρυτόνων*] bargithonon, *sic semper* TB



Digitized by Google

p. 448, 1.

Acutus autem ante paenultimam syllabam *βαρυτόνων* terminat. Hoc enim mihi in quaestionem irruit, quare prima species *βαρυτόνων* non ‖ f. 3ᵇ ‖ retinet accentum in ultima. Ideo enim non habet, quia omnia uerba *βαρυτόνων* in paenultima et ultima correpta sunt semper. Tenores enim non possunt retinere ultimam et paenultimam, nisi fuerint longae in trissyllabis; si autem breues fuerint, usque antepaenultimam semper ascendunt. Dissyllaba uero uerba *βαρυτόνων* grauis tantum modo regnat. Omnes uero personae istorum uerborum speciei *βαρυτόνων* absque prima positione singularis indicatiui modi, aliquando in ultima circumflexum, aliquando acutum in paenultima semper tenent. *Βαρύτονος* u e r o s p e c i e s o r d i n e m VI c o n i u g a t i o n u m e x c o n s o n a n t i b u s a n t e *ω* i n u e n t i s o s t e n d i t. Vbi enim inuenies *β π φ*, coniugationem primam dies et reliqua. Quarta autem quae per *ζ* uel duplicatam sigma profertur, c u i u s p e r *ξ* uel per *σ* praeteritum dicitur, ut *κλύζω ἔκλυσα ὀρύττω ὤρυξα*. Per liquidas quinta dinoscitur idest *μ λ ν ρ* et per illas semper profertur praeteritum, nisi antecedat alia liquida eam liquidam, et finalem amittat semper posteriorem liquidam, ut *τέμνω ἔτεμα στέλλω ἔστειλα* † erno era. Sexta coniugatio est quae per uocales *υ ε* uel consonantes *ξ ψ φ* profertur. Si uero uocales fuerint ante *ω*, per *σ* praeteritum ‖ f. 4ᵃ ‖ declinatur, ut *ὀπυίω ὤπυισα ἐλεέω ἠλέησα*. Si autem consonantes ante *ω*, aliquando per eas, aliquando per uocales terminatiuas praeteritum profertur, sic et alia uerba. Alii uero hanc sextam diuiserunt et septimam esse uoluerunt, idest ea uerba, quae consonantes ante *ω* habuerint, quod nouitati Graecorum non placuit, sed coniuncte profertur per cognatum praeteritum. Secunda persona singularis indicatiui modi omnium horum uerborum in *εις* diphthongon desinit et circumflexum tenet semper. Secunda species *περισπωμένη* est, quae tres coniugationes habet circumflexo accentu in ultima *et* ex uocalibus secundae personae dinoscitur. Ideo circumflexa dicitur in ultima, quia ultimam natura longam sem-

---

1 ante paenultimam syllabam *βαρυτόνων*] a non penultima syllaba bargithonon TB 2 questionem TB *βαρυτόνων* non retinet] bargithonon in nec tenet T bargithonon nec tenet B, *cf. u. 5* 3 enim *om.* B 4 penultima TB 5 penultimam TB longe TB trissi'labis T 6 antepenultimam B penultimam T 7 de sillaba T bargithinon uerba B 8 persone B positione prima B 9 ultimo TB 10 penultimo TB *Exciditne* accentum *ante* semper? *quod quidem facile omitti poterat propter antecedentis* acutum *similitudinem.* 11 ante o T *om.* B 12 ΒΠΦ TB, *cf. Macrobii excerpta Parisina p. 602, 4 K.* 13 que B per *ζ* uel duplicatam sigma etc.] per Z uel duplicatam simma (duplicatum sima B) profertur uel (et B) per C praeteritum (pre- B) dicitur ut elizo elisa omisso omisa TB 15 dinoscitur I·M·L·N·P B ΜΛΝΡ T 16 preteritum B 17 ammittat T ut thomno thoma enlo ena erno era (erna B) TB 18 que B *γε* B et B ΥΕ T 19 ΖΨΦ·Ι· (C B) TB si uero uocales] *sc. ante ω cui antecedit uocalis υ uel ε uel ι* ante o per Z praeteritum (pret- B) declinatur TB 20 ut opizo opiza eloio eliza T ut opio opiTa eloio eloiza B 21 ante o TB 22 preteritum B 23 que B ante o TB 24 habuerint septimam esse uoluerunt B quia T grecorum TB 25 preteritum B 26 in eis dyptongon TB 27 que B 28 in ultima ex uocalibus secunde TB 29 circumflexa dinoscitur B in ultimo TB ultima B

Digitized by Google

p. 448, 23.

per habet. Et omnes consonantes habet ante ω finalem. Prima in εις diphthongon desinit et per σ praeteritum profertur ut πωλῶ πωλεῖς ἐπώλησα. Secunda in ᾳς diphthongon, aliquando in ας productam desinit et per σ praeteritum semper profertur ut φωράω φωρᾷς ἐφώρασα. Tertia in οις diphthongon uel in ως productam per synaeresin desinit ut ἡμερῶ ἡμεροῖς uel ἡμερῶς; praecedentem uero consonantem seruat in praeterito, ut ἡμέρωσα. Hoc autem sciendum est, quod i littera || f. 4ᵇ || in his non praeindicat, quod diphthongus est; sed priorem enim intellegimus uocalem coniugationum, quia postrema infirma, quomodo aput nos ae et oe inprimis infirmae, et per synaeresin idest in his omnibus per priores tantum modo *uocales* coniugationes cognoscuntur. Tertia species est, quam dicunt ὀξυνομένην idest acualis, quia semper acutum in ultimo tenet, quia ultima syllaba natura longa est semper et in secunda persona semper cognoscitur per i uocalem. Consonantem ante ω habet et ante ω tres semper consonantes tenet †·Ρ·C·Φ et ·ι· pro consonante in paucis uerbis habet ante ω. Omne praeteritum eorum per ·C· profertur ut † omoro omoris omosa; si uero ·ι· pro consonante habuerit per digamma praeteritum profertur ut † aio ais aifa. Haec autem species in prima positione *per* ·ι· uocalem loco consonantis positam dinoscitur. Secunda enim persona eius non distat a secunda coniugatione circumflexorum quippe cum in ᾳς diphthongon finitur ut † omo omais omoka. Si uocalem ·ι· loco consonantis habuerit, quaeritur ab aliquantis, quare nec circumflexum tenet, cum in o productam finitur. Hoc enim fieri puto ad differentiam specierum, ne dubitationem aliis praeberet. Sed hoc maxime adhibendum cum o Graecorum ancipitem || f. 5ᵃ || ueterni in ultimo habent causa discretionis circumflexorum, quia per a productam Aeolensium semper scribitur. In primordio uero ueternorum o littera communis fuit produci et corripi, sic et e aput Graecos ueteres. Aput enim Aeolenses α producta et η producta prioribus semper correptis inuenta est. Nullum

---

1 habent B ante o TB primam in eis B 2 dyptongon B per C preteritum B ut eplilo epoleis epolesa T epulo epoleis epoelesa B 3 in ais dyptongon TB 4 et per Z TB ut trosa (o *supra* a) (troso B) trosais troza TB 5 dyptongon B per seresin desinit ut emero emerois uel emeros T per sineresin desinit ut emoro emorois uel emoros B 6 praecedentem] praesentem T presentem B 7 in preterito ut emera TB 8 prae(iu)dicat quod dyptongus T preiudicatquia dyptongus B 9 coniugã TB apud B 10 infirme B per sinerisin B per sincrisim T 11 coniugã T couingat B uocales *ante* coniugationes *addidi* tercia B 12 ὀξυνομένην] episene TB, *cf. cod. f. apud Keilium p. 448, 4: in o dessinentem dicunt idest* HPICHNA *correp̄, in marg.* HPICENA *nominatur tertia idest acualis quia acuabitur, et Einsidlens. No. 265 (saec. X) in marg.: oerisene acualis* 14 ante o TB 15 ante o TB 16 preteritum B 17 pro T digammon TB 18 aio ais aiFa B hec B 19 per *om.* T 20 eius] cnis T 21 ais TB diptongon T dyptongon B omaka B 22 queritur TB 24 preberet B 25 cnm o grecorum TB ueterni] ueterum T ueternorum B 26 habet B eolemsium T eolensium B 27 primordis B 28 apud B grecos TB ueteros (e *supra* o) T eolenses T apud eolenses enim B 29 a producta et h (H B) producta TB

p 448, 23.

uero uerbum uel aliam partem quamlibet productam in o ancipitem terminari aput Graecos inuenies, nisi tantum modo in uerbis tertiae speciei *quod* discretionis causa esse praediximus, in qua circumflexum Aeolenses refutauerunt ponere eam dubitantes tenori ancipiti. Secunda uero species in secunda persona cognita. Tertia enim non solum in secunda persona, sed etiam in prima positione cognoscitur, quod paulo ante notauimus. Veteres autem Graecorum uerba i uocalem pro consonante habentia, secundae coniugationis *περισπωμένη* adiungebant, cognationem sono diuidentes, quartamque *περισπωμένων* numerantes † iarosilem nominauerunt, idest transibilem per inaequalem accentum. Aeolenses enim tertiae speciei adiungebant quae uno accentu in ultima hoc est acuto proferuntur. Ante specialium tamen expositionem regularum prius aliquid generale de hac ambiguitate coniugationum diffinire temptabo ‖ f. 5ᵇ ‖. Quidam speciales regulas non nisi in secundo tantum libello dicunt esse expositas. Sed mihi uidetur, quod in priori libello non solum generales, sed etiam speciales regulae continentur. Nota enim quod non dicit: 'prius regulas generales diffinire temptabo' sed: 'prius aliquid generale de hac ambiguitate coniugationum definire temptabo', illud nimirum intimare uolens, quod in priori libello prius aliquid generale, quam speciales regulae sunt diffiniendae. 'Aliquid' namque 'generale' est, quod de quattuor formis primo generaliter exponit, hoc est, quod inchoatiua, quae semper in sco desinunt, tertiae, meditatiua in urio quartae, frequentatiua in ito, in so, in xo desinentia primae, perfectae formae uerba quattuor coniugationum repperiuntur. Speciales uero regulas consequenter in eodem libello priori describit, cum de eo et eor et uo et uor et io et ior scribit, et ceteris, quae sunt speciales perfectae formae uerborum terminationes, edisserit. Hinc in subsequentibus ipse dicit, quod secunda coniugatio in eo terminationem quasi specialem in diriuatiuis et primitiuis possideat. Cernis enim, quod non generalem, sed quasi specialem ipsam in eo terminationem nominet ‖ f. 6ᵃ ‖. Itaque in priori libro et generales et speciales regulae sine indicio tamen finalitatis exponuntur. In sequenti uero libello speciales cum indicio fina-

1 aliquam T ancipitem] antiquam TB 2 apud B grecos TB tercie B 3 quod *addidi* prediscimus B 4 eolenses T iolenses B dubitantes] deputantes TB tenori] tenoris TB ancipitis B 5 Tertia autem B 6 grecorum TB uerba epici ·N·C·I· uocalem B 7 perispomene T perispomenion B 8 perispomenon T perispomenion B 9 iarosilẽ nominauerunt idest tersibilem T Iarosilem — idest transibilem B *An: διαπορεύσιμον?* 10 Polenses T eolenses B autem B terciae B quae] qui in T quia in B 13 coniugationẽ (ũ) T 16 regule B regalares, *corr.* regulares T 17 difinire T 18 aliquit, *corr.* -d T 19 diffinire B 20 regule TB suⁿt T s B diffiniendae] differende T disserende B 21 quatuor T 22 que B terciae B 23 IIII^tq T in urmo quarte B frequentiua T in ito in to in so B 24 prime perfecte forme B IIII or T 25 consequentur T priori libello B 26 que B 27 perfecte forme B in subsequentibus] *cf. p. 449, 28—30 K.* 29 deriuatiuis B 31 regule TB sunt indicio tuñ T

litatis regulae continentur. Illud uero discutiendum est, quem ordinem in formis uerborum ipse Eutex ostendit, hoc est, utrum naturalem formarum ordinem, an coniugationum, quibus ipsae formae deputantur. Sed neutrum ordinem hic sequitur. Nam si naturalem formarum ordinem ostenderet, primo meditatiuam, secundo inchoatiuam, tertio perfectam, quarto frequentatiuam formam posuisset. Item, si coniugationum ordinem in ipsis formis describeret, neque primo inchoatiua, quae sunt tertiae, sed potius frequentatiua, quae sunt primae coniugationis, uerba ordinasset. Itaque sciendum, quod superiores tres formae hoc est inchoatiua meditatiua frequentatiua semper sunt deriuatae et quod inchoatiua ex pluribus fontibus deriuantur. Non enim tantum a uerbis, sed etiam a nominibus haec uerba deriuata esse pernoscuntur. Idcirco primo inchoatiuam posuit formam. Et quoniam inchoatiua forma tertiae, meditatiua uero quartae est coniugationis, apte meditatiua sequitur inchoatiuam formam. Porro frequentatiua forma tertium obtinet locum, quia similiter inchoatiuis et meditatiuis haec forma deriuatur. Saepe namque a supinis, quomodo meditatiua uerba, frequentatiuae formae nascuntur, ut scriptu scripto, dictu dicto, cursu curso ‖ f. 6ᵇ ‖ et reliqua, quomodo ab esu esurio et ab amatu amaturio traducuntur. Item a secunda persona, quomodo inchoatiua, ita frequentatiua forma nascitur, ut lego legis legito, fugio fugis fugito, ago agis agito et similia. Non ergo inmerito post inchoatiuam et meditatiuam speciem forma frequentatiua tertio ordine ponitur, cum particeps esse utriusque formae deriuationis pernoscitur. Lege de specie uerborum secundum Priscianum. Et bene uerba perfectae formae postremo posuit, quia haec non solum deriuatiua, quomodo tres supradictae formae, sed et primitiua esse noscuntur. Quoniam de his latius edisserit, apte ea in ultimo loco digessit, et quia perfectio sit finis rerum existentium. Viso enim uisis. Ideo autem uerbum hoc specialiter notat, quia similitudinem deriuationis frequentatiuorum habet. Nam quomodo uerbi gratia a scriptu scripto frequentatiuum nascitur, ita ab eo, quod est uisu, quod a uideo uerbo traducitur, uiso uisis diriuatur. Protinus Arcadiae gelidos inuisere fines. Notandum quod iste uersiculus in Virgiliano carmine scriptus inuenitur. At uero illud, quod praecedit: 'has

---

1 regule TB 3 ipse forme TB deputantur]. *Recte igitur Keilius post uerba:* definire temptabo p. 448, 24 *lacunam statuit: quae enim ex codicis f epitome suppleri iubet, ea ipsa uel similia saltem commentator respexit.* 5 tertia T tercio, *corr.* tertio B 6 potuisset T 7 tercie, *corr.* tertie B 8 que sunt prime B 9 forme B me^di^tatiua T 10 diruatiue B et quae T 11 diriuantur B tañ T 12 hec B diriuatiua B 13 Et quoniam etc.] *Verba:* et quoniam — inchoatiuam formam *om.* T terciae B quarte B tercium B 16 hec B diriuatur B sepe TB a sopinis TB 17 frequentatiue forme B 19 amanturio T 20 quomodo] quoniam T 21 fulgo T 22 tertio ordine] in ordine TB 23 forme diriuationis B praenoscitur T prenoscitur B 24 perfecte forme B 25 posuit, *om.* postremo T hec B diriuatiua B supradicte forme B 26 Quoniam] quõ TB 27 et quia] uel quia? finis sit B 28 hoc *om.* T 29 diriuationis B quomodo] quõ T 31 ducitur B archadie B 33 precedit B

Digitized by Google

forte inuisitis aras' et alterum quod subsequitur: 'omne cum Proteus pecus egit altos uisere montes', non Virgilii sed Horatii esse censemus.

Perfectae formae autem ‖ f. 7ᵃ ‖ uerba quae non sunt anomala uel defectiua in quattuor tantum inueniri coniugationibus uideo. Hoc dicit quod nulla alia forma, nisi tantum perfecta forma, in quattuor coniugationibus inuenitur. Nam tres superiores formae, hoc est inchoatiua meditatiua frequentatiua, singulae singulas sibi uindicant coniugationes, cum nulla ex ipsis forma duas aut tres aut quattuor coniugationes habeat, sed singulae, ut dixi, singulis coniugationibus deputentur. Quae sola etiam in primitiuis hoc habuit proprium quod aliae uix in diriuatiuis. Omisso uerborum circuitu sensum huius loci breuiter ostendamus. Itaque supra dixit quod omnia uerba ante o uel or finalem e uocalem habentia unius tantum modo sunt et secundum ueteres artium scriptores secundae coniugationis, quibus uerbis illud procul dubio intimare uidetur, quod, licet secunda coniugatio supradictas formas inchoatiuam uidelicet meditatiuam atque frequentatiuam in nullo uerbo participat, tamen in uerbis perfectae formae magnam atque praecipuam partem sibi uindicat, cum omnia uerba in eo uel in eor desinentia in sua dicione possideat. Hinc apte subiungitur, quia ipsa sola secunda coniugatio non solum in diriuatiuis 'sed etiam in primitiuis uerbis' in eo uel eor desinentibus 'hoc habuit proprium.' Quid est illud proprium, quod ipsa habuit, nisi illud possessum, ‖ f. 7ᵇ ‖ nisi illud speciale obseruatum, quod supra ostendit, quia uidelicet omnia uerba in eo uel eor desinentia unius tantummodo sunt, hoc est secundae coniugationis? Hoc enim totum canonicum, hoc totum regulare proprium est secundae coniugationis, exceptis paucis uerbis, quae in eo uel in eor desinentia primae et quartae coniugationis in subsequentibus notantur: Vt beo creo meo et reliqua. Sed si quaedam in eo uel in eor desinentia non secundae, sed primae

---

1 protheus TB  2 oratii T  esse censemus]. *Male commentator nugatus est, cum illa: 'has forte inuisitis aras' Horatii esse censebat, cuius minime sunt. Dubitabat de eo uersu Keilius sed Vergilii esse negabat. Est autem Vergilii et reuera, ut refert ipse Eutyches, ex libro VIII Aeneidos defloratus, uersus scilicet 157: 'Hesionae uisentem regna sororis'. Scripserunt enim praue pro 'haesione' 'has forte', ex 'regna sororis' per conpendia r. s. scripto 'aras' finxerunt librarii nequissimi, nisi Eutychem ipsum arguere mauis, qui eum uersum corrupte scriptum iam ipse inuenerit in eis quas exscribebat schedis grammaticis, id quod mihi magis probatur, quia et codices manuscripti antiqui et commentator perquam antiquus eodem laborant uitio.*  3 perfecte autem forme uerba que B (or)  4 in IIII tam̄ T  6 forme B  7 singule B  sibi singulas uendicant B  8 quatuor T  9 singule TB  deputentur] deputo T  10 que B  11 alie B  deriuatiuis B  12 uerba *om.* B  13 unius tam̄ T  14 secunde TB  15 quia B  16 licet secunda coniugatio etc.] *Verba* secunda coniugatio — uidelicet *om.* T  17 tamen] tam̄ T  18 perfecte forme B  precipuam sibi partem B  19 ōr T (e)  dicione] dictione T dictione B  20 quod ipsa B  secunda *om.*B  21 uel in eor B  23 possesum T  24 uel in eor B  25 secunde TB  26 secunde TB  27 que B  prime et quarte B  29 quedam TB  secunde TB  prime B

p. 449, 26.

et quartae coniugationi asscribuntur, quomodo uerum erit, quia omnia uerba in eo uel in eor desinentia secundae sunt coniugationis? Aut ergo 'beo creo' et similia sunt secundae coniugationis, si omnia uerba in eo et in eor desinentia non nisi secundae coniugationi deputantur, aut si 'beo creo meo' et cetera exceptiua non secundae, sed potius primae et quartae coniugationis sunt, quomodo falsum non erit, omnia uerba in eo uel in eor desinentia unius tantum secundae coniugationis esse? Itaque quid aliud ad haec respondendum est, nisi quod uerba quaedam in eo uel in eor desinentia primae sunt et quartae coniugationis, ut 'beo creo eo queo'? Cetera uero omnia, quae in eo uel in eor desinunt secundae coniugationis sunt. Sequitur: quod aliae uix in diriuatiuis. Ex eo quod est 'habuit', per syllepsin 'habuerunt' ‖ f. 8ᵃ ‖ assumendum est ut plena nobis sententia sic constet: 'quod aliae uix in diriuatiuis habuerunt'. Nam aliae coniugationes quae sunt prima tertia quarta unaquaeque suum proprium in diriuatiuis uerbis habet, cum inchoatiua tertiae, meditatiua quartae, frequentatiua primae sint coniugationis. Quod non ita intellegendum est, ut hae coniugationes non haberent aliquod proprium in primitiuis perfectae formae. Nam uerbi gratia omnia uerba in po desinentia, non solum diriuatiua, sed etiam primitiua primae sunt coniugationis, ut crepo crepas et reliqua, exceptis primitiuis paucis, quae sunt tertiae coniugationis, ut scalpo is, sculpo is et reliqua. Item omnia uerba primitiua in uo uel in uor desinentia tertia sibi sola coniugatio uindicat, ut inbuo, tribuo et similia. Multa quoque primitiua in io uel in ior desinentia sub certa obseruatione quartae coniugationis inueniuntur, ut ambio ambis, salio salis et similia. Quid est ergo, quod secundam coniugationem et in primitiuis et *in* diriuatiuis habere proprium dicat? Alias uero coniugationes tantum in diriuatiuis? Nisi hoc dictum esse ita intellegamus, quia prima et tertia et quarta coniugatio, quantum ad supra memoratas formas pertinet, inchoatiuam scilicet meditatiuam atque frequentatiuam, non nisi ‖ f. 8ᵇ ‖ in diriuatiuis uerbis habent proprium, cum ipsae tres formae semper sint diriuatiuae; quantum uero ad uerba perfectae forme attinet, etiam in primitiuis, ut diximus, proprium habent. Sed interea perquirendum est, cur prima coniugatio 'uix' habeat frequentatiua uerba, tertia inchoatiua, quarta meditatiua. Numquid enim frequen-

---

1 quarte TB ascribuntur B 2 secunde TB 3 creo beo B secunde sunt B 4 secunde TB 5 secunde B prime B 6 quarte TB 7 tantum modo B secunde B 8 hec TB quedam T quedam uerba B 9 et in eor B eoro, *corr.* eor T prime sunt et quarte B ut *om.* B 10 creo et eo B omnia *om.* B que B secunde B 11 alie B deriuatiuis B 12 sylemsin TB 13 alie B 14 alie TB que B tercia B unaqueque TB 15 tercie B 16 quarte B prime B 17 hęc T 18 perfecte forme B 19 etiam et B prime B 20 crepoas B paucis primitiuis que B 21 terciae B scalpo] scapulo T 22 tercia B 23 imbuo B 24 certe B quarte B 26 in *ante* diriuatiuis *addidi* 27 in diriuis T ita *om.* T 28 quaⁿtum T 31 ipse tres forme B diriuatiue B ad uerba] aduerbia T perfecte B 32 forme TB 34 tercia B

Digitized by Google

tatiua alterius coniugationis, nisi primae, et inchoatiua, nisi tertiae, atque meditatiua, nisi quartae coniugationis semper fuerunt? Itaque si semper singulae coniugationes singulas formas habuerunt, cur 'uix' eas habere dicuntur? Ad quod respondendum, quod non quantum ad consuetudinem siue auctoritatem, sed quantum ad rationabilem causam pertinet, ipsae tres coniugationes 'uix' supra dictas tres formas habuerint. Nam iuxta auctoritatem et consuetudinem facillima obseruatio est, quod inchoatiua tertiae, meditatiua quartae, frequentatiua semper primae sunt coniugationis. Cur autem meditatiua et inchoatiua magis quartae et tertiae, quam primae, et frequentatiua magis primae, quam tertiae sint coniugationis, abdita quaestio est atque ad discutiendum difficilis, quam tamen ipse Eutex in consequentibus uidetur absoluere, cum dicit: Meritoque utraque forma ‖ f. 9[a] ‖ diriuatiuorum ad eam maxime uenit coniugationem in qua suae finalitatis inueniebat etiam primitiua. Si quis ergo nos interrogauerit, quare frequentatiua magis primae sint coniugationis, quam tertiae, respondebimus ei, quia magis in prima, quam in tertia coniugatione suarum finalitatum, hoc est terminationum, inueniebant etiam primitiua. Nam reuera plura uerba et primitiua et diriuatiua in ipsas finalitates frequentatiuorum in prima, quam in tertia coniugatione desinunt, ideoque ipsa frequentatiua plus debent esse primae, quam tertiae. In prima namque coniugatione sibi similia hoc est diriuatiua et etiam primitiua inuenerunt, in tertia uero coniugatione non nisi dissimilia solum, uidelicet primitiua, excepta so terminatione, inuenire poterant. Ergo ad consocia hoc est diriuatiua eiusdem coniugationis similia *hoc est primitiua in*uenerunt. Aliter: quia frequentatiua et inchoatiua in suis terminationibus in prima et in tertia coniugatione inuenerunt uerba primitiua. Idcirco *dicit* ipsis adhaerere primitiuis, cum excellentius sit primitiuum, quam diriuatiuum; quod et de meditatiuis similiter intellegere possumus, quae non nisi ad quartam coniugationem tendere debuerant, cum neque in prima coniugatione in io primitiua uerba inuenerant neque in tertia coniugatione tam multa primitiua in io desinen ‖ f. 9[b] ‖ tia, quomodo in quarta coniugatione, inuenire poterant. Notantur primae quidem coniugationis ut beo creo meo et

---

1 prime B tercie B 2 quarte B 3 singule B 4 quia non B 5 ad artionem causam Tracionabilem B 6 ipse B habuerunt B 8 tercie B quarte B prime B IIII tae T 9 Cur autem] Cur haec T cur hoc B *Ortum uitium est ex similitudine conpendiorum* B. quarte et tercie quam prime B 10 et quare frequentatiua B prime quam tercie B sit coniugationis T 11 questio TB 12 merito B 13 diriuatiuarum, *corr.* -orum T maximę T 14 sue B 16 prime TB tercie B 17 tercia TB 19 finalitas [tes] T 20 tercia TB 21 prime B terciae T tercie B 22 tercia TB 24 consotia B eiusdem coniugationis similia] eiusdem cousilia T eisdem cousimilia B 25 hoc est primitiua *addidi* inuenerunt] uenerunt TB 26 tercia TB 27 dicit *addidi* adherere TB 29 que B 31 tercia TB 32 prime B coniugatione B

Digitized by Google

p. 450, 25. 450, 27.

reliqua. Inter haec quoque galeo et calceo iuxta Priscianum notanda sunt. Excepto hio as et pio as. Inuestigandum est, quare uerbum pio non potius de quarta ad primam coniugationem excipitur, cum uerba in io et in ior desinentia, quia obseruationibus uerborum primae coniugationis carent, quartae coniugationi necessario deputantur, ut ambio is et reliqua, praeter ea, quae tertiae sunt coniugationis, ut iacio facio et similia. Itaque quoniam pio uerbum carens obseruationibus primae quartae coniugationis debuit esse, quare non de quarta ad primam coniugationem in subsequentibus excipitur? sed sciendum, quod uerba diriuatiua quartae coniugationis in io desinentia hanc generalem obseruationem habeant, quatinus una syllaba nomina, ex quibus nascuntur, superent, ut insignis insignio, superbus superbio et similia. Ergo quoniam pio uerbum a nomine, quod est pius, diriuatum neque una syllaba nomen sibi appositum transcendit, idcirco neque quartae coniugationis esse regulariter debuit ideoque non inmerito a quarta coniugatione neque excipitur, cuius nullam similitudinem hoc uerbum habere pernoscitur. Illud quoque notandum, quare hio uerbum non de quar ‖ f. 10ᵃ ‖ ta ad primam coniugationem excipitur, dum illud, cum sit primitiuum, quartae coniugationis esse debuit; sed adtendamus, quod non omnia uerba dissyllaba primitiua in io desinentia generali uel speciali regula quartae coniugationi deputantur, quippe cum non nisi tria tantum uerba dissyllaba in io desinentia in ipsa coniugatione inueniuntur, quae sunt scio fio et interdum cio. Non ergo hio de quarta coniugatione debuit excipi, quia, cum sit dissyllabum, neque aliqua regula quartae coniugationis debuit esse. Crucio uero aptiori loco in subsequentibus excipitur quia cum carens obseruationibus primae debuit esse quartae coniugationis, tamen in auctoritate primae coniugationis inuenitur. Ideoque dum de uerbis quartae coniugationis disseritur, ipsum primae coniugationis esse notatur. Vio quoque uias, quia neque in simplicitate in usu habetur, licet uiando et uiator repperiatur, propterea neque cum uerbis pio et hio excipitur. Amplio enim amplias ab amplior nomine uel amplius aduerbio. Amplio, inquit, uerbum, cum sit primae coniugationis, non est exceptiuum. Nam supradictam generalem regulam seruat. Nascitur enim a nomine 'amplior' non minus trissyllabo, i puram in paenultima

1 hec TB iuxta Priscianum] *de 'calceo' cf. I p. 476, 11 H. Sed quid illud 'galeo' sibi uelit, difficile est dictu: nam neque p. 441, 16 neque p. 562, 14 huc pertinent, quippe ubi expressis uerbis Priscianus ista de nominibus, non de uerbis esse diriuata adfirmet.* 3 pocius B 4 et ior B prime B 5 coniugationis T 6 preterea TB que B terciae T tercie B 7 obseruationibus] obseruantibus T prime B con[iu]gationis T 9 deriuatiua quarte B 11 sillaba T 13 diriuatiuum B sillaba T 14 quarte B 16 praenoscitur T prenoscitur B 17 quare hoc uerbum T 18 quarte B 19 attendamus quia B dyssillaba B 20 quarte TB 22 que B 23 dissyllababum B 24 quarte B 25 excipitur — obseruationibus *om.* T prime B 26 quarte B prime B 27 quarte B 28 diseritur T prime B 33 supradictam] *cf. p. 450, 13 K.* Na[s]citur T 34 penultima TB

habente et hoc quidem in nominatiuo. Ceterum in genetiuo neque i puram in paenultima sed in antepaenultima habet, ut amplioris, quod superiori re ‖ f. 10ᵇ ‖ gulae uidetur esse contrarium. Ideoque ad meliorem sensum ipse Eutex transiens subiungit atque ait uel amplius aduerbio. Nam quia aduerbium indeclinabile manet semper, amplius aduerbium i paenultimam puram habet. Similiter autem humilio et breuio, et siqua talia repperiantur, a nominibus comparatiuis humilior et breuior, uel magis ab aduerbiis, quae sunt humilius et breuius diriuantur. Sed illud nobis considerandum est praeterea, quare non etiam rabio as et glacio as hisque similia in hoc loco ab Eutice notantur, cum neque genitiui nominum, ex quibus haec uerba nascuntur, ut rabiei glaciei i puram in paenultima quo modo neque amplioris et satietatis, habent. Itaque sciendum, quod uerba ex nominibus quintae declinationis in io manantia non ad genitiuum, sed ad nominatiuum parilitatem syllabarum custodire solent, sicut in consequentibus huius libri parebit. Omne uerbum a nomine diriuatum et reliqua. Intentio quidem auctoris in hac sententia lucide clarescit, quod praeter meditatiua inchoatiua frequentatiua uerba et in eo uel in eor, in uo uel in uor, in io quoque uel in ior desinentia, de quibus omnibus superius tractatum est, cetera omnia uerba in quascumque terminationes desinentia, si a nomine diriuantur, non semper, sed plerumque atque praecipue primae sunt con ‖ f. 11ᵃ ‖ iugationis. Ergo, quod ait uel frequentatiuum hoc est: si non sit frequentatiuum, non ipsa frequentatiua a prima coniugatione segregat, sed alia uerba diriuatiua, quae tamen non sunt frequentatiua, primae coniugationi ascribit. Porro quod ipse meditatiua et inchoatiua et frequentatiua dicit, quoniam 'quasi speciales habent coniugationes proprias', quoddam dialecticum latenter insinuat; ut enim genus species uel formas complectitur, ita species seu formae indiuidua continent, quae et propria dicuntur, quia uerbi gratia sicut homo et leo species sunt animalis, sic nimirum unus homo uel unus leo quoddam indiuiduum uel proprium est in ipsa specie hominis atque leonis. Itaque quoniam inchoatiua meditatiua frequentatiua non tam generales sunt in multiplici uerborum numerositate, sed quasi speciales existunt, aptum erat, ut non nisi singulae singulas et proprias

---

1 genitiuo B 2 penultima TB antepenultima TB qui, *in marg.* quod B 3 regule B 4 transsiens T 6 penultimam TB autem] hoc B 8 a uerbis que B 9 preterea nobis est considerandum B 10 glatio TB eutice T 11 hae uerba B glatiei TB 12 penultima T penultimā B quomodo] quo T q⁊m B sacietatis TB 13 quia B quinte B 14 parilitatem *Buechelerus* pluralitatem T pluralitatem, *corr.* puralitatem B 15 parebit T patebit B 16 diriuatiuum B 17 praeter] propter T qui preter B 19 superius dictum est B 20 diriuentur B 21 et precipue prime B 24 que B prime B ascribit B 26 que quasi B 28 forme B indiuidua continent quae] indiuidua quae (que B) continent TB, *cf. 27:* quoddam indiuiduum uel proprium est in ipsa specie 30 est *om.* B 32 quasi speciales] quasi generales T 33 singule B

Digitized by Google

coniugationes haberent. At uero perfectae formae uerba, quae copiosioris numerositatis sunt, quam ceterae formae, idcirco non unius tantum sed quattuor coniugationum esse debuerant, ut, quia quasi generalia sunt in multiplicitate uerborum, omnium fiant participantia coniugationum. Itaque sciendum est, quod sicut rerum, quaequae sunt, sic etiam ubertati uocum studens natura tam uerba de nominibus, quam de uerbis nomina procreauit. Naturam ‖ f. 11[b] ‖ Boetius ita definit dicens: 'Natura est cuiuslibet substantiae specificatiua proprietas.' Item: 'natura est uis gignendi dicta quod aliquid nasci faciat.' Porro in hoc loco non tantum *rerum sed etiam* nominum atque uerborum Eutex designat uim gignendi in ipsis nominibus et uerbis insitam, quia per artis subtilitatem ac rectam pronuntiationem uerba de nominibus seu nomina de uerbis nascuntur. Nunc et in subsequentibus artis subtilitatem has diriuationum regulas mirabiliter disposuisse ipse Eutex ostendit. Licet si perspicacius intueamur, nulla uox articulata ex altera uoce nascitur: non enim ipsa uox, quae neque diutius manet quam sonat, alteram uocem de se gignere potest, sed certe qui pronuntiat uoces articulatas, loquendo edit. Sed hanc ob causam disciplina diriuationis reperta est, propter scilicet cognitionem rerum. Nam dum uideris, unde ortus est sonus, citius uim eius intelleges. Omnis rei enim inspectio etymologia cognita planior est. Et multa quidem uerba paene de singulis nominum terminationibus genuit, quae primae coniugationi dedit uerborum. Signanter dixit: 'paene de singulis nominum terminationibus genuit'. Non enim ex omnibus, sed paene de singulis nominum terminationibus uerba nascuntur, quia si me ‖ f. 12[a] ‖ re Graecae terminationes fuerint, ut Themisto Calypso, aut a propriis Romanis diriuatae, ut a patricio patriciolus et a Lentulo Lentulaster aut ab accidentibus diriuatae nominibus corporalibus rerum uocabula significent incorporalium, ut ab iusto iustitia, a pigro pigritia, neque de se uerba facient. Multa itaque uerba de multis nominum primitiuorum terminationibus natura genuit, quae primae coniugationi deputauit. Pauciores uero nominum terminationes nec ab omni motu uerborum nec eas ipsas semper in multis nominibus a uerborum diriuatione traduxit. Hic locus diuerse a diuersis exponitur. Quidam namque di-

---

1 perfecte forme B copiosioris numerositatis] copiae numerositatis T. *An:* copiae numerosioris? qui copie numerosiores sunt qui cede forme B 3 quatuor T ut quia] ut quae T ut que B 4 in multiplicitate exemplorum B partic[i]pautia T 5 quaeque T qui que B 8 diffiniuit B specificata B specificatiua proprietas] *cf. Boetius de duabus naturis etc. p. 251.* 10 rerum sed etiam *addidi* uoc̄ m nominum atque uerborum B 12 rectum B 13 de uerbis diriuantur unius et in subsequentibus (*super* unius *scripto* unde) B 15 ostenditur B perspicatius TB 16 uoce *om.* B que B 17 pronunciat T 19 cognitionem] cognationem T 20 intellegis TB ethimologia TB 21 pene TB 22 quae primae — 24 genuit *om.* B 23 pene T 24 pene B 25 quia si] quasi T grece TB 26 calipso TB diriuate T diriuatiue B 28 diriuate T diriuatiue B 31 que prime B deputauit] deputaui T

cunt, quod plures sunt terminationes primitiuorum nominum, ex quibus uerba nascuntur, pauciores uero terminationes diriuatiuorum nominum, quae ex uerbis diriuantur, quod falsum esse mox cognoscemus, si tam primitiuorum, quam diriuatiuorum nominum utrasque terminationes ordine competenti nos inspiciamus. Primitiuorum itaque nominum, ex quibus uerba nascuntur, terminationes fere hae sunt: a, ut turba turbo as; e, ut rete irretio is; o ut ordo nis ordino nas; u, ut gelu gelo as; ac, ut lac tis lacto as; il, ut uigil lis uigilo as; ul, ut exul lis exulo as; um, ut libum libo as; uel n, ut semen nis semino as; ar cor || f. 12[b] || repta, ut compar ris comparo ras; ar producta, ut par ris paro as; er, ut agger ris aggero as; or, ut labor ris laboro as; ur correpta, ut robur ris roboro as; ur producta, ut fur furis furor aris; as, ut nugas nugor aris et uas dis uador aris; es correpta, ut miles tis milito tas; es producta, ut heres dis exheredo das; is, ut testis testor aris; os, ut os oris oro ras; us correpta, ut decus ris decoro ras; us producta, ut salus tis saluto tas; aes, ut aes aeris adaero ras; aus, ut fraus dis fraudo das; uel ns, ut mens tis mentior mentiris; ons, ut frons dis frondeo des; ars, ut pars tis partior iris; uel ms, ut hiems mis hiemo as; obs, ut scobs scobis scobeo scobes; uel ps, ut princeps pis principor aris; uel ors, *ut* sors tis sortior sortiris; irps, ut stirps pis exstirpo as; ax, ut pax cis paco cas; ex correpta, ut nex cis neco necas; ex producta, ut lex gis lego legas; ix, ut radix cis eradico cas; ox correpta, ut pernox *ctis* pernocto as; ox producta, ut uox cis uoco cas; ux, ut lux cis luceo ces; aex, ut faex faecis defaeco as; alx, ut calx cis calco cas; arx, ut arx cis arceo ces. Nunc consequenter uideamus quot hae sunt aut quantum ex Euticis regulis conicere possumus: a, ut: scribo scriba; ela, ut: candeo candela; erna, ut: luceo lucerna; ina, ut ruo ruina; ile, ut cubo cubile; ul, ut consulo consul; o ut || f. 13[a] || lateo latro; edo, ut torpeo torpedo; ido, ut cupio cupido; sio, ut iussum iussio; io, ut suspicor suspicio; am, ut nequeo nequam (nam quomodo a fluo fluidus interposita i littera nascitur, sic a nequeo uerbo nequam interposita a uocali diriuatur); ium, ut litigo litigium; bulum, ut sto stas

---

1 sint B 2 diriuatiuorum] diriuatorum B diriuatorum (ti) T 3 que B tam] tam̃ = tamen T ta˜ B 4 quod diriuatiuorum B 6 uerba diriuantur B turba *om.* B e ut rete] uel ut recte T, *e et uel per conpendium scripto* ↑ *inter se permutatis.* 7 irretior T irrecior B 9 n *om.* uel B correptam T 10 productam T 11 ager TB correptam T 12 productam T 14 producitur T ut hedes diseherendo das B 15 correpĩ T coro B producĩ T 16 luto B eris T 17 do das B eus, *om.* uel B 18 ars ut paurs parcior B ems, *om.* uel B 19 eps, *om.* uel B 20 principior TB uel ors ut sors] in ors sors TB. *Verba* uel ors — sortiris *supra l. 18 post* partior *collocata sunt in* B sorcior T sortiaris B 22 producĩ TB 23 ctis *post* pernox *om.* TB producĩ TB 24 cis B ęx T ex B fecis T defeco T defacco B 25 a^r x T 26 quod (t) T ex Euticis regulis] *cf. p. 454, 15* 27 in a T 29 edo] do T, *cf. p. 454, 15* 30 suspicior B nam quo⁊ affluo B nequa T 31 i littera] v. littera TB 32 a uocali] eadem uocali TB sto as ut stabulum B

Digitized by Google

stabulum; iculum, ut rideo ridiculum; um, ut uado uadum; culum, ut oro oraculum; mentum, ut fundo fundamentum; imen, ut rego regimen; en, ut cano cornicen; men, ut solor solamen; ar, ut caedo Caesar; er, ut *fero gero* lucifer corniger; or, ut sudo sudor; sor, ut tondeo tonsor; tor, ut bello bellator; as, ut uado·uas; es breuis, ut tego teges; es producta, ut ambigo ambegi ambages; eps, ut capio municeps; is, ut torqueo torquis; os, ut pono compos; us, ut parco parcus; uus, ut occido occiduus; bilis, ut sto stas stabilis; ilis, ut doceo docilis; bundus, ut erro erras errabundus; cundus, ut uereor uerecundus; idus, ut madeo madidus; ulus, ut bibo bibulus; ies, ut quiesco quies; iuus, ut opto optatiuus; ibilis, ut uideo uisibilis; tilis, ut flo flatilis; icius ut *aduenio* aduenticius; ax, ut uoro uorax; ex correpta, ut lateo latex; ex producta, ut rexi rex; trix, ut *bello* bellator bellatrix; ux correpta, ut duxi dux; ux producta, ut ‖ f. 13ᵇ ‖ luxi lux. His adde terminationes nominum, quae sunt similia participiis, ex eisdem fontibus uerborum manantium, consonante positionis seruata: ans, ut amo amans; ens, ut doceo docens; item tus, ut amaui amatus; *sus*, ut iussi iussus; xus, ut fluxi fluxus; andus, ut amo amandus; endus, ut doceo docendus; urus, ut amatus amaturus. Cernis igitur quod numerosiores sunt terminationes diriuatiuorum a uerbis nominum, quam terminationes primitiuorum nominum, ex quibus uerba deducantur. Nam illae, quantum nobis occurrerunt, XLV, hae uero LX fere subputantur. Quidam quoque hunc locum ita exponunt, dicentes quod pauciores sint terminationes diriuatiuorum a uerbis nominum, quam terminationes uerborum siue primitiuorum seu diriuatiuorum a nominibus, quod utrum uerum sit, ut sciamus, omnes terminationes uerborum positionis percurramus. Hae sunt igitur terminationes uerborum: um, ut sum praesum; oo, ut incboo reboo; eo quoque et eor, uo et uor, io et ior, bo et bor, co et cor, do et dor, go et gor; ho et hor, *cho* et chor; io *et ior* per coniunctas litteras, lo et lor, mo et mor, no et nor, po et por, pho et phor, quo et quor, ro et ror, so et sor, to et tor, uo et uor per coniunctas litteras, xo et xor, item zo ut Graeci † zo; cinor

---

1 riduculum B 2 inem B 3 cornicen] con·nicen T cedo TB cęsar T cesar B 4 fero gero *addidi* ut sudo ut sudor B sor ut tondeo tonsor *om.* B 5 tegeo T 6 ambigi B ut capio] ut a capio TB 7 torqu^e^o T 9 aerras B madidus *om.* B 10 bido bidulus B 11 flatilis] flotilis T aduenio *addidi* aduentius B 12 uero B producĩ TB 13 bello *addidi* 14 producĩ TB 15 et ex B 16 amas B 17 sus *addidi* iusi B 19 diriuatorum B 21 deducuntur B ille B illae] *hoc non ad ea, quae proxime antecedunt, pertinet, sed ad eum terminationum ordinem, qui supra obseruatus erat.* LXI B 22 supputantur B 24 diriuatorum B 26 percurramus] praecurramus T haec T um] illum T 27 prosum B 28 go] co T cho *addidi* 29 io et ior per coniunctas litteras lo et lor] lo (io B) per cunctas litteras io et ior TB *'per coniunctas litteras' additum est, ut discernerentur hae formae ab illis, quae paulo supra nominatae erant inter uerba ea, quae u o c a l e s ante o finalem haberent. Nam hoc loco de consonantibus agitur, cf. 30.* 31 per coniunctas litteras] per o iunctas litteras T greci zo]. *Sub illo zo graecum uerbum nescio quod latere manifestum est.*

Digitized by Google

quoque et cito et tulor, ut latrocinor febricito opitulor. Hinc perspicuum est, pauciores esse terminationes omnium uerborum, quam diriuatiuorum || fol. 14ᵃ || ex uerbis nominum. Vnde quidam 'pauciores nominum terminationes' pauciora nomina a uerbis diriuata intellegere uolunt, ut sit sensus, quod pauciora nomina a uerbis diriuantur, numerosiora uero uerba deducantur. Sed haec explanatio ipsa sua nouitate refutatur.' Non enim nomine terminationum uel nomina uel uerba seu quaslibet partes orationis nuncupare solemus. Dehinc si pauciora nomina per pauciores terminationes designauit, superfluum esse uidetur, quod subiunxit: 'nec eas ipsas semper in multis nominibus a uerborum diriuatione traduxit'. Illud postremo dicendum, ut et de ceteris taceamus: quis numerare potest, quot nomina in tor et in sor, in tio quoque et in sio desinunt, aut quis comprehendere poterit, quot nomina participialia, quia et ipsa a uerbis quidem diriuantur, in ans et in ens ceterasque participiorum terminationes terminantur? Non ergo pauciora nomina a uerbis, quam uerba a nominibus deducuntur. Immo, si omnes terminationes tam diriuatiuorum a uerbis nominum, quam uerborum a nominibus traductorum sollerter inspexeris, numerosiora nomina a uerbis diriuata, quam uerba de nominibus manantia inuenies. Non enim in tot generales terminationes uerba de nominibus diriuati[illegible] desinunt, in quot generales clausulas nomina de uerbis traducta terminantur. Quibus omnibus discussis hic locus longe aliter est inuestigandus. Mihi itaque uidetur, || f. 14ᵇ || quia, sicut non de omnibus uerbis a nominibus deductis *dicit*, ita consequenter non omnes terminationes diriuatiuorum a uerbis nominum pauciores esse describit, sed tantum eorum nominum pauciores esse terminationes asserit, quae ex uerbis primae coniugationis natura traduxit. Hae namque terminationes nominum ex prima coniugatione manantium pauciores sunt, quam terminationes primitiuorum nominum, ex quibus multa uerba primae coniugationis fiunt. Quod ut certius intellegamus, omnes terminationes diriuatiuorum ex prima coniugatione nominum numeremus. Ipsae namque terminationes ferme tot sunt: in ium, ut litigo litigium et reliqua; in or, ut sudo sudor et reliqua; in uus, ut praedor praeduus, rigo riguus; in ulus, ut adopto adoptulus; in ax, ut uoro uorax, furo furax; in bulum, ut sto stabulum et reliqua; in bilis, ut stabilis; in bundus, ut erro erras

1 latrocinior T  2 dirinatorum B .  4 diriuata diriuata intellere (ge *supra*) uolunt sint sensus T  diriuatiua B  6 deducuntur B  hec explanicio T  hec explicatio B  8 perpanciores T  10 supremo dicendum B  11 de ceteris terminationibus B  13 potest B  participialia] T  participalia B  que et ipsa B  14 cetetasque T  16 diriuatorum B  17 nominum quam] non unquam (n *supra*) T  de nominibus B  18 diriuatiua B  20 diriuatiua] dirinantia TB  22 inuestigandus est B  non *om.* B  23 dicit *addidi*  24 dirinatorum B  25 sed tantum] sed tamen TB  26 que B  28 pritiuorum B  prime B  29 cercius B  30 enumeremus B  ipse B  31 forme B  32 praedo T  predo B  preduus B  in ulus] in iulis T  33 adoptulus] optulis T, *cf. p. 453, 33 K.*  in ax uoro B

errabundus, praedor praedabundus; in ina, ut cubo concubina; in ile, ut cubo cubile; in o, ut epulor epulo et reliqua; in io, ut opinor opinio, suspicor suspicio; in us, ut uolo as ueliuolus; in culum, ut oraculum; in mentum, ut fundamentum; in men, ut solamen; in bilis, ut amatum amabilis; in tio, ut probatio; in tor, ut bellator; in trix, ut bellatrix; in tiuus, ut optatiuus; in tilis, ut flo as flatilis; in itius ut commendatitius; in ans, ut amans; in tus, ut amatus; in andus, ut amandus; in urus, ut amaturus. Quae omnes terminationes in summam collectae, quantum || f. 15ª || nobis occurrerunt, XXVII fiunt. Ergo ipsae pauciores sunt, quam terminationes primitiuorum nominum, ex quibus multa uerba primae coniugationis diriuantur, si quidem, ut ipse Eutex dicit, paene de singulis nominum terminationibus uerba primae coniugationis traducuntur, quae ut ab omni nominis declinatione nascuntur, sic e contrario non ab omni motu uerborum diriuatae terminationes nominum ex prima coniugatione nascentium deducuntur. Et multa quidem sunt uerba diriuata, quae primae coniugationi deputantur. Non hoc semper, sed aliquotiens multa nomina ex prima coniugatione in paucis terminationibus diriuantur.

A tribus enim quasi fontibus uerbalia nomina deducuntur. Non mireris, inquit, si nomina ex prima coniugatione manantia nec ab omni motu uerborum ipsius primae coniugationis diriuentur, cum generaliter nomina uerbalia non plus quam a tribus fontibus nascuntur; et nota, quod non absolute dicat 'a tribus fontibus' sed 'a tribus quasi fontibus'. Principales enim uerborum terminationes, ex quibus nomina fiant, licet reuera fontes non sint, tamen quasi fontes originales esse uidentur, cum ex ipsis nomina diriuentur. Sed quaerendum nobis est, cur a tribus tantum fontibus uerbalia nomina esse deducta designat, cum haec etiam a participiis diriuanda consequenter ostendit. Quare igitur non quattuor potius, quam tres fontes eorundem uerbalium nominum ipse enumerat? Itaque sciendum est, quia ad fontes || f. 15ᵇ || quantum uerbales pertinet, non plus quam a tribus uerbalibus fontibus uerbalia nomina deducuntur; sed quoniam ea uerbalia quae ab infinitiuo futuro manant, etiam a participiis diriuari possunt, ut *a* statum ire uel status statio diriuatur, quarto loco quartum fontem uerbalium nominum describit, cum subiungit siue a participiis, illud nimirum intimare uolens, quod omnia

1 praedo T predo B predabundus B in in ina B 3 suspitio B (?) 6 tuus T itius] itus T commentatius T 8 que B collecte B 9 XX et VII B ipse B 10 prime B 11 sed quidem B ipsę T Eutex] *cf. p. 451, 35* pene TB 12 prime B dicuntur B que B 13 coutrario ut ab omni B 14 diriuatiue B 15 nascencium B Et] E T diriuatiua B que prime B 16 aliquoties B 17 deriuantur B 18 A *addidit* T *m. II.* uerba nomina B 20 motum B prime B 24 fiunt B reuera fontes] reuera quasi fontes B reuera a quasi fontes B 25 querendum TB est *om.* B 26 tantum] tam̄ T tantummodo B diffinat B 27 hec B 28 pocius T 29 q· quantum ad fontes B 30 fontibus uerbalibus B 31 que B 32 a *ante* statum ire *addidi*

nomina, quae ab infinitiuo futuro nascuntur, etiam a participiis recte diriuantur. Siquidem infinitiuus futurus neutrali participio praeteriti temporis est consimilis, ut amatum participium, amatum ire infinitiuus *futurus*. Sed licet omnia uerbalia nomina, quae ab infinitiuo futuro diriuantur, aptissime a participio quoque deducuntur, non tamen a participio, sed ab infinitiuo futuro ipsorum nominum diriuatiuorum exempla ostendit, quod prius est uerbum in ordine quam participium. In quo notandum, quare, cum indicatiuus quam infinitiuus modus sit excellentior, non potius futurum indicatiui modi, quam infinitiui fons uerbalium nominum ordinatur. Ad quod nobis est respondendum, quod omnia uerbalia magis ab infinitiui quam indicatiui futuro propter hoc diriuantur, quia faciliori obseruatione a futuro infinitiui quam indicatiui diriuanda esse dinoscuntur. Nam uerbi gratia, nomina uerbalia in tor desinentia si a futuro indicatiui diriuata essent, nec generaliter diriuationis regulam seruare potuissent. Aliter namque a futuro indicatiui primae coniugationis, ut amabo amator, aliter a futuro secundae coniugationis, ut ‖ f. 16ᵃ ‖ docebo doctor, aliter ab eodem futuro tempore tertiae et quartae coniugationis ut legam lector, audiam auditor nascerentur. In ium in bulum in iculum in imen et reliqua. Sciendum quod hae terminationes a consonantibus, in quas desinunt, ordinem acceperunt. Nam quia m prior est in serie alphabeti quam n, ideo primo terminationes in m desinentes, hoc est ium bulum iculum ante posuit, ac dehinc in n et r, ceterasque consonantes, in quas desinunt, subiungit. Et ante cundus i uel e praeeuntibus etiam ut rubeo rubicundus uereor uerecundus quod e pro i seruauit. Contuendum nobis est, quare hanc terminationem a c consonante incohantem inter alias terminationes posuit, quae a uocalibus incipiunt. Itaque notandum, quod haec et ceterae terminationes, quae a consonantibus inchoant, etiam a uocalibus inchoare possunt. Non solum ergo bulum et bilis, bundus et cundus, sed etiam abulum et ibulum ut sto as stabulum et pateo pates patibulum, abilis quoque et ibilis ut sto as stabilis et doceo doces docibilis; item abundus et ibundus, icundus quoque et ecundus, ut rubeo rubicundus uereor uerecundus recte terminationes dicendae sunt, quamuis aptius sit et ad numerandum compendiosius, ut magis a consonantibus, quam a uocalibus ipsae terminationes incipiant. Postquam igitur de tribus terminationibus, quae sunt ium icu-

1 que B nascuᵃntur B 2 preteriti B 3 infinitiuum B *om.* T 4 futurus *addidi* que B 6 diriuatorum B 7 qui prius B 8 incatiuus B quam infinitiuus *om.* B 9 qua B 10 omnia uerbalia — 13 uerbi gratia *om.* B 14 regulam] generaliter T 15 prime B 16 secunde B 17 terciae et quarte B 20 namque T 21 serię T seriae B alpha beta B primo] post m B dessinentes B 23 in quas] quae T que B 24 preeuntibus uereo B 25 est nobis B 26 consonantem choantem B que B 27 hec B cetere TB 28 que B 30 stabulum — 31 sto as *om.* T 32 uereo B 33 dicende B et annumerandum T 34 quia uocalibus B ipse B 35 postqui B que B

lum imen, quaeque ab i littera inchoant, superius exposuit, apte de hac terminatione, cundus uidelicet, quae aliquotiens ab i littera inchoare potest, conse|| f. 16[b] ||quenter disseruit. Vnde censor quoque licet a praesenti censeo poterat traductum uideri et reliqua. Cum discretio melior sit, quam confusio, recte nomina rerum corporalium atque incorporalium in or desinentia ex diuersis fontibus nascuntur et hoc per aptam distributionem. Nam rerum incorporalium nomina ex indicatiuo praesenti, rerum uero corporalium uocabula ex infinitiuo futuro nascuntur, quoniam faciliori obseruatione haec ab indicatiuo, illa ab infinitiuo traducuntur. Non enim uerbi gratia, sicut consultor ab eo quod est consultum ire apte diriuatur, ita ipsum nomen a consulo rite traducitur, ne, si a consulo diriuari dicatur, non consultor sed consulor, uerbum potius quam nomen, formetur; sic et similia. Liquor liqueris uerbum, liquor liquoris nomen; sopio sopor; quorum duo posteriora notantur. Hoc est liquor et sopor. Quod paenultimam uerborum longam corripiunt in nominibus. Nam li et so in uerbis liquor et sopio paenultimae sunt extremis terminationibus, quae sunt quor et pio. Vnde et ipse Eutex in superioribus pio terminationem esse describit. Sequor assecla. Notandum, quod quasdam litteras aut syllabas in quibusdam diriuationibus natura uel detrahit uel addit; detrahit quidem, ut ab inuideo et prandeo inuidus et prandus causa sonoritatis minus una syllaba proferuntur; addit uero ut assecla pro assequa et scalprum pro scalpum. Item in superioribus ius sto institium et sol sto solstitium pro iustium et solstium. Sed has detractiones uel ad|| f. 17[a] ||ditiones nominum quandoque ipse Eutex notat, aliquotiens uero quibusque diligentibus notandas esse reliquit. Ab obicio obiex. Supra dixerat, quod quamuis rara, fiunt tamen a uerbis nomina, quae inceptiuam paenultimae uel antepaenultimae syllabae uerbi consonantem ante clausulam nominum habuerint, ut cano cornicen et facio artifex ceteraque similia, quomodo ab obicio obiex et ab aspicio auspex. In quo perspicaciter requirendum est, utrum iuxta supra dictam obseruationem in ex an in pex nomen, quod est auspex, desinit. Nam de obiex facilis responsio est, cum i consonans, a qua antepaenultima syllaba uerbi, quod est obicio, incipit, ante ex in

---

1 queque B 2 que aliquoties B 3 diseruit T presenti B 5 quam *om.* B 6 apertam T 7 indicatini presenti B 8 uocabula corporalium B 9 faciori[li] T hec B ducuntur B 10 sultum T 11 ita ipsum non T traducetur B 13 nomen a B liquoris uerbum B 14 nomen *om.* B 15 penultimam TB longam] linguam TB 16 liquor] liquet T 17 penultimae T penultime B que B 18 ipse Eutex in superioribus] *cf. p. 451, 12* terminatione B 19 sillabas T 20 detrait T 21 in innidus B sillaba T in proferuntur B 22 asseda T 23 insto TB solsticium T 24 quandoque *Buechelerus* quam TB ipsę T 25 aliquoties B 27 que B penultimae uel ante penultimae T penultime, *bis* B 28 syllabe B consonantis B ante clausulam *om.* B 29 habuerit TB habuerit nominum B carnicen 30 B obitio B obex B 31 utra B 33 ante penultimam sillaba T antepenultima B obiitio B an ex B

ipso nomine, quod est obiex, seruatur. At uero de praefato nomine non nulla quaestio oritur, utrum in ex an in pex illud terminatur. Nam si in ex terminationem finitur, non auspex, sed ausex, quod absit, pronuntiatur, quia s littera, a qua antepaenultima syllaba uerbi, quod est aspicio, incipit, ante ex terminationem seruabitur. Fortasse igitur in pex terminationem ipsum nomen desinit. Sed si hoc dixerimus, non minus nobis difficultatis occurreret. Non enim a consonantibus positionis uerborum diriuatae nominum clausulae incipiunt, nisi forte iusta causa existente, unde, cum dicimus a litigo uerbo litigium, non gium, sed ium clausulam esse iuxta Euticem animaduertimus. Itaque sciendum est, quod uerbum aspicio ab ad et spicio, quod in usu non est, componitur, sed *si* in ad praepositione d in s mutatur, ut as pro ad in conpositione ‖ f. 17[b] ‖ sonet, s quoque uerbi, quod est spicio, penitus aufertur. Itaque nec s praecedentis praepositionis in eadem syllaba cum p uerbi subsequentis copulari debet, sed potius a p tantum littera uerbi, quod est aspicio, antepaenultima syllaba inchoat, quae eadem p ante ex terminationem in nomine elucescit. A p r a e t e r i t o q u o q u e u e l m a g i s a b i n f i n i t i u o f u t u r o d i r i u a n t u r et reliqua. Quibus uerbis perspicue ostendit, quod omnia nomina, quae ab infinitiuo futuro nascuntur, etiam a praeterito perfecto nasci possunt, quamuis non omnia nomina, quae ex eodem praeterito traducuntur, ab infinitiuo futuro diriuentur, ut rexi rex, duxi dux, luxi lux, rupi rupes, ambigo ambegi ambages. Haec enim non nisi tantum a praeterito perfecto diriuari possunt. Bene autem dicit, quod magis ab infinitiuo futuro, quam praeterito perfecto ipsa nomina diriuentur. Nam faciliori obseruatione ab infinitiuo, quam a praeterito traducuntur, si quidem uerbi gratia nomina in tor desinentia non eodem, sed dissimili modo a quattuor coniugationibus deducuntur, si a praeterito perfecto transfigurentur, ut amaui amator, docui doctor, legi lector, audiui auditor, item secui sector, auxi auctor, rapui raptor et similia. I u s s i o m e r s i o l a e s i o et reliqua. Quaeritur cur neque xio inter has terminationes annumeratur, cum haec terminatio a futuro infinitiui apte manare cognoscitur, ut nexum nexio, fluxum fluxio, et similia. Nisi forte dicendum, quod neque xio terminatio *specialis* inter

---

1 prefato B 2 questio B 3 terminatione B pronunciatur T pronuntiabitur B 4 q̧ s lutā a qua ante penultima B penultima sillaba T 5 termlnatione T forasse B 6 ipsum non B difficultatis] facultatis T 7 occurret B diriuatine B nominum] nomen T 8 clausule TB iuxta T 9 dicimus] dn̄s B 10 euticen TB uer[bum] T spacio B 11 si *post* sed *addidi* prepositione B praeposione T 13 precedentis prepositionis B 15 potius a m̄ littera B antepenultima TB sillaba T 16 que B arte B elucessit T auspex *ante* elucescit *additum in* B *est.* preterito B 17 quoque perfecto B 18 ostenditur T que B 19 nascantur (u *supra* a) B preterito B 20 que B odem preterito B ducuntur B 21 ut rexi rex etc.] *cf. p. 456, 10.* ambago ambagi B 22 preterito B pos[s]unt T 23 dicitur T a infinitiuo B preterito B 25 preterito B 26 dessinentia B coniugatio[ni]bus T 27 preterito B tranfigurentur B 28 seccui B 29 lesio B queritur B 30 adnumeratur B hec B 31 manare] manere TB 32 specialis *ante* inter generales terminationes *addidi, cf. p. sq. u. 10 sq.*

p. 456, 7. 456, 8. 456, 11.

generales terminationes poni debuit, in qua non ‖ f. 18ᵃ ‖ nisi pauca nomina inueniuntur diriuata. Vnde uix in xor, nunquam uero in xtrix nomina diriuata inuenies. Sic steti statum ire statio statum. Idcirco in hoc loco tres fontes, hoc est praeteritum perfectum, ut steti, et infinitiuum futurum statum ire, atque participium status ostendit, quatenus * illud insinuet, quia statio ab his tribus fontibus recte deducatur, ac per hoc omnia nomina, quae ab infinitiuo futuro diriuantur, etiam a praeterito perfecto et participiis praeteriti temporis posse deduci consequenter admonet. Sic ab eo quod est caedo caesum ire Caesar. Mos est Euticis post generales terminationes, in quibus exemplorum copia inuenitur, etiam speciales uel singulares terminationes subiungere, quas tamen neque inter generales prius terminationes enumerat. Et participiorum uel similium participiis nominum per omnia genera eodem modo per singulas tam coniugationes quam significationes uerborum inueniuntur diriuatae terminationes ut amans docens et reliqua. *Si* sensum loci breuiter enucleamus, hoc est, quod dicit, quia sicut supra positae uerbalium nominum clausulae a tribus uerborum fontibus diriuantur, sic et participia uel nomina participiis similia eodem modo a tribus uerborum fontibus nascuntur. Non enim, ut quidam suspicantur, ipsa nomina, quae sunt participiis similia, ab eisdem participiis traducuntur. Non enim amans nomen ab amans participio ulla ratione diriuari potest, sed ab eodem fonte uerbali tam participium, quam nomen creatur Nam iuxta supradictas regulas seruata consonante positionis ante clausulam participii uel nominis ab eo quod est amo conuersa o in ans nascitur amans. Similiter a doceo ‖ f. 18ᵇ ‖ docens conuersa eo in ens, et a lego legens o in ens conuersa, sicut ab audio audiens conuersa io in ens et interposita i diriuatur. Item ab indicatiuo praesenti in andus et in endus nascuntur, ut ab amo amandus, a doceo docendus et similia; a praeterito uero perfecto, ut amaui amatus, docui doctus, legi lectus, tam participia quam nomina similiter transfigurantur. Item ab infinitiuo futuro in urus in ura in urum desinentia et participia et nomina eodem modo diriuantur, ut amatum ire amaturus, doctum ire docturus et similia. Hic namque locus secundum Euticis sensum aliter intellegi non potest. Haec enim nomina et uerbalia et participialia recte nominantur. Verbalia quidem, quae a uerbis nascuntur, participialia, quae sunt participiis

---

1 terminales B 2 diriuatiua B Vⁿde T unum B nunquam B xtrix] trix T xrix B 3 diriuatiua B statum *om.* B 4 in hoc loco] hoc *ceteris omissis* B preteritum B 5 infinitiui B quatinus B 7 que B deriuantur B preterito B 8 preteriti B posse deduci] posset duci TB 9 est *om.* B cedo cesum ire cesar T caedo cesum caesar B 10 post] propter B 11 subṣiungere T 12 quoque uel B 15 diriuate terminatioñ T diriuatine B 16 Si sensum] sensum TB dicitur TB qui sicut B 17 supraposite TB clausule TB a tribus — eodem modo *om.* T 20 que B 25 o in ens T 26 sicut ab audio audiens conuersa *om.* T o in ens B 27 presenti B 28 preterito B 33 sensum euticis B intellegi ⁿᵒⁿ T hec B 34 nomina uerbalia B participalia B 35 que B participilia T participalia que B

Digitized by Google

similia. Non solum in accidentibus nominibus sed etiam in fixis uocabulis et reliqua. Ordo: 'participiorum uel similium participiis nominum eodem modo inueniuntur diriuatae terminationes, in accidentibus nominibus, ceu praediximus, 'ut amans docens' et similia quae sunt accidentia nomina, 'sed etiam in fixis uocabulis uel participiis'; subaudis ἀπὸ κοινοῦ: 'eodem modo inueniuntur deriuatae terminationes'; ut uisus auditus quae sunt quartae declinationis rerum incorporalium uocabula, factum quoque et dictum et similia. Et maxime in femininis in ura desinentibus. Inueniuntur quoque diriuatae terminationes eodem modo participiorum uel similium participiis nominum maxime quidem in fixis uocabulis ac femininis in ura desinentibus, ut pictura scriptura et similia. Ex hoc enim loco euiden|| f. 19ᵃ ||tissime cognoscitur, quia non eodem modo Eutex ac Priscianus quasdam terminationes describunt. Nam dum Priscianus participia actiua futuri temporis in rus ra rum terminari dicat, Eutex in urus potius et ura et urum ipsa participia desinere describit. Hinc non mireris, quod andus et endus iuxta Euticis obseruatam regulam in superioribus terminationes esse diximus, cum haec participia seu nomina in dus iuxta Priscianum terminentur. Quippe nomina uerborum origine deducta et gemino quasi fonte manantia d. l. d. s. Notandum, quare hic geminum fontem, unde nomina traducuntur, describit, cum in superioribus non a duobus tantum, sed a tribus quasi fontibus uerbalia nomina deduci diffinit. Itaque sciendum, quod non de omnibus in hoc loco uerbalibus nominibus pertractat, sed de his solum modo quae in or desinentia ex gemino fonte, hoc est indicatiuo et futuro infinitiuo descendunt. Aliter: hic praetermittit fontem recapitulare praeteriti, quia melius ab infinitiuo futuro, quam a praeterito uerbalia nomina deriuantur exceptis paucis quae a praeterito tantum nascuntur, ut rexi rex duxi dux et reliqua. Quod uero subiungit duabus tantum exceptis idest s et t, duobus modis intellegi potest. Nam si de nominibus tantum in or desinentibus loquitur, planum quidem est, quod ipsa nomina in or desinentia, cum ab indicatiuo praesenti ueniunt, omnes consonantes exceptis s et t ante or habent; ubi non inmerito quaeritur, quare s et t in hoc tantum excipiuntur, cum neque f neque h || f. 19ᵇ || neque

---

1 simlia T  2 Ordo: participiorum etc.] *cf. p. 456, 11*  ut similium T  3 diriuatiue B  4 prediximus B  ut amans docens *om.* B  que B  6 ἀπὸ κοινοῦ *Buechelerus* ΑΠΟ FOENOY B, *om.* T  deriuate T diriuatiue B  7 que B  quarte B  corporalium T  8 et maxime feminis in nux desinentibus B  9 diriuatiue B  11 feminis B  12 quod non B  14 Priscianus] *cf. I p. 557, 26 H.*  in rus in ra in rum B  15 pocius B  desinere non scribit B  16 quia andus B  ipsius euticis B  17 diximus] duximus TB  hec B  18 iuxta Priscianum] *cf. I p. 558, 1 H.*  terminetur T  19 gemina T  manantia d. l. u. g. T  20 nomina duobus tamen B  22 diffiniunt B  24 quae] qui T quia B  25 pretermittit B  26 preteriti B preterito B  27 diriuantur B  que B  preterito tamen B  28 subiungitur T  29 exceptis duabus tantum B  duabus modis T  modis *om.* B  Nam si T  30 tamen B  31 presenti B  32 s et c T  queritur TB

p. 456, 26.

i consonans aut x ante or in nominibus ab indicatiuo uenientibus elucent. Cur igitur non similiter has consonantes, quomodo s et t, excipit? Sed notandum in his uerbis, quod non absolute omnes consonantes ante or inueniri confirmet exceptis s et t, sed expressius ita posuit 'omnes consonantes positionis', hoc est terminationis, 'uerborum significatiuas'. Itaque quia neque in for hor, ior quoque per i consonantem, aut xor nomina a uerbis diriuantur, idcirco neque ipsae consonantes quasi positionis uerborum significatiuae ante or in omnibus nominibus inueniuntur, neque ab indicatiuo praesenti uenientibus nominibus omnes consonantes positionis uerborum significatiuae ante or repperiuntur. Igitur omnia in or desinentia atque ab indicatiuo praesenti uenientia omnes consonantes, non quidem alias, ut f h i x, sed suorum positionis uerborum omnes significatiuas consonantes ante or habentia, hoc est non omnes in alphabeti serie consonantes, sed omnes potius consonantes positionis uerborum suorum significatiuas ante or possident. Si uero de omnibus nominibus ab indicatiuo praesenti uenientibus hoc generaliter dictum esse sentiamus, quod uidelicet ipsa nomina omnes consonantes positionis uerborum significatiuas ante clausulas suas habeant, quaerendum, quare s et t excipiuntur, cum ipsae quoque litterae quasdam clausulas nominum ab indicatiuo praesenti uenientium antecedunt, ut sol sto solstitium, deuerto deuerticulum, adopto || f. 20ᵃ || adoptulus, lateo latex et laterna. Item praesideo praeses, resideo reses, desideo deses. In quibus s consonans, a qua antepaenultima uerbi syllaba incipit, ante es elucescit. Hinc manifestum est, quod haec obseruatio non generaliter de omnibus nominibus ab indicatiuo praesenti uenientibus, sed tantum de illis, quae in or desinunt, intellegenda est, quomodo superius exposuimus. *Sed ut item ante omnes terminationes luceant, quae de praeterito perfecto uel infinitiuo futuri descendunt.* Quaeritur, quomodo huic loco illud non repugnat, quod inueniuntur quaedam terminationes de praeterito perfecto uel infinitiuo futuri descendentes, ante quas neque s uel t elucescunt quae sunt culum mentum men bilis et ex ut rexi rex et ux ut luxi lux et es ut ambigo

2 excipit] excipitur T 6 in for hor for ior T in for quoque per i B 7 ipse B positiones B 8 significatiue TB in omnibus nominibus] in omnibus T in nominibus B neque ab indicatiuo praesenti uenientibus nominibus] uenientibus namque ab indicatiuo praesenti non hoc neque uenientibus nominibus T ueniunt quoque ab indicatiuo presenti non enim neque uenientibus nominibus B 9 positiones B 10 signi[fica]tiuae T significatiue B 11 presentia omnes, *om.* uenientia B 12 s. h. i. x T f h F i x B 13 alpha[be]ti T 14 positiones B 15 incatiuo B 16 presenti B quia uidelicet B 17 positiones B 18 querendum TB 19 ipse quoque littere TB clausulas quasdam B presenti B 20 solsticium B diuerto B deuerticulum] deuertibulum T diuertibulum B 21 presideo preses B re[si]deo T 22 ante penultima TB 23 sillaba B ante s elus cecit T hec B 24 presenti B 25 tantum] tam̃ T tam B que B est *om.* B 27 quam de praeterito T quia de preterito B 28 queritur TB 29 quedam B preterito B 30 s et t B magis *ante* que sunt *add.* B 31 et x T ambei T

Digitized by Google

ambegi ambages. Ergo uel omnes terminationes pro multis *συνεκδοχικῶς* dixit, quomodo et in consequentibus Priscianum laudans: 'Communis' inquit 'omnium hominum praeceptor' hoc est multorum hominum; aut certe s et t specialiter ante omnes illas terminationes lucere dicit, in quibus s et t iuxta supra posita exempla eminent. Hinc ipse signanter adiunxit dicens ut exempla nominum declarant ante lata, hoc est: non aliter, inquit, s et t ante omnes terminationes a praeterito uel futuro manantes lucent, nisi iuxta quod exempla nominum ante lata docent. Ipsa namque exempla perspicue ostendunt, quot sunt omnes illae terminationes, ante quas s uel t lucent, et quot sunt aliae, in quibus eaedem consonantes non apparent. ‖ f. 20[b] ‖ Nisi forte uel mere Graecae sint. Notandum quod non solum dicit 'nisi forte uel Graecae sint', sed significantius dixit 'nisi forte uel mere Graecae sint', hoc est pure seu totae Graecae terminationes, a quibus nec uerba nascuntur, ut Themisto Calypso Pan. Si uero nec pure seu totae Graecae fuerint, sed potius totae conuersae in Latinam formam aut inter Graecam Latinamque sint, plerumque de se uerba faciunt ut φυγή Graece, Latine fuga, ex quo nomine fugo as traducitur. Item *θρίαμβος Graece, Latine* triumphus, a quo triumpho as et *στόμαχος Graece, Latine stomachus, a quo* stomachor aris diriuantur et similia. Vel nisi a propriis Romanis. Subaudis: sint diriuatae. In quo animaduertendum, quod a propriis Romanis, licet raro, uerba deducantur, ut Lentulus lentulizo; sed diriuata nomina ex propriis Romanis uerba de se non faciunt, ut a patricio patriciolus et ab Antonio Antoniaster, quae deriuatiua non possunt uerba ex se facere. Aut etiam nisi ab accidentibus diriuatiuae nominibus corporalibus r. u. s. i. In quo similiter intuendum, quod ab ipsis accidentibus nominibus corporalibus saepe uerba nascuntur, ut iustus iustifico as, longus prolongo as, latus dilato as, liber libero as et similia. Sed nomina rerum incorporalium ex eis diriuata non faciunt uerba: neque enim ab iustitia longitudine libertate et similibus uerba deriuantur. Hoc quoque idem e contrario potest obseruari et reliqua usque scribo is scriba. Quaeritur

---

1 sinechdochicos T sinehdochicos B  2 Priscianum laudans] *cf. p. 456, 29.* 3 preceptor B  4 specialiter, *corr. ex* speciliater T  dicitur T  5 signiflcanter B 7 preterito B  emanantes B  9 ille TB  10 alie B  eadem T eedem B  aparent T 11 grecę T grece B  12 nisi[forte] T  grecę T grece B  sed *om.* T  significatius B  13 grece TB  purę seu totę grece T pure seu uel tote grece sint terminationis B  15 calipso TB  totę grecę T tote grece B  pocius B  tote conuerse B  16 gre|| |cam T  sint] s. T f. B  uerba de se faciunt ut φυγη grece B faciunt grecę, *lacuna interposita* T  18 Item θρίαμβος Graece, Latine triumphus] Item triumphus, *lacuna interposita* T Item TPiam hoc triumphus B ex quo triumphor aris B  et στόμαχος Graece, Latine stomachus a quo stomachor etc.] et a stomachus stomachor TB 19 diriuantur *om.* B  20 S. uel nisi etc. = Sequitur: Vel nisi T  diriuatiue B  21 propriis quidem B  deducuntur B  22 diriuatiua B  Romanis *om.* B  de se uerba B  23 que diriuatiua B ex se facere uerba B  24 S. (= sequitur) aut etiam T 25 diriuatiue B  26 accedentibus T  27 sepe TB  iustifico *om.* B  28 delato T incorpolium T  29 ex his diritiua B  neque ·N· T  iusticia B  30 deoriuantur T diriuantur B  31 ·7·rƀ usque T  queritur TB

Digitized by Google

cur in speciales ac non potius generales terminationes hic nomina a uerbis diriuata ostendit. Ad quod respondendum. Nam quia in superio-|| f. 21ᵃ || ribus uerba primae coniugationis primo quidem a terminatione in a desinente deriuata esse ostendit, ut turba turbo as et similia, aptum erat, ut nunc quoque e contrario, quomodo nomina ex uerbis deducta esse declarat, primo in a terminatione exempla poneret. Et quoniam haec terminatio non generalis, sed specialis esse cognoscitur, idcirco in consequentibus magis speciales, quam generales deriuatorum nominum terminationes introducuntur. Aduenio aduenis aduena. Intimandum, quare a uerbis uocales ante o habentibus hic et in consequentibus nomina diriuatiua ostendit, cum supra praemisit quod 'illud e contrario potest obseruari, ut si quid uerbum nomini appositum consonante praecedente non sit primae coniugationis, non ex nomine deductum sed nominis esse principium *cognoscatur*', nisi ut ostenderet, quod multa primitiua uerba non solum consonantes sed et uocales ante o habentia, si non sint primae coniugationis, non ex nominibus deducta, sed nominum sint principia. Caedo haec caedes. Hanc terminationem, licet sit generalis, recte tamen inter speciales ponendam esse censuit, non solum quia es tam generalis quam specialis terminatio esse aduertitur, sed etiam ut illud insinuaretur, quoniam a primitiuis uerbis, quae non sunt primae coniugationis, et in generales et speciales terminationes desinentia nomina deriuata indifferenter repperiuntur. Formido quoque et caligo et propago et palpo as et indago as uerba et reliqua. Si haec uerba propter hoc sunt primitiua, quod positio || f. 21ᵇ || uerbi syllabis genitiui non respondet nominum, perquirendum, quare rabio as et luxurio as non sunt primitiua uerba, cum et ipsa similiter neque syllabis genitiuorum nominum respondent. Nam genitiui qui sunt luxuriei et rabiei una syllaba positionem uerbi transcendunt. Itaque sciendum est, quia uerba primae coniugationis consonantes ante o uel or habentia, si sint a nominibus deriuata, ad genitiuum nominis parilitatem syllabarum custodire solent. Quod quia in uerbis, quae sunt formido caligo et similia, non inuenitur, magis primitiua quam deriuatiua sunt dicenda. Alia enim uerba primae coniugationis uocales ante o uel or habentia, si sint a nominibus deriuata, non ad genitiuum sed nominatiuum aequalitatem syllabarum, quotienscumque seruant, custo-

2 diriuatina B Nam quia in superioribus etc.] *cf. p. 457, 15.* superius B 3 prime B quidem terminatione T dessinente B 4 dirinata B 5 quoniam quomodo T 6 hec TB 7 sequentibus B 8 dirinatinorum B 10 et in consonantibus T diriuata B 11 premisit B supra praemisit] *cf. p. 459, 16.* 12 apositum T precedente B prime B 13 cognoscatur *addidi* 15 sed et] sed ut T prime B 16 Cedo hec cedes TB 19 terminatio *om.* B 20 que B prime B 21 dirinatiua B 22 et propago et caligo B 23 in[un]dago T 24 quia B sillabis T 25 nominum non respondet B 26 similiter] simil̄ T nominum non responde[n]t T 28 tra[n]scendunt T prime B 29 diriuata B 30 quia quod B 31 que B et similia] et similiter T 32 diriuatiua B prime B 33 diriuata B 34 equalitatem TB sillabarum T quociescumque B

dinut et quia rabio et luxurio ad nominatiuos, qui sunt rabies et luxuries, in parilitate syllabarum consonant, ideo recte ab ipsis nominatiuis emanant, quod et de similibus intellegendum est. Notandum tamen est, quare non cum supra dictis uerbis, quae sunt formido caligo propago et similibus, etiam uerbero et incubo numerantur. Ideo, quia illa primitiua, haec uero a nominibus, quae sunt uerber et cuba, diriuata esse noscuntur. Amo quoque et clamo et uerba similia, quibus nomina adhaerentia neque in genitiuorum syllabis respondent, ob hanc causam inter supra dicta uerba neque notantur, quod nec in eadem uoce tam uerba sint, quam nomina. Multa in his quidem notari possunt; abditae namque causae sunt ac latentes rationum ‖ f. 22ᵃ ‖ semitulae et in primitiuis et in deriuatiuis tam nominibus quam uerbis subtiliter animaduersae. Hinc ipse Eutex omnes regulas originalium fontium atque traductionum, quas in superioribus ostendit, subtili ratiocinatione sequentibus mox discutit, cum subiungit: N a m e t s i q u i s u e l i t a t t e n d e r e p e r s p i c a c i u s a r t i s, s u b t i l i t a t e m m i r a b i t u r. Dubium est, cuius artis subtilitatem nuncupat; hoc est, utrum humanae an diuinae artis subtilitatem in hac sententia describit. Sed si humanae artis subtilitatem dixit, suae artis sagacitatem his uerbis intimat. Honeste enim subtilitatem humanae nec suae propriae artis esse testatur, ne arroganter de se loqui uideretur, cum enim tamen hoc opusculum sic praetitulatur: 'incipit ars Euticis grammatici de discernendis coniugationibus'. Sin uero diuinae artis subtilitatem his uerbis insinuat, ad ideas hoc est aeternas et incommutabiles rationes, quae sunt in arte diuina, secundum quas non solum nomina et uerba, tam primitiua quam diriuatiua, sed et omnes creaturae formatae sunt, nos speculandas atque ammirandas prouocat, quatenus intellegamus, quam mirabiliter ars diuina tam uerba de nominibus, quam de uerbis nomina per humanam loquelam procreauit. Conditor namque linguarum nihil inrationabiliter in uocibus articulatis tam primitiuis quam diriuatiuis, sed omnia copiosa ratione scintillantia formauit. Hinc multiplices ac rationabiles causae, quas grammatici in articula‖ f. 22ᵇ ‖tis uocibus pernotant, non nisi per artem diuinam consistunt, quae omnia in mensura et numero et pondere disposuit ac discrete cuncta ordinauit. Hinc sequitur: Q u a e c o n i u g a t i o n u m

---

1 rabies luxuries T 2 in parilitate] in parilʰⁱtates T inparilitates B consofant B 4 que B 5 Ideo] Ideoque TB hec B 6 que B nascuntur (?) B 7 similia nerba B adherentia TB 9 sint *om.* B 10 abdite TB cause B 11 lates B semitule B et diriuatiuis B 12 aduimaduerse, *priore d inducta* T añaduerse B 13 orinalium B 14 superibus B sequentibus] ·s· T, *om.* B 15 perspicatius TB 16 mirabiliter B diu dubium B 17 humane B ac diuine B 18 descibit B humane TB dicit sue B sagatitatem T 19 honestę T autem B humanae] hanc TB hanc subtilitatem non sue artis proprie esse B 21 enim *om.* B tamen] tantum T pretitulatur B artis B grammaticis T 22 diuine B 23 ad id eas T aeternas] aeternitates T 24 que B 25 sed ᵉᵗ omnis T creature formate B 26 quia mirabiliter B 28 loquelam humanam B creator namque B 30 scintilantia T racionabiles B causas B 31 pernotant] *An:* praenotant? 32 quae] qui TB et pondere et numero B 33 cuncta] cunctas T coniuncta B que B

Digitized by Google

p. 460, 3.

distinguens confusionem a positione uerborum traducta uerbalia nomina paucissima quidem et ea ipsa uix in duabus aut tribus terminationibus ex prima. Subaudis a consequentibus 'progenuit'; subtilitas, inquit, artis confusionem coniugationum mirabiliter distinxit. Non parua enim in coniugationibus confusio, hoc est dubitatio, esset, si quis a qua coniugatione paucissima aut ex quibus coniugationibus plura nomina traducuntur, ignorasset; esset quoque de coniugationibus confusa et ambigua dubitatio, si nos nesciremus, quando ipsae coniugationes primitiuae aut diriuatiuae a nominibus fiunt, aut quae sit illa coniugatio, quae plus est a nominibus diriuata, quam sit principium nominibus facta, hisque similia, in quibus magna confusio exorta esset, nisi illa omnia subtilitas artis distinxisset. Sed quaerendum nobis est, cur paucissima nomina a prima coniugatione esse traducta dicat, cum innumerabilis nominum copia in uariis terminationibus uel ex prima coniugatione nascitur. Quis enim conprehendere seu numerare potest, quot uerbi gratia nomina in cio et in tor et in trix desinentia a prima coniugatione *sunt* deriuata? Itaque sciendum est, quod neque ea nomina, quae de praeterito perfecto uel magis ab infinitiuo futuro traducuntur, neque participialia nomina, quae sunt uidelicet participiis similia, sed illa solum modo, quae a positione, hoc est ‖ f. 23ª ‖ a prima uerborum persona nascuntur, in hoc loco a uerbis traducta referuntur. Nota enim quod non ait: 'quae coniugationum distinguens confusionem traducta nomina a tribus fontibus progenuit', sed districtius dicit: 'a positione uerborum traducta non participialia, sed uerbalia nomina, hoc est quae non a participiis, sed tantummodo a uerbis praesentis temporis indicatiui modi nascuntur. Haec igitur nomina ab indicatiuo praesenti uenientia quomodo plurima ex aliis coniugationibus, sic e contrario paucissima, id est pauca ualde, in comparatione uidelicet nominum ex aliis coniugationibus manantium, a prima coniugatione deriuantur. Porro illud, quod subiungitur: Ea ipsa uix in duabus aut tribus terminationibus ex prima progenuit, quo pacto uerum esse possit, nobis ad discutiendum restat. Non enim parua repugnantia esse uidetur, ut, cum tredecim fere terminationes ex praesenti indicatiuo primae coniugationis manantes in superio-

---

2 duobus T 3 a consequentibus] *cf. p. 460, 4.* 5 non enim parna B hoc dubitatio B 6 esset] esse T 8 quō = quomodo B 9 ipse B primitiue aut quō diriuatiue B que B 10 que plus B 11 exortata est et nisi B 12 querendum TB 13 est nobis B traducta esse B 14 uel ex] uel a ex TB 15 comprehendere B poterit B 17 sunt *addidi* deriuantur B est *om. B* 18 que B preterito B 19 participilia (a *sup.*) T neque enim participalia B que B uidelicet *om.* B 20 que B positioine, *ultima* i *inducta* T 21 a uerbis traducta a uerbis esse referuntur B 22 que B distingues B 23 strictius dicit B dicitur T 24 non] nomina T participalia B qui non B 25 presentis B 26 Hae T hec B presenti B quomodo] quoniam o T quō B 27 ex aliis uenientia B sic e] si e T 28 ualde pauca B 33 presenti B prime B

p. 160, 4. 160, 5.

ribus ostenderit, quae sunt: ium or uus ulus ax bulum bilis bundus ina ile o io us, nunc e contra uix in duabus aut tribus terminationibus ipsa nomina traducta esse confirmet. Qua in re illud nobis est considerandum quod ex ipsis XIII terminationibus VIII quidem sunt, in quibus aut bina aut plura exempla ex indicatiuo praesenti primae coniugationis inueniuntur elata, quinque uero sunt terminationes, hoc est duae generales tresque speciales, in quibus non nisi singula exempla repperiuntur. Hae sunt autem ipsae terminationes: ‖ f. 23ᵇ ‖ ulus ut adopto adoptulus, bilis ut stabilis, item ina ut cubo *con*cubina, ile ut cubo cubile, us ut uolo as uelinolus. Vix igitur in his duabus generalibus et tribus specialibus terminationibus etiam singula exempla ex praesenti indicatiuo primae coniugationis inueniuntur. Nam, nisi compositio formaretur, neque in ulus et in ina et in us ulla deriuatio ex praesenti indicatiuo primae coniugationis inueniretur. Vnde et de his solum modo tribus terminationibus potest intellegi illud quod ait: 'et ea ipsa uix in duabus aut tribus terminationibus ex prima'. Sequitur: E x a l i a r u m u e r o c o n i u g a t i o n u m u e r b i s m u l t a e t a p l u r i b u s c l a u s u l i s p r o g e n u i t n o m i n a. Poterat dicere quia ex aliarum coniugationum uerbis multa in pluribus clausulis progenuit nomina, cum nomina ex praesenti indicatiuo primae coniugationis nascentia in pauciores clausulas descendant. Sed quia ex aliarum coniugationum uerbis multa nomina esse diriuata dicit, causam ostendit, cum subiunxit: 'et a pluribus clausulis progenuit nomina', ac si potius diceret: non est mirum si multa nomina ex aliarum coniugationum uerbis deriuentur, cum a pluribus uerborum clausulis ipsa nomina ducuntur. Aptum namque est, ut quae a multis uerborum clausulis pullulant, multa deriuatiua nomina fiant, quomodo e contrario, quae a paucioribus clausulis nascuntur, ipsa pauciora numerantur, quomodo sunt nomina ex indicatiuo praesenti primae coniugationis nascentia. Cur enim ex prima coniugatione paucissima et cur ex aliis coniugationibus multa nomina artis subtilitas progenuit, causam consequenter exposuit, cum subintulit: E t c e t e r a r u m q u i ‖ f. 24ᵃ ‖ d e m c o n i u g a t i o n u m p r a e s e n s i n d i c a t i u u s q u i a n o m i n u m m u l t a s t r a d u c t i o n e s i n u e r b i f i n a l i t a t e m n o n s u s c e p i t e t m a x i m e a t e r t i a i n d e s i n e n t e r n o n p r o h i b u i t. Per zeugma a consequentibus adnectendum: 'de se nomina proferre', ut plena

1 ostendenderit T que B ium ior] ium et T pulum T 3 Qua^in re T 4 in quibus bina B 5 presenti B prime B 6 hoc est *om.* B due B 7 singularia B repperiantur B 8 enim ipse B ut *ante* adopto *om.* B adobto T 9 in·a T cubina TB 10 et tribus] aut tribus TB 11 presenti B prime B 12 inulus et in d et inus T 13 presenti B prime B 14 nuum B tribus *om.* B 15 illud intellegi B 17 cla^u sulis T Poterat dicere — progenuit nomina *om.* T 19 presenti B prime B 21 deriuata B dicunt B subiungit B 22 pocitus B 23 diriuentur B 24 cla^u sulis T traducuntur B 25 que B 26 fiunt B que B uerborum *ante* nascuntur *add.* B 27 presenti prime B 28 enim] haec T 31 presens B indicatiuum T 32 nominum] noiñ T multas *om.* B suscipit B 33 e tercia B proibuit T

Digitized by Google

nobis constructio sic constare possit: 'indesinenter multa de se nomina proferre prohibuit'. Sed quaerendum est nobis, quare praesens indicatiuus ceterarum coniugationum, quae sunt secunda tertia quarta, nullas nominum traductiones in uerbi finalitatem suscipere dicatur, cum ipse in sequentibus e contra ostendit, quia 'secunda et quarta coniugatio interdum a nominibus deriuata uerba suscipiunt', quaedam quoque tertiae coniugationis, licet raro, tamen a nominibus inueniuntur deriuata, ut iuuenis iuuenisco, uespera uesperasco, glis glisco, item ira irascor, pax cis paciscor et similia. Itaque notandum, quia neque simpliciter dicat: 'et ceterarum quidem coniugationum praesens indicatiuus quia multas nominum traductiones in uerbo non suscepit', sed expressius ponit: 'quia multas nominum traductiones in uerbi finalitatem non suscepit'. Aliud namque est nullas traductiones nominum in uerbo suscipere, aliud traductiones nominum suscipere, sed non in uerbi tamen finalitatem transformare. Nam prima quidem coniugatio non solum traductiones nominum in uerbo suscipit, sed easdem traductiones in uerbi finalitatem assumit cum totam nominis terminationem in totam uerbi finalitatem saepissime conuertit, ut turba turbo as. Verba enim secundae et quartae coniugationis, quando sunt a nominibus diriuata, non in totam uerbi finalitatem, hoc est eo uel eor, io et ior, sed in ipsius finalitatis ultimam partem, o uidelicet uel or, extremam nominis terminationem e uel i interposita conuertunt, ut canus cani caneo es et superbus superbi superbio superbis. Vides enim, quod extrema uocalis genitiuorum nominum non in totam uerbi finalitatem, hoc est eo uel io sed tantum in o, e uel i interpositis, commutatur. Itaque secunda et quarta coniugatio interdum nominum traductiones in uerbo suscipiunt, non tamen ipsas traductiones in uerbi totam finalitatem traducunt, sed ut dixi e uel i interpositis extremas nominum uocales in o uel or, quae extrema pars finalitatis uerborum, conuertunt. Verba quoque tertiae coniugationis, si quando sunt a nominibus traducta, neque terminationes ipsorum nominum in uerbi finalitatem transfigurant, sed additis co uel sco et cor uel scor syllabis a nominibus fiunt. Sola igitur prima coniugatio traductiones nominum in uerbi finalitatem sine aliqua interpositione uocalium solet suscipere, quia nimirum ipsa sola est, quae parilitatem syllabarum

---

1 multa de se nomina *om.* B  2 proibuit T  querendum TB  nobis est B  presens B  3 caeterarum B  coniunctionum que B  tercia TB  4 nominum] noim̄ T  ipse in sequentibus] *cf. p. 460, 10.*  6 quedam TB  terciae T tercie B  7 tantum B  8 irasco T  9 quod neque B  10 presens B  multas *om.* B  11 traductionis in uerbo suscepit T in uerbo *om.* B  suscipit B *nescio an pro* 'multas — non' *potius scribendum sit* 'nullas', *cf. seq.:* 'aliud namque est nullas traductiones nominum in uerbo suscipere'.  multas *om.* B  12 suscipit TB  14 non *om.* B  tamen] tantum T  16 totam] totum T  17 sepissime TB  18 secunde et quarte B  quando] qnō T  19 deriuata B  uel in eor et io B  22 superbis *om.* T  23 non in totam] non ut totam T  24 sed tamen B  commotatur T  25 traductiones nominum B  26 non ipsas tamen B  27 que est extrema B  28 terciae TB  29 si quomodo B  30 additis] addictis T  co uel cor et sco uel scor B  31 traductiōn̄ T  33 nimir̄ T  que B  parilitatem] parnitatem TB  sillabarum T

Digitized by Google

ad primitiua nomina solet custodire. Nec nos lateat, quod in quibusdam codicibus ita hoc rescriptum repperitur: 'quia multas nominum traductiones in uerbi finalitatem non suscipit'; et tunc facilis sensus in his uerbis elucescit. Nam ob hanc causam plurima nomina ex indicatiuo praesenti secundae et tertiae et quartae coniugationis nascuntur, quia non tam multa uerba ex nominibus deriuata ipsae coniugationes suscipiunt. Quod uero dicit, maxime ex tertia coniugatione fieri nomina, ita intellegi ‖ f. 25ᵃ oportet, quod multa nomina ex indicatiuo praesenti quartae coniugationis deriuantur, sed magis a secunda, maxime uero a tertia coniugatione uerbalia nomina ex indicatiuo praesenti nascuntur, sicut in superioribus facile est cognoscere. Porro quod additum est 'indesinenter', quo pacto enim hoc de tertia coniugatione intellegi potest, non uideo. Non enim indesinenter nomina ex indicatiuo praesenti tertiae coniugationis fiunt, cum multa uerba sint eiusdem tertiae coniugationis, quae neque nomina ex praesenti indicatiuo faciunt, qualia sunt ista: lambo cumbo duco uesperasco inuenisco glisco et reliqua fere innumerabilia, ex quibus nomina ab indicatiuo praesenti deriuata haud facile repperies. Cur ergo dicit: 'nomina e tertia coniugatione indesinenter deriuari'? Itaque sciendum est, quod haec extrema sententiae clausula 'indesinenter non prohibuit' non tantum ad tertiam, sed ad tres coniugationes simul, secundam uidelicet, tertiam quoque et quartam coniugationem referenda est, ut sit huiusmodi sensus, quod ex indicatiuo praesenti primae coniugationis non in omnes generales uel speciales terminationes, sed in quasdam ex ipsis terminationibus nomina deriuata inuenies. Ceterarum uero coniugationum praesens indicatiuus in omnes generales ac speciales terminationes indesinenter nomina diriuari non prohibuit. Nulla enim terminatio est in ipsis generalibus et specialibus, quae ab indicatiuo praesenti pullulant, in qua non aliqua nomina ex secunda uel tertia uel quarta coniugatione aut ex harum aliquibus aut simul ex his omnibus coniugationibus deriuata fiant. Ideoque illarum praesens indicatiui in omnes ipsas terminationes indesinenter nomina de se facere non prohibuit, non quod ex omnibus uerbis secundae et tertiae quartaeque coniugationis semper in has terminationes deriuata

1 late^at T nos nec lateat B 2 hoc scriptum B 4 eluscescit T elucessit B plura B presenti secunde et tercie B 5 terciae T quarte B 6 diriuata ipse B 7 maxime et B tercia TB 8 multa quidem nomina B presenti quarte B 9 maxima T tercia TB coniugatioñ T 10 ex eodem indicatiuo presenti B 11 agnoscere B aditum T 12 hoc *om.* B tercia TB po|| test T 13 presenti B perfecti T terciae B 14 terciae coniugat̃ T tercie B que B 15 presenti B 16 fere *om.* B 17 presenti diriuata B haud facile *om.* T 18 tercia TB diriuari B hec TB 19 ex prima sententie B id indesinenter B ^non prohibuit T non tamen B 20 terciam TB simul coniugationes B terciam TB 21 coniugationem *om.* B sensus huiusmodi B 22 quia B presenti B prime TB non in om̃ T 24 presens B 26 generalibus] generationibus B generalibus terminationibus *Buechelerus* 27 que B presenti B pullulabant B 28 tercia TB 29 aut] añ T 30 presens B indicatiuus B 31 uerbis *om.* B secunde et tercie B 32 terciae T et quarte B in has deriuationes deriuata B

Digitized by Google

nomina descenderent, sed quoniam in omnes || f. 25[b] || ipsas terminationes nomina deriuata ex praefatis tribus coniugationibus fiant. In quibusdam codicibus haec clausula ita scripta inuenitur: 'indifferenter non prohibuit.' Sed si a secunda magis, quam a quarta, maxime uero a tertiae coniugationis indicatiuo praesenti nomina diriuantur, ibi triplex differentia in trium coniugationum originalitate euidenter cernitur. Radendum est ergo indifferenter, ubi trina differentia potius, quam confusio inesse cognoscitur. Quod enim dictum est 'non prohibuit', figura esse uidetur, quae minus dicto plus significat, ut apud Virgilium: 'munera non sperno', hoc est libenter accipio; similiter et in hoc loco intellegendum 'non prohibuit', hoc est praesens indicatiuus artis subtilitati de nomine ipso proferre libenter concessit.

Primae uero coniugationis positio quae multas nominum suscipit ab omnibus tam declinationibus quam clausulis traductiones in uerbo merito de se nomina non adeo concessit proferre. Aptum, inquit, erat, ut, quia prima coniugatio numerosior est in deriuatiuis quam primitiuis uerbis, non adeo more primitiuorum de se multa nomina concederet proferre. Nam quamquam ex nominibus copiose ipsa traducitur, non tamen copiose ex ipsa nomina deriuantur, seruata in hoc nominis dignitate, ut ipsum magis sit fons uerborum primae coniugationis, quam ex ipsa pullulatio. Sed in talibus fontibus atque traductionibus quaterna uarietas inesse cognoscitur. Sunt enim uerba tantum primitiua, ut amo clamo, quaedam tantum deriuatiua, ut lectito cursito, alia primitiua simul et deriuatiua, ut a merce mercor aris, ex quo commercium || f. 26[a] || et a conuiua conuiuor, ex quo conuiuium. Non nulla uero repperiuntur, quae neque ex nominibus sunt deriuata neque more primitiuorum de se nomina faciunt, ut titubo uaco plico mico et similia, de quibus ab indicatiuo praesenti nec facile nomina deriuatiua inuenies. Notandum uero est, quod hoc in loco positio primam personam singularis numeri praesentis temporis indicatiui modi designat. Hinc superius praesens indicatiuus ceterarum coniugationum, hoc est ipsam positionem uerborum posuit. Ob hoc autem ipsa prima persona praesentis indicatiui positio nominatur, quia ipsa tamquam in fundamento deriuatiuo-

1 sed quo in TB 2 in quibus [dam] T 3 hec B ita *om.* B scripta] scriptor T 4 a quarum maxime uero a tercia B a tercia coniugā T 5 indicat̄ p̄sti T presenti B deriuantur B in] inter B *An:* intra originalitatem? 6 originaliuatem T originalit̄ B 7 pocius B dinoscitur B 8 que minus dico B 9 ut apud Virgilium] *Aen. VII 261.* 11 presens B indicat̄ T suptilitati B de ipso nomine libenter proferre B 13 prime B que B 14 tam coniugationibus B 16 proferre concessit B inquid T erat inquit B 17 diriuatiuis B in primitiuis B 18 quamquam] quia T qui B 19 copiosę T tamen] tam TB 20 in huius B uerborum] uerb̄ T uerbis B prime B 22 quedam uerba tam primitiua B 23 quedam TB tamen B 26 uere B que B 28 presenti B deriuata B 29 hoc loco B posito B 30 presentis B incatiui B 31 presens indicatiuum B 32 presentis B 33 quia] quas T in in fundamento B deriuationum B

Digitized by Google

p. 460, 10.

rum tam uerborum quam nominum ponatur. Quod enim dicit, ab omnibus clausulis nominum multas traductiones primae coniugationis uerborum fieri, non ita intellegendum, quia ab omnibus nominum terminationibus uerba primae coniugationis deriuata nascuntur. Multae namque nominum sunt terminationes non solum mere Graecae aut a propriis Romanis deriuatae aut ex accidentibus corporalibus nominibus traductae, sed etiam aliae terminationes inueniuntur, ex quibus nec uerba ad primam coniugationem trahuntur, quomodo sunt hae terminationes: in e, ut rete; in ec, ut allec; in al, ut sal; in el, ut fel; in ol, ut sol; in am, ut nequam; in ir, ut uir et ceterae clausulae, de quibus haut facile uerba primae coniugationis traducta inuenies. Quid est ergo, quod ait, quod ab omnibus clausulis nominum primae coniugationis positio multas traductiones suscipit in uerbo? Itaque sciendum quod non ipse taliter dicat: 'ab omnibus clausulis omnium nominum', sed cautius ait: 'ab omnibus clausulis nominum', ab omnibus uidelicet clausulis non omnium, sed specialiter illorum nominum, ex quorum clausulis uerba primae coniugationis nascuntur. Secunda enim et quarta licet interdum a nominibus deriuata uerba || f. 26[b] | suscipiant, tamen de genitiuo nominum per incrementa syllabarum, quibus utraque coniugatio cognoscitur, idest per eo secunda per io quarta, deriuata carent confusione huiusmodi. Quidam hunc locum ita exponunt, quod huiusmodi confusionem dicat, quae est in quibusdam uerbis primae et tertiae coniugationis, ut formido caligo propago palpo indago uerbero incubo comedo, quae sunt in eadem uoce tam uerba, quam nomina, ideoque confusa uidentur esse; sed secunda et quarta coniugatio talem confusionem non habent, cum pro certo tantum diriuatiua esse intelleguntur, quoniam per incrementa syllabarum de genitiuo nominum deriuantur. Sed huic expositioni illud obicitur: ut enim certum est, haec uerba per incrementa syllabarum de nominibus esse traducta, ita nihilominus dubium non est, supra scripta nomina per incrementa genitiuorum, quibus positionem uerborum transcendunt, ex uerbis esse deriuata. Hinc ipse superius dixit: 'tamen quia non respondent syllabis genitiui nominum, merito mihi uidentur magis nomina de uerbo tulisse quam de nominibus ipsa producta.' Sicut ergo hic, ita et illic nulla dubitationis confusio habetur; ut enim haec uerba a nominibus sunt deducta, sic et illa indubitanter nominum sunt principalia. Itaque mihi uidetur,

1 quod autem B   2 prime B   coniunctionis fieri uerborum B   4 prime B   multe TB   5 grecae T grece B   deriuate B   6 traducte B   alie TB   7 ex quibus] ex q T   8 quomodo] qmõ T quõ B   hee B   rete] recte T   9 ut *ante* sal *om.* T   10 cetere clausule B   haud B   prime B   12 primae coniugationis — clausulis nominum *om.* T   prime B   14 caucius B   15 non omnium] nominum B   16 prime B   18 genit̃ T   19 pereo T   20 perio T   quarte T   deriuate TB   huiusmodi confusione B   21 que B   22 prime B   coniugationis et tercie B   terciae T   23 que B   24 esse uidentur B   25 habet B   tam deriuate B   28 hec B   29 nihilhominus B   31 superius dixit] *cf. p. 459, 34.*   32 uerbis B   34 hec TB deducata T   35 principia B

Digitized by Google

quod 'huiusmodi confusionem' in hoc loco dicat, quae omnibus coniugationibus accidere poterat, nisi hanc subtilitas artis distinxisset. Artis namque subtilitas certa indagine cunctam dubitationem, quae de ipsis coniugationibus oriri poterat, mirabiliter discreuit, ut euidentissime intellegatur, quando sunt ipsae coniugationes nominum principia uel quando sunt a nominibus deriuatae ‖ f. 27ᵃ ‖. Vnde secunda et quarta coniugatio talis confusionis dubitationem non habent; tunc enim a nominibus traductae esse perspicue intelleguntur, cum de genitiuo nominum per incrementa quarundam syllabarum deriuantur. Quae sunt hae ipsae syllabae, quae genitiuum nominis uincunt, ipse in consequentibus ostendit, ubi ait: I uero, quam non habuit nomen, in uerbo addentia respuuntur a prima coniugatione et ad quartam plerumque redeunt et una syllaba crescunt a genitiuo nominis ut poena punio superbio et reliqua. Hinc manifestum, quod e et i in uerbis secundae et quartae coniugationis transcendunt genitiuum nominis; ac ne ipse Eutex illud dicere putaretur, quod per e tantum et i absque subsequente o utraque coniugatio cognoscitur, caute subiunxit, cum ait: et est per eo secunda, per io quarta, tamquam apertius diceret, quod per e quidem et i, sed non absque subsequente o utraque coniugatio cognoscitur, ideoque haec per eo et illa per io effertur. Et nota, quod alias duas terminationes, hoc est eor et ior, hic causa breuitatis omisit. De quibus tamen in subsequentibus ipse exponit, et quomodo subtilitas artis in uerbis deriuatiuis secundae et quartae coniugationis confusionem fieri non permisit, sic et in uerbis primae coniugationis diriuatiuis nullam dubitationem esse concessit. Nam uide quod sequitur: unde potest etiam illa solui quaestio, quam quidam ex superuacuo proponunt et cetera, quibus superuacuam quorundam propositionem ac de uerbis primae coniugationis a nominibus traductis dubitationem ostendit. Sed quo argumento illa dubitatio refutatur, mox per artis subtilitatem ostenditur. Nam si de ‖ f. 27ᵇ ‖ uerbis essent nomina, non diuersas et quasi singulares ex uno fine uerborum haberent clausulas. Primitiua, inquit, nomina, ex quibus uerba primae coniugationis nascuntur, si ipsa ex uerbis primae coniugationis fuissent deriuata, tunc non haberent, quod habent. Ipsa namque primitiua nomina diuersas, hoc est uarias clausulas habent, quae clausulae non generales neque speciales, sed quasi singulares propter scilicet exemplorum raritatem principalium nominum existunt; et

1 que B 3 indagatione B que ab ipsis B 5 quomodo B ipse TB quomodo B 6 deriuate TB tales confusiones B 7 traducte B 8 perspicuę T genitiuorum T 9 quarumdam B que sunt enim B ipse TB syllabe que B 13 pena T 14 superbi T secunde B 15 quarte B 16 quod e tamen B 17 et ait id est B 18 per *om.* T quidem] qd T 20 hec TB 23 diriuatiuis secunde et quarte B 24 prime coniugatiuis B 25 uide] inde T 26 questio TB 28 prime B 29 ostentitur T 32 inquid T 33 prime B, *his* essent diriuata B 35 que clausule B sed que sunt singulares B 36 propter] pro T prius B

notandum, quod non absolute ipsas clausulas primitiuorum nominum singulares esse dicat, sed quasi singulares. Nam si reuera singulares essent, nec plus quam singulare uel unum exemplum unaquaeque clausula haberet; sed quoniam plus quam exemplum singulare in unaquaque terminatione primitiuorum nominum inuenitur, idcirco ipsae clausulae non simpliciter singulares, sed quasi singulares esse describuntur. Quod uero ait 'ex uno fine uerborum', quo pacto uerum esse possit, diligentius inspiciamus. Si enim unum finem uerborum o uel or nominat, nec ualde rationi obsistit. Sed cum in sequentibus uerborum primae coniugationis de nominibus factorum non unam finalitatem, sed generales finalitates esse dicat, cumque uerborum finalitates omnes in primae coniugationis clausulis paene reperiuntur, quae clausulae XLV fere supputantur, quomodo unus finis uerborum sit, non facile patet, nisi forte hoc ita dictum esse sentiamus, quod primitiua nomina, ex quibus uerba primae coniugationis deriuantur, si ipsa ex eisdem uerbis primae ‖ f. 28ᵃ ‖ coniugationis nascerentur, ex uno quolibet uerborum fine, in diuersas et quasi singulares clausulas tunc more diriuatiuorum non desinerent, quod ut facilius intellegi possit, quibusdam exemplis clarescat. Ecce enim bo unus finis est uerborum in bo terminantium, in quem tamen finem, quomodo multa uerba ex diuersis clausulis nominum deriuata desinunt, ut turba turbo as et probus probo as et libum libo as, sic e contrario, si ex eodem fine eadem nomina deriuata essent, in diuersas clausulas et quasi singulares non desinerent. Item co terminatio unus finis est uerborum in co desinentium, sed hic finis ex diuersis clausulis et quasi singularibus primitiuorum nominum pullulat. Nam primo ex a terminatione manat, ut spica inspico as; secundo us, ut opacus opaco as; tertio ax, ut pax cis paco as; quarto ab ex, ut nex cis neco as; quinto ix, ut radix cis eradico as; sexto ox, ut uox cis uoco as. Sin uero co ipsam terminationem originalem nominibus finem ponere uolueris, uidebis, quod ex ipso uno uerborum fine, co uidelicet terminatione, sex supra dictae quasi singulares nominum clausulae pullulabant, quod et de ceteris uerborum terminationibus similiter intellegendum. Sed quoniam ipsae nominum clausulae quasi singulares sunt, rationabilius est, ut ex uariis nominum clausulis in quemlibet uerborum finem multa uerba derivata desinant, quam ipsae uariae clausulae nominum ex uno fine uerborum fiant. Et quoniam quasdam clau-

3 unaqueque TB 4 singulare exemplum B unaqueque T 5 ipse B clausule TB 6 singulares *om.* B 8 nominauit B orationi, *corr.* rationi T 9 prime B 11 omnes] om T prime B pene TB 12 repperiuntur TB que B clausule TB XIV T 14 prime B diriuantur B 15 sic ipsa B prime TB 16 singulares] regulares TB 17 contra morem diriuatorum desinerent B possit intellegi B 19 in quem tunc finem B ex diriuatiuis clausulis B 20 diriuata B 22 diriuata B desinerent, *om.* non B 25 primum B manet B 26 tercio TB 27 radico B 28 ipsam co B 30 terminatione] terminationem T supradicte TB 31 clausule T, *om.* B pullulant B 32 ipse TB clausule TB 33 racionabilius B 34 diriuata B desinent T ipse TB uarie T clausule TB 35 uerborum fine B

Digitized by Google

p. 460, 19.

sulas nominum ab indicatiuo praesenti uenientium quasi singulares esse || f. 28^b || reperimus, uerbi gratia os ut a pono compos, erna ut luceo lucerna lateo laterna, eps ut a capio municeps particeps auceps, ar ut caesum ire Caesar, non inmerito quaeritur, cur Eutex dicat, quod, si de uerbis essent nomina, non diuersas et quasi singulares ex uno fine uerborum haberent clausulas. Sed animaduertendum est, quia non ipse taliter deneget ac dicat, quod, si de uerbis essent nomina, non diuersas et quasi singulares ex diuersis finibus uerborum haberent clausulas, sed ex uno fine uerborum, hoc est una aliqua terminatione uerborum, diuersas clausulas et quasi singulares nominum fieri non posse ostendit, cum tamen ex diuersis uerborum finibus diuersae et quasi singulares nominum clausulae inueniuntur traductae, ex no ut a pono compos, ab eo ut a luceo lucerna, ex pio ut a capio municeps et similia. Vides enim, quod non ex uno fine, sed ex diuersis uerborum finibus in clausulas quasi singulares ipsa nomina diriuata desinunt. S e d u t p a r t i c i p i a u e l n o m i n a u e r b a l i a d e b e r e n t e o d e m m o d o p l u r a s u b u n a e a d e m q u e t e r m i n a t i o n e f i n i r i. Nomina uerbalia dicuntur, quae a tribus uerborum fontibus deducuntur. Contuendum uero nobis est, quod in huiuscemodi primitiuorum tam nominum quam uerborum fontibus atque traductionibus physicam rationem ipse philosophus sequatur. Vt enim copiosa flumina ex diuersis fontibus uel riuis atque fluuiolis manare atque exundare solent, sic nimirum deriuatae terminationes seu nominum siue uerborum multiplici exemplorum copia exuberant atque ex principalibus terminationibus tamquam quibusdam fontibus et ri|| f. 29^a ||uulis in rariori exemplorum quantitate inuentis pullulant. Cum ergo inuenimus quasdam deriuatas terminationes esse quasi singulares, has inter anomala uerba et defectiuas computare debemus. Cum enim sint deriuatae, in multis exemplis debuerant inueniri, nisi forte illud dicamus, iustum esse ac rationabile, ut quae ex fontibus quasi singularibus nascuntur, ipsae quoque terminationes quasi singulares in paucis exemplis inueniantur, quatenus ex parua origine parua fiat manatio, ut caesum ire Caesar. Tales igitur clausulae, licet quasi singulares sint ad similitudinem principalium clausularum, ob hoc tamen non primitiuae, sed deriuatiuae dicuntur, quia regulam traductionis deriuatiuorum secuntur; ut enim a caesum ire caesio, sic et Caesar

---

1 presenti B 2 repperimus B o pono B 3 ut capio B 4 cesar T queritur TB 7 denegat T 8 quia si B 10 nominum clausulas B 11 diuerse B clausule B 12 traducte TB 15 parti^{ci}pia T 16 eodemque T 17 dicit que B fontibus uerborum B 18 uero *om.* B 20 fisicam TB 21 riuis] tribus T et riuis B fluu^{i}olis T 22 diriuate B 23 exuber^{a}ent B ex *om.* B 24 riuolis T 25 diriuatas B 26 uerba *om.* B et uelut defectiuas B 27 diriuate B dubuerant B 28 esse *om.* B racionabile utque TB 29 ipse TB 30 inueniuntur T 31 cesum B cesar T clausule B 32 ab hoc B 33 tam̄ non primitiue dicuntur, *omissis ceteris* B deriuatiue T qui regulam B traductiones T 34 diriuatiuorum B cesum T cesio T cesar T



Digitized by Google

nascitur. Quomodo e contra multae sunt primitiuorum nominum terminationes, quae ob exemplorum copiam similitudinem tenent deriuatiuorum. Quis enim numerare potest uerbi gratia, quot primitiua nomina tam mobilia quam fixa in us desinentia secundae sunt declinationis? Sed ob hoc tantum primae coniugationis uerborum principia dicuntur, quoniam, sicut ex aliis quasi singularibus fontibus, sic ex his paene innumerabilibus uerba primae coniugationis syllabis genitiui nominis respondentia nascuntur. Quod enim dicit 'nomina uerbalia plura sub una eademque terminatione finiri', non nulla interesse uidentur. Qui enim dicit: 'unus homo uenit ad me heri et unus hodie', de diuersis personis intellegere uult; qui uero pronuntiat: 'unus homo ad me heri et idem hodie uenit', non de diuersis sed de una eademque persona loquitur. Sed hoc facit uis relatiua, quae est in 'idem' pronomine. Itaque uerbi gratia a liti|| f. 29ᵇ ||go litigium in unam terminationem hoc est ium desinit, sed et commercium aedificium participium et similia, quamuis sunt diuersa nomina, non in alteram tamen diuersam, sed in eandem terminationem, quae est ium, desinunt. Quod e contrario cernitur. Non enim primitiua nomina, ex quibus uerba primae coniugationis nascuntur, taliter sunt, quomodo nomina uerbalia, in quibus maxima exemplorum copia inuenitur, sed e contra ipsae primitiuorum nominum terminationes in rarioribus exemplis inueniuntur. Hinc sequitur: Nominum de uerbi positione traductorum absque paucis generalibus, quas superius ostendimus, reliquas speciales et tam clausulis quam declinationibus diuersas et in rarioribus exemplis inuentas terminationes et reliqua. Per zeugma a consequentibus est adiungendum 'uidemus'. Quidam hanc sententiam de generalibus ac specialibus nominum terminationibus, quae ex indicatiuo praesenti ueniunt, dictam esse nolunt, sed perspecta diligentius ueritate hoc falsum esse conuincitur. Non enim speciales nominum terminationes ab indicatiuo praesenti uenientes tam clausulis quam declinationibus plus sunt diuersae, quam generales; immo si diligentius consideremus, non paucas aut pauciores, sed potius numerosiores ipsas de indicatiuo praesenti uenientium nominum generales terminationes inueniemus. Ipsae namque XXVII fere denumerantur, speciales tamen uero terminationes uix ad decem et octo perueniunt. Hinc manifestum, quod uerbis primae

1 multe TB 2 que B dirinatiuorum B 3 uerbi gratia numerare potest B 4 secunde B 5 tantum] tam̃ TB prime B uerborum] uerb T uerbis B esse dicuntur B 6 pene TB 7 prime B 8 quod enim dicit] *cf. p. 460, 20* 10 unus hodie — heri et *om.* T 12 que B 13 prenomine B 14 commerticium T 15 tantum T 16 que, *om.* est B 18 prime TB 19 maxime T ipse TB 20 raribus B inuenitur (uu) T 21 repperiuntur B traductorum de uerbi positione B 23 et rarioribus B 25 zeuma B hanc *om. B* 26 que B ex *om.* T 27 presenti B dicta esse T 29 presenti B 30 diuerse TB 31 pocius B 32 presenti B ipse B 33 XX et VII B dinumerantur B tamen *om.* B 34 manifestum est quia B prime B

p. 460, 23.

coniugationis a nominibus traductis in superioribus quaestio exoritur, utrum sint ipsa nominum principia, an potius a nominibus de‖ f. 30ᵃ ‖-ducta, hunc locum atque subsequentia non nisi de deriuatiuis ex indicatiuo praesenti primae coniugationis nominibus atque primitiuis, ex quibus uerba eiusdem coniugationis sunt deriuata, nec non de ipsis uerbis primae coniugationis a nominibus deriuatis intellegi oportere. Paucas ergo generales terminationes dicit ipsas clausulas nominum ab indicatiuo praesenti primae coniugationis uenientium, quae paucae recte dicuntur, si ipsarum numerus ad omnes clausulas nominum ex tribus uerborum fontibus manantium referatur. Hae sunt enim hae clausulae: ium ut litigo litigium, or ut sudo sudor, uus ut praedor praeduus, ulus ut adopto adoptulus, ax ut uoro uorax, bulum ut sto as stabulum, bilis ut stabilis, bundus ut erro as errabundus, ina ut cubo concubina, ile ut cubo cubile, o ut epulor epulo nis, io ut opinor opinio, us ut uolō as ueliuolus, andus ut amandus. Hae quoque apte generales terminationes appellantur, quoniam ex diuersis coniugationibus multae in has traductiones inueniuntur, licet quaedam ex ipsis non tam generales *quam speciales* esse cognoscuntur, ut ina ile o io us. Has igitur generales terminationes ex praesenti indicatiuo primae coniugationis manantes superius ostendit, antequam de primitiuis nominibus, ex quibus uerba primae coniugationis nascuntur, omnibus paene consonantibus praecedentibus sermonem faceret. Ideoque reliquas speciales terminationes ipsas primitiuorum nominum clausulas, ex quibus uerba primae coniugationis nascuntur, nominat. Quae apte 'reliquae' nuncupantur, quia decursas diriuatiuorum ‖ f. 30ᵇ ‖ ex uerbis primae coniugationis nominum clausulas subsequenter ostenditur, ut turba turbo as at et cetera; speciales autem ob hoc nominantur, quia in rarioribus exemplis, quam sint terminationes uel deriuatiuorum ex uerbis nominum uel traductorum de nominibus uerborum primae coniugationis, inueniuntur. Hinc ipse Eutex ait eas tam clausulis quam declinationibus diuersas et in rarioribus exemplis inuentas terminationes, atque ob hoc ipsae nominum clausulae primitiuae esse cognoscuntur, cum in paucioribus exemplis quam sint terminationes uerborum primae coniugationis ex ipsis nominum clausulis manantium reperiantur. Vbi perspicaciter nobis est intuendum, quia uerba primae coniugationis ex nominibus deducta neque sint

1 questio TB ex oritur T 2 siut B s̃ T pocius B 3 dirinatinis B 4 presenti B prime TB 5 dirinata B nec non] non B prime B 6 dirinatis B ergo *om.* B 7 presenti B prime TB 8 que B pance TB 10 heae B hee clausule B 11 praedo praedinus T predo preduus B adobto T 12 bubulum T stabubulum, bu *eras.* T 13 con cubina T 14 us uolo B 16 multe B quedam TB 17 quam speciales *addidi* 18 presenti B prime B 19 manantes] manante T manente B 20 prime B pene TB 21 precedentibus B 23 prime TB coniugationis *om.* B que B reliq› TB 24 prime B 25 ostenditur] ostentuntur T ostenduntur B bat T 26 cetere B 27 dirinatiuorum B 28 prime B 30 ipse TB 31 clausule TB primitiue B 32 terminationes] terminationibus T prime B 33 repperiantur TB perspicatiter T 34 prime B

Digitized by Google

p. 460, 26.

numerosiora, quam ipsa primitiua nomina, ex quibus eadem uerba fiunt deriuata. Tot enim deriuatiua uerba, quot primitiua nomina, quia nimirum singula quaeque primitiua nomina singula de se faciunt uerba deriuatiua, quomodo superioribus exemplis manifestissime cognoscitur. Quid est ergo, quod ait, rariora exempla esse in terminationibus primitiuorum nominum, uerborum uero primae coniugationis de nominibus factorum per innumerabilia exempla generales esse finalitates? Itaque sciendum, quod si uerbi gratia co terminatio ad omnes clausulas primitiuorum nominum, unde uerba primae coniugationis in ipsam terminationem desinentia traducuntur, comparetur, uel tot deriuatiua ex nominibus uerba in ipsam terminationem desinunt, quot sunt primitiua nomina in uarias clausulas desinentia. Si uero ipsam unam uerbi terminationem non ad omnes clausulas primitiuorum nominum, ex quibus ipsa traducatur, sed ad unam aliquam ‖ f. 31ᵃ ‖ clausulam comparabis, statim profecto uidebis, uerbi quidem clausulam generalem esse, nominis uero clausulam quasi singularem aut specialem. Nam co terminatio de sex nominum clausulis deriuatur, ut spica inspico as, opacus opaco as, pax cis paco as, nex cis neco as, radix cis eradico as, uox cis uoco as. Si ergo unam uerbi clausulam, idest co terminationem, his principalibus nominum sex clausulis comparabis nec plura uerba deriuatiua in co terminatione, quam nomina primitiua in ipsis originalibus clausulis inuenies. Si uero ipsam finalitatem uni tantum ex his primitiuorum nominum clausulis conferas, ipsa uerbi terminatio generalis, nominum uero una clausula primitiuorum quasi singularis uel specialis esse uidebitur. Ex eo quoque quod uniformiter et sibi congrue et reliqua. Signanter ait 'uniformiter'. Nam unius formae sunt, hoc est perfectae formae uerba, quia consonantibus antecedentibus superius a nominibus deriuata ostendit. Quae etiam hoc argumento a nominibus esse traducta manifestum est, quia rationem, hoc est parilitatem syllabarum, etiam genitiui in uerbo seruant, quoniam si ad nominatiuum tantum haberent parilitatem syllabarum, non magis deriuatiua, quam primitiua esse intellegerentur, si quidem nominatiuus casus, aliquando *est* primitiuus, aliquando uero deriuatiuus. Sed quia ad genetiuum parilitatem syllabarum custodiunt, genitiuus autem *cum* paene semper est in diriuatione, dicitur ab hoc quasi generatiuus, liquide pa‖ f. 31ᵇ ‖tet, quod ipsa uerba de nominibus sint traducta.

---

1 diriuata B  2 sunt diriuatiua B  quot ipsa B  3 queque B  diriuatiua B  4 quo superibus B  6 uerborum *om.* T  prime B  per] prius TB  8 inde B  9 prime B  10 tot, *om.* uel B  diriuatiua B  11 illa primitiua B  13 ad *om.* B  14 comparabis] comparatur T comparat B  quidem *om.* B  15 esse generalem B  aut] aut̄ T  16 diriuatur B  19 comparabis] comparauis T comparatiuis B  20 diraruatiua B  25 forme B  26 perfecte TB  forme T, *om.* B  qui a B  27 diriuata B  que B  etiam] eiā T  28 paralitatem B  30 diriuatiua B  31 aliquando primitiuus *om.* T  est *addidi*  32 diriuatiuus B  quia] qui TB  paralitatem T  33 cum *addidi*  pene TB  34 positus dictus ab hoc B. *In* T *nulla subscriptio est.* EXPLICIT DŌ GRATIAS B

# II

# ARS ASPERI GRAMMATICI.

Partes orationis sunt octo. Quae? Nomen pronomen uerbum aduerbium participium coniunctio praepositio interiectio.

## DE NOMINE.

Nomen est pars orationis. Nomini accidunt sex, qualitas conparatio genus numerus figura casus. Qualitas nominum bipertita est, quod aut appellatiuum est nomen aut proprium. Proprium est ut Hierusalem Iordanis Sion, appellatiuum est ut ciuitas fluuius mons. Proprium similiter est ut Michael Petrus Stephanus Esaias Aaron Ezechiel, appellatiuum similiter est ut angelus apostolus martyr propheta sacerdos rex. Conparationis gradus sunt tres, positiuus ut sanctus, conparatiuus ut sanctior, superlatiuus ut sanctissimus. Positiuus similiter ut sapiens fortis doctus fidelis affectuosus, conparatiuus ut sapientior fortior doctior fidelior affectuosior, superlatiuus ut sapientissimus fortissimus doctissimus fidelissimus affectuo-

---

*Adhibui primo loco codicem Bern. 207 saec. IX—X, quem quibus de causis pro fundamento editionis esse uoluerim, in praefatione demonstraui, dein cod. 611 saec. VIII, uetustissimum certe ex eorum numero, qui interpolationibus plus minus infecti sunt. Illum littera* A, *hunc signo* B *notaui.* *Titulus in* A *is est:* INCP̄ ARS ASPERI GRĀMATĪ (fol. 130ᵃ); *in* B *nullus titulus in initio operis adest, uerum fol. 92ᵇ in uetusto codicis indice habetur:* I ARS DONATI EXPOSITA AB ASPERO *et fol. 54ᵃ sub finem tractatus de pronomine:* EXPĪA+ASPERI DE UERBO (*sic*) *idest explanatio Asperi de uerbo; cf. Keil, gramm. Lat. Vol. V p. 529.* 1 Partes orationis quot sunt octo *etc.* B, *in quo omnia interrogandi et respondendi forma interposita tractantur, quod semel adnotasse sufficiat. Quae quidem dicendi ratio, quae in cod. 207 haud obseruatur, praeter cetera codicis 611 interpolamenta nihili habenda esse uidebatur.* 3 de nomine *omisit* A 4 *Post* 'pars orationis' *in cod.* B *margini adpicta sunt:* cum casu corpus aut rem proprie communiterue significans. nomeni B 6 quia B nomen est B proprium ut B 7 sion iordanis B appellatiuum autem est ciuitas mons fluuius B simeliter B 8 est *om.* B michahel A ezechias A, *om.* B appellatiuum autem ut B 9 apostulus B sacerdos *om.* B conparationes, *corr.* -is B 10 positiuus conparatiuus superlatiuus positiuus ut sanctus conparatiuus etc. B 11 simeliter B sapiens *post* fidelis B doctus *om.* B 12 effectuosus B 13 effectuosior B

Digitized by Google

sissimus et his similia. Sciendum est, quod non omnia nomina per omnes gradus flectuntur. Positiuus tantum gradus inuenitur, ut mediocris, quod mediocrior et mediocrissimus dici non potest. Aliquotiens positiuus et conparatiuus, ut senex senior. Nam senissimus dici non potest. Interdum positiuus et superlatiuus, ut pius piissimus. Nam pior dici non potest. Superlatiuus casus cui casui seruit? Genetiuo tantum plurali, ut si dicas 'pereminentissimus prophetarum Helias' aut 'sapientissimus regum Salomon'. 'Pereminentissimus' enim uel 'sapientissimus' gradus sunt superlatiui, 'prophetarum' aut 'regum' declinatio est genetiui casus sub plurali numero. Genera nominum sunt quattuor, masculinum femininum neutrum commune. Masculinum ut hic iustus, femininum ut haec ecclesia, neutrum ut hoc ieiunium, commune duobus generibus ut hic et haec finis uel hic et haec sacerdos uel hic et haec dies. Est praeterea trium generum, quod omne dicitur, ut hic et haec et hoc ingens felix prudens. Est epicoenon nomen, idest promiscuum, ut uultur ardea accipiter uel aquila, quae cum sint promiscui sexus, nec uultura nec ardeus nec accipitra nec aquilus dicere potueris. Haec ratio et in reliquis auium nominibus obseruanda est. Numeri nominum sunt duo, singularis et pluralis. Singularis ut hic iustus, pluralis ut hi iusti. Figurae nominum sunt duae, simplex et conposita. Simplex ut doctus potens, conposita ut indoctus inpotens.

Casus nominum sunt sex, nominatiuus genetiuus datiuus accusatiuus uocatiuus ablatiuus. Per hos omnium generum nomina pronomina participia declinantur hoc modo: iustus nomen appellatiuum generis masculini numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui et uocatiui quod declinabitur sic: nominatiuo hic iustus, genetiuo huius iusti, datiuo huic iusto, accusatiuo hunc iustum, uocatiuo o iuste, ablatiuo ab hoc iusto et pluraliter nominatiuo hi iusti, genetiuo horum iustorum, datiuo his iustis, accusatiuo hos iustos, uocatiuo o iusti, ablatiuo ab his iustis. Taliter et per omnes casus hos declinandum est: benignus pius castus inclytus moderatus litteratus ieiunus sobrius sanctus faustus seuerus seruus inportunus auarus furiosus criminosus sceleratus scelestus malignus insanus ignauus

1 et his similia *om.* B   sciendum est tamen hoc B   nomena per hos omnes B   2 possit (*fere semper*) A   quia B   3 aut mediocrisissimus B mediocrissimus A   dici non potest *in marg.* A   aliquoties A   autem positiuus B   4 senix B   5 nam pior dici non potest *om.* B   9 uel regum B   10 masculinum — commune *om.* B   12 duobus generibus inuenitur B   finis uel hic et haec *om.* B   13 sacerdus B   et haec dies sic et finis B   14 est opoecenon nomen promiscuum A   est crisenon i. e. promiscuum B   15 ut ultor A   uultor B   ardia B   uel *om.* B   quae A   quia B   16 promiscue B   ultura A   uultora B   aut B   arduus AB   accipetra B   aut B   17 dici potest B   racio B   auium nominibus obseruanda est A   aliis nomenibus auium seruanda est B   18 nomenum B   singularis et pluralis *om.* B   19 hii AB   simplex et conposita *om.* B   20 conposita autem B   21 nomenatiuus B   22 nomena B   pronomena B   24 simplecis B   25 nomenatiui, *fere semper* B   26 et *ante* pluraliter *om.* B   27 nominatiuo, genetiuo *etc. om.* B   hii AB   29 Sic per hos omnes casus declinandus est pius, *omisso* benignus B   inclitus B   30 litteratus ieiunus *om.* B   subrius B   sanctus faustus *om.* B   seruus *om.* B   31 furiosus *om.* B   crimenosus B   sceleratus *om.* B   malignus — amicus *om.* B

gnarus fatuus uanus insensatus inimicus amicus firmus infirmus inconuulsus, et quaecumque nomina horum nominum similitudinem habuerint, taliter ut haec per omnes casus declinabuntur.

Ecclesia nomen appellatiuum generis feminini numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui et uocatiui quod declinabitur sic: nominatiuo haec ecclesia, genetiuo huius ecclesiae, datiuo huic ecclesiae, accusatiuo hanc ecclesiam, uocatiuo o ecclesia, ablatiuo ab hac ecclesia et pluraliter nominatiuo hae ecclesiae, genetiuo harum ecclesiarum, datiuo his ecclesiis, accusatiuo has ecclesias, uocatiuo o ecclesiae, ablatiuo ab his ecclesiis. Sic per omnes casus hos declinandum est: uinea oliua uia uita sapientia pictura tabula olea figura Musa sportula membrana pensa expensa psalmista palma testa iniuria terra forma schola uirga area annona culpa noxa stipula mensa linea sagitta ira inuidia beniuolentia discordia et his similia.

Ieiunium nomen appellatiuum generis neutri numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui accusatiui et uocatiui quod declinabitur sic: nominatiuo hoc ieiunium, genetiuo huius ieiunii, datiuo huic ieiunio, accusatiuo hoc ieiunium, uocatiuo o ieiunium, ablatiuo ab hoc ieiunio et pluraliter nominatiuo haec ieiunia, genetiuo horum ieiuniorum, datiuo his ieiuniis, accusatiuo haec ieiunia, uocatiuo o ieiunia, ablatiuo ab his ieiuniis. Sic declinandum est per omnes hos casus: gaudium otium tectum scrinium scamnum uelum telum delubrum templum donum fanum odium pomum malum pirum Persicum prunum Cydonium somnium Capitolium domicilium sceptrum regnum electrum mysterium miraculum collum mentum brachium astrum conludium uinculum saeculum tonitrum aruum rosetum lilium solum granum fundamentum deliramentum consilium concilium commonitorium capitulum rostrum flagellum factum eloquium conloquium regnum lauacrum praemium praedium praesidium auxilium subsidium uerbum aduerbium participium claustrum plaustrum fulcrum horreum uestimentum macellum uotum ferculum saxum ergastulum lignum diluuium promuntorium corium tabernaculum consistorium infernum iumentum parricidium incestum cultrum dorsum refrigerium signum sigillum signaculum holocaustum chirografum portentum ostentum prodigium homicidium

1 infirmus — declinabuntur *om.* B 4 eclesia *semper* B femeninae B 5 simplecis B 8 eclesia plur̄ B nominatino, genetiuo *etc. om.* B 9 haec A ablatiuo *om.* A 10 casus declinandum est uinia B 11 uita sapientia *om.* B pictura annona membrana pensa expensa noxia et his similia *nil nisi haec* B misa A 12 anona A 16 simplecis B accusatiui *om.* B 19 nominatino, genetiuo *etc. om.* B 21 per hos omnes B. *Nominum conspectus hic est in cod. B:* gaudium scrinium pomum Persicum sceptrum tonitrum ostium scamnum pronum collum astrum uelum domicilium sarculum solum plaustrum fercolum corium infernum dorsum siggillum portentum indictum lauacrum praelium subsidium macellum saxum diluuium iumentum iuicium lilium horreum uotum signum cirograffum euangelium elimentum et his similia. 23 pronum citonium A 24 regni A 25 austrum A tonitruum A rossum A 26 deleramentum A 27 comonitorium capitolum A 31 corumm A 33 holochaustum cyrografum A

Digitized by Google

iudicium seruitium elementum principium euangelium initium adiutorium. Omnia haec nomina neutri generis sunt et taliter, ut supra conprehendimus, et ista et his similia declinabuntur.

Item nomen neutrum quod nominatiuo casu in s litteram desinit, pectus nomen appellatiuum generis neutri numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui accusatiui et uocatiui quod declinabitur sic: nominatiuo hoc pectus, genetiuo huius pectoris, datiuo huic pectori, accusatiuo hoc pectus, uocatiuo o pectus, ablatiuo ab hoc pectore et pluraliter nominatiuo haec pectora, genetiuo horum pectorum, datiuo his pectoribus, accusatiuo haec pectora, uocatiuo o pectora, ablatiuo ab his pectoribus. Sic declinandum est tempus nemus opus crus os de osse os de ore uas corpus. Item neutrum quod in n litteram desinit, nomen *nomen* appellatiuum generis neutri numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui accusatiui et uocatiui quod declinabitur sic: nominatiuo hoc nomen, genetiuo huius nominis, datiuo huic nomini, accusatiuo hoc nomen, uocatiuo o nomen, ablatiuo ab hoc nomine et pluraliter nominatiuo haec nomina, genetiuo horum nominum, datiuo his nominibus, accusatiuo haec nomina, uocatiuo o nomina, ablatiuo ab his nominibus. Sic declinandum est gramen fundamen flumen inguen acumen cacumen luctamen stamen uimen bitumen certamen crimen foramen lumen limen fragmen carmen lamen fulmen gramen examen. Item nomen neutrum quod in r litteram desinit, murmur nomen appellatiuum generis neutri numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui accusatiui et uocatiui quod declinabitur sic: nominatiuo hoc murmur, genetiuo huius murmuris, datiuo huic murmuri, accusatiuo hoc murmur, uocatiuo o murmur, ablatiuo ab hoc murmure et pluraliter nominatiuo haec murmura, genetiuo horum murmurum, datiuo his murmuribus, accusatiuo haec murmura, uocatiuo o murmura, ablatiuo ab his murmuribus. Sic declinandum est fulgur sulphur femur marmor cor puluinar papauer guttur robur de arbore, robor de uirtute, rubor coloris. Item nomen neutrum quod in e litteram desinit: nominatiuo hoc mantile, genetiuo huius mantilis, datiuo huic mantili, accusatiuo hoc mantile, uocatiuo o mantile, ablatiuo ab hoc mantile et pluraliter nominatiuo

---

1 inlicitum A elimentum A 4 nomen est B littera AB desinet B ut pectus tempus opus crus facinus pecus scelus munus funus rus corpus os de ore. Item genus est neutrum quod in n *etc.* B, *omissa* 'pectus' *nominis declinatione* 12 littera A desinet B ut nomen hoc nomen huius nomenis (*semper* e *pro* i) *etc. omissis*: nomen appellatiuum — sic nominatiuo B *alterum* 'nomen' *ante* appellatiuum *om.* A 16 nomine pluraliter haec nomena, omissis casuum nominibus B 18 *Nominum elenchus is est in B*: gramen inguen (inguenē) limen carmen flumen stamen uimen lumen acumen iamen bitumen certamen forumen et his similia (semilia) 19 fundamen [illegible] A 21 gremen A 22 ut murmor nom̃. hoc murmor huius murmoris, huic murmori *etc.* (*semper* o *pro* u) *omissis reliquis et casuum nominibus* B 28 fulgor AB sulphur *om.* B femor AB marmor cruor cor par robor robur rubor de arbore de uirtute de colore. Item nomen est neutrum *etc.* B 29 guttor A 30 nominatiuo, genetiuo *etc. om.* B 31 mantelis, manteli B 32 mantile pluraliter B nominatiuo, genetiuo *etc. om.* B

Digitized by Google

haec mantilia, genetiuo horum mantilium, datiuo his mantilibus, accusatiuo haec mantilia, uocatiuo o mantilia, ablatiuo ab his mantilibus. Sic declinandum est altare aplare cochleare sedile hastile murale antemurale liminare superliminare luminare salutare fiscale. Item nomen neutrum quod pluralem numerum non habet: nominatiuo hoc pelagus, genetiuo huius pelagi, datiuo huic pelago, accusatiuo hoc pelagus, uocatiuo o pelagus, ablatiuo ab hoc pelago. Sic declinandum est et uulgus. Item nomen aliud quod in singulari numero per omnes casus unam declinationem habet et in plurali mutatur: nominatiuo hoc cornu, genetiuo huius cornu, datiuo huic cornu, accusatiuo hoc cornu, uocatiuo o cornu, ablatiuo ab hoc cornu et pluraliter nominatiuo haec cornua, genetiuo horum cornuum, datiuo his cornibus, accusatiuo haec cornua, uocatiuo o cornua, ablatiuo ab his cornibus. Sic declinandum est et genu. Item nomen neutrum quod in singulari numero neutrum genus habet et in plurali masculinum: nominatiuo hoc caelum, genetiuo huius caeli, datiuo huic caelo, accusatiuo hoc caelum, uocatiuo o caelum, ablatiuo ab hoc caelo et pluraliter nominatiuo hi caeli, genetiuo horum caelorum, datiuo his caelis, accusatiuo hos caelos, uocatiuo o caeli, ablatiuo ab his caelis. Item nomen neutrum quod in singulari numero flectitur et in plurali unum tantum casum habet: nominatiuo hoc forum, genetiuo huius fori, datiuo huic foro, accusatiuo hoc forum, uocatiuo o forum, ablatiuo ab hoc foro et pluraliter nominatiuo haec fora, accusatiuo haec fora, uocatiuo o fora et amplius non habet. Item nomen neutrum, quod singularem numerum habet et pluralem non habet, nominatiuo hoc aurum, genetiuo huius auri, datiuo huic auro, accusatiuo hoc aurum, uocatiuo o aurum, ablatiuo ab hoc auro et plurali non flectitur. Sic declinandum est argentum stagnum plumbum ferrum foenum triticum frumentum hordeum milium mel uinum oleum; *omne enim* liquamen uel quicquid mensuratur aut pensatur pluralem numerum non habet. Nam mella et frumenta uel uina ex consuetudine contra rationem artis dicuntur.

Item aliud nomen quod per omnes casus et per omnes numeros

---

3 aplare *om.* B *cf. p. 47, 12* cocleare AB astile AB murale — fiscale *om.* B 4 superluminare A nomen est B 5 plurale numero B pylagus, *semper* A genetiuo, datiuo *etc. om.* B 6 pelagum B 7 nomen est neutrum quod in singulare numero per omnes sex casus B 8 quod singulari A habet plurali autem numero B 9 ut hoc cornu B genetiuo, datiuo *etc. om.* B 11 cornu pluraliter B 13 Sic et genu et gelu declinandum est. Item nomen est quod B 14 genus est in plurali autem numero masculino B 15 genetiuo, datiuo *etc. om.* B 16 caelo pluraliter B 17 hii AB 18 est neutrum B 19 per sex casus flectitur B et *om.* B autem unum B 20 genetiuo, datiuo *etc. om.* B 21 foro pluraliter B 22 accusatiuo haec fora uocatiuo o fora *om.* B amplius non flectitur B 23 est neutrum B singulare nomero B in singulari numerum A habet pluralem B 24 genetiuo, datiuo *etc. om.* B 25 et plurali non flectitur *om.* B 26 sic et argentum declinandum est B 27 feuum B frumentum hordeum milium *om.* B olium B omne enim *addidi* liquamen quicquid B 28 uel pensatur plurali numero non flectitur B pluraliter numerum A 29 racionem B 31 Item nomen est trium generum quod B et omnes B

Digitized by Google

aequaliter currit et in omni genere declinatur: nominatiuo hic et haec et hoc nequam, genetiuo huius nequam, datiuo huic nequam, accusatiuo hunc et hanc et hoc nequam, uocatiuo o nequam, ablatiuo ab hoc et ab hac et ab hoc nequam et pluraliter nominatiuo hi et hae et haec nequam, genetiuo horum et harum et horum nequam, datiuo his nequam, accusatiuo hos et has et haec nequam, uocatiuo o nequam, ablatiuo ab his nequam. Sic declinandum est nugas. Item nomen masculinum hoc ordine declinandum est: nominatiuo hic cultus, genetiuo huius cultus, datiuo huic cultui, accusatiuo hunc cultum, uocatiuo o cultus, ablatiuo ab hoc cultu et pluraliter nominatiuo hi cultus, genetiuo horum cultuum, datiuo his cultibus, accusatiuo hos cultus, uocatiuo o cultus, ablatiuo ab his cultibus. Sic declinandum est: fructus uisus sensus conspectus obtutus currus gradus aquaeductus sinus affectus effectus commeatus consensus fletus foetus interitus intellectus pastus esus sumptus ictus artus [arctus] prouentus anfractus occursus manus usus portus partus arcus ritus flexus domus spiritus fluctus successus ploratus ululatus gemitus ornatus auditus plausus exercitus pulsus et his similia.

Item nomina Graeca neutro genere declinanda: nominatiuo hoc chrisma, genetiuo huius chrismatis, datiuo huic chrismati, accusatiuo hoc chrisma, uocatiuo o chrisma, ablatiuo ab hoc chrismate et pluraliter nominatiuo haec chrismata, genetiuo horum chrismatum, datiuo his chrismatibus, accusatiuo haec chrismata, uocatiuo o chrismata, ablatiuo ab his chrismatibus. Sic declinandum est: aenigma toreuma schema stemma stigma charisma et his similia.

Hoc tamen euidentius sciendum est, quod omnia nomina neutra siue in singulari numero siue in plurali in nominatiuo casu, accusatiuo et uocatiuo unam declinationem habent ita, ut per omnia nomina *nec* una littera in similitudine declinationis casuum ipsorum mutari possit.

Item nomen generis feminini, nominatiuo haec facies, genetiuo huius faciei, datiuo huic faciei, accusatiuo hanc faciem, uocatiuo o facies, ablatiuo ab hac facie et pluraliter nominatiuo hae facies, genetiuo harum facie-

---

1 in omne genere B  2 genetiuo, datiuo *etc. om.* B  4 hii AB  5 accusatiuo hos et has et haec nequam *om.* A  7 sic et nugas declinandum est B  nomen est B  8 declinandum nominatiuo B  genetiuo, datiuo *etc. om.* B  9 cultu pluraliter B  10 hii AB  12 *Nominum ordo et enumeratio in* B *ita se habet*: fructus uisus sensus conspectus consensus pastus sumptus sexus lacus exitus luctus ortus manus introitus gemitus fremitus amictus portus partus arcus strepitus fluctus successus casus ululatus ornatus exercitus et his similia.  13 efectus A  cometauus uel comeatus A  14 essus sumtus A  artus arctus A, *quorum hoc per dittographiam inlatum esse existimes, nisi 'ortus', quod in cod. B elencho habetur, scribere malueris.*  18 greca AB neutra sic declinanda sunt hoc crisma, *omissis casuum nominibus* B  crisma *etc. semper* AB  19 cresmati A  20 crismate pluraliter B  23 Sic declinandum est baptisma enigma toregma pascha thema diadema dogma anathema stigma et his simelia B  enigma toregma AB  scema A  24 Karisma A  25 tamen *om.* B  nomena B  26 et accusatiuo B  27 ita ut — mutari possit *om.* B  nomina una A nomina neutra nec una *ars anonyma cod. Bern. 123 f. 99*ᵇ  28 nomen est B  29 feminini ut haec facies huius faciei *etc. omissis casuum nominibus* B

Digitized by Google

rum, datiuo his faciebus, accusatiuo has facies, uocatiuo o facies, ablatiuo ab his faciebus. Sic declinandum est: acies rabies pernicies dies glacies canities species et his similia.

Item nomen femininum quod declinabitur sic: nominatiuo haec domina, genetiuo huius dominae, datiuo huic dominae, accusatiuo hanc dominam, uocatiuo o domina, ablatiuo ab hac domina et pluraliter nominatiuo hae dominae, genetiuo harum dominarum, datiuo his dominabus, accusatiuo has dominas, uocatiuo o dominae, ablatiuo ab his dominabus. Sic declinandum est: anima mula equa dea, quod propter discernendum sexum dicitur. Nam equabus et mulabus et reliqua in hoc casu ideo contra rationem artis ponuntur, ne masculini potius quam feminini generis nominentur.

Item nomen quod in singulari numero habet genus masculinum et in plurali neutrum nominatiuo hic Tartarus, genetiuo huius Tartari, datiuo huic Tartaro, accusatiuo hunc Tartarum, uocatiuo o Tartare, ablatiuo ab hoc Tartaro et pluraliter nominatiuo haec Tartara, accusatiuo haec Tartara, uocatiuo o Tartara. Nam et reliquorum casuum declina tionis in hoc nomine in plurali numero non tam facile dictum inuenimus. Sic declinandum est sibilus carbasus.

Quaecumque nomina ablatiuo casu. numero singulari a uel o fuerint terminata genetiuum pluralem in rum syllabam mittunt, datiuum et ablatiuum in is, ut si dicas ablatiuo ab hoc uiro horum uirorum, ab hoc termino horum terminorum, ab hoc gladio horum gladiorum, sic et ab hac ecclesia harum ecclesiarum, sicut ab hac fabula harum fabularum, sicut etiam ab hac macula harum macularum. Et dicis similiter his et ab his uiris, his et ab his terminis, his et ab his gladiis, similiter et ecclesiis fabulis maculis.

Quaecumque nomina ablatiuo casu numeri singularis e uel i uel u fuerint terminata, genetiuum pluralem mittunt, si e producta fuerit, in

---

2 acies] *nominum enumeratio haec est in* B: acies rabies scabies congeries species temperies requies dies glacies canicies et his similia pernities A 4 Item aliud est nomen B sic haec domina *etc. omissis casuum nominibus* B 6 domina pluraliter B 8 accusatiuo has dominas uocatiuo *om.* B 9 dea *om.* B quod uero propter B 10 reliqua nomina B 11 racionem B ne masculini potius quam feminini nominentur A ne masculino pocius quam femenino genere pronunciare uideantur B 12 Item quod in singulari numero habet genus masculinum et in plurali neutrum A Item nomen in singulare numero masculino genere est in plurali neutri hic tartarus huius tartari etc. B 14 o tartarus B 15 tartaro pluraliter haec B accusatiuo haec Tartara uocatiuo o Tartara *om.* B 16 nam reliquorum B declinationum A declinationem B 17 in plurali numero *om.* B dictum *om.* B 18 carbassus A 19 nomena B numero *om.* B 20 genetiuo B in rum syllabam mittunt A inquid mittunt in rum B 21 quomodo ut si A quomodo si B ablatiuo *om.* B horum uirorum sic ab hac eclesia B, *omissis* ab hoc termino — horum gladiorum. 23 eclesiarum B sicut ab hac fabula — harum macularum *om.* B 24 et dicis similiter his uiris et ab his uiris his eclesiis et ab his eclesiis quaecumque *etc., omissis ceteris* B 25 his et ab his uiris his et ab his uiris his et ab his terminis *etc.* A 27 nomena B numeri singularis *om.* B e littera uel u B, *omissis* uel i. 28 pluralem inquid mittunt AB

fuerit, in rum, si correpta in um, datiuum et ablatiuum in bus. Hoc ergo modo utrum in ablatiuo casu breuia uel longa sint, agnoscere potes; longa enim in ablatiuo casu haec sunt: ab hac specie, ab hac die, ab hac rabie, ab hac inluuie, ab hac acie, ab hac facie, ab hac glacie, ab hac canitie, ab hac segnitie, ab hac pernicie. Ista enim, ut supra diximus, longa sunt et ideo in rum mittunt et faciunt in genetiuo casu in numero singulari speciei diei faciei rabiei glaciei canitiei segnitiei perniciei.

Breuia autem in ablatiuo casu haec sunt: ab hoc homine, ab hoc pariete, ab hoc rete, ab hoc stigmate, ab hoc nomine, ab hoc fundamine, ab hoc fulmine, ab hoc flumine, ab hoc crimine, ab hoc cinere, ab hac uirtute et his similia.

Si i littera ablatiuus casus fuerit terminatus, genetiuum pluralem in ium mittit: ab hoc agili horum agilium, ab hoc difficili horum difficilium; datiuum autem et ablatiuum semper in bus mittit, ut est agilibus stabilibus difficilibus.

Si u ablatiuus casus fuerit terminatus, genetiuum pluralem in uum mittit ita, ut u duplex littera ueniat, ut ablatiuo ab hoc fluctu horum fluctuum, ab hoc conspectu horum conspectuum, ab hoc gradu horum graduum, datiuum uero et ablatiuum semper in bus mittit, ut his et ab his fluctibus conspectibus gradibus uel his similia.

Item aliqua de nomine.

Murus fornus focus hortus gladius masculini generis sunt et dicis pluraliter muri forni foci horti gladii. Item feminini generis saepes nubes dies: haec saepes et hae saepes, † nuptiae dies: nam singularem numerum non habent. Pampinus feminini generis est et dices haec pampinus singulariter et hae pampinus pluraliter. Testa membrana sportula bucina pensa expensa feminini generis sunt et dices pluraliter testae membranae sportulae bucinae pensae expensae. Sed pensa et expensa de pensando dicitur: nam pensum et pensa, quae mulieres trahunt, neutri generis sunt. Aeuum letum neutri generis sunt,

---

1 si e correpta B in um si u in uum syllaba mittunt sed geminata u littera datiuo et ablatiuo in bus sillabam mittunt hoc ergo modo *etc.* B datiuo AB 2 in ablatiuo casu breuis syllaba sit uel longa cognusci potest B 3 longae enim sillabae in ablat̄ casu hae sunt B ab hac die rabie ingluuiae facie glacie canicie istae enim longae sunt B 5 siguicie A 6 in rum syllabam B 7 rabiei faciei B caniciei AB segnitiei perniciei *om.* B signiciei A 9 breues autem sillabae B hae sunt B ut ab hoc B 10 ab hoc pariete flumene uirtute et his similia, *omissis* ab hoc rete — ab hac uirtute B 13 casu A terminatus fuerit B geñ plur̄ inquid mittunt in ium B 14 ut ab hoc B 15 autem semper et ablatiuum in bus sillabam mittunt ut agilibus difficilibus B 17 si u littera fuerit terminatus ablatiuus casus B pluralem inquid mittunt in uum ut ita duplex u litt̄ ueniat ut ab hoc fructu horum fructuum B 19 ab hoc gradu horum graduum *om.* B 20 ablat. in bus sillabam mittit ut ab his fluctibus ab his conspectibus, *om.* gradibus B 22 Item aliqua de nomine — *p. 47, 12* cocleare dici debet *omissa in* B *sunt omnia.* 24 sepis nubis A 25 sepis et hac sepes A. *Fortasse scribendum:* haec saepes et hae saepes haec nubes et hae nubes haec dies et hae dies. Item plurali numero . . . . . nuptiae: nam *etc.* singulari numero A 26 Pampeuus, *semper* A 29 pensando dr̄ A 30 laetum A

sed pluraliter non dicitur. Hic locus dicis genere masculino et haec loca genere neutro. Sic dicis et iocus et ioca pluraliter, hic armus genere masculino et hi armi de armo et non de 'arma'. Nam arma de armis neutri generis pluraliter dicuntur, singularem numerum non habent. [Dici debet inter quos et inter quas, inter ceteros et inter ceteras, inter reliquos et inter reliquas, quia inter praepositio est casus tantum accusatiui.] Hic liber singulariter dicendum est et hi libri pluraliter, hic cursus et hi cursus, haec tribus et hae tribus, haec manus et hae manus, hic conspectus et hi conspectus, hic fletus et hi fletus, ploratus, ululatus gemitus et his similia et faciunt datiuum singularem fletui gemitui ululatui ploratui conspectui manui cursui gradui. Cauendum est, ne quis dicat grada curra aquaeducta. Altare aplare cochleare dici debet. Vestimentum et uestimenta neutraliter dici debent, quod uiri habent, nam feminae quo utuntur, haec uestis dicitur et hae uestes dicuntur. Fides sic adnotatur et pluralem numerum non habet, quod credo diuinitus inspiratum, ut quod una est, quae credi debeat et teneri, et in ratione Latinitatis singulariter diceretur. Dicis enim hic gradus et huius gradus huic gradui, sic et in feminino nomine dicturus es haec domus huius domus huic domui et reliquorum casuum omnis est similis declinatio. Hanc regulam in declinatione habent feminina similiter nomina, idest tribus et manus et acus. In adnotando uero haec ratio est: dicis nominatiuo casu hic currus mugitus sensus, similiter per u scribendum erit. Sic domus manus acus tribus. Nam alibi mutato ordine scribendum est. Dicis enim in nominatiuo hic focus murus fornus [locus secretus]. Focus per u scribendum est: nam si dixeris plurali numero accusatiuo hos focos muros fornos, per o scribendum erit. Nam uina mella frumenta uel hordea, sicut supra diximus, sibi ista poetae contra rationem artis propter metrorum conpositionem posuerunt, quia ars uetat, omne, quod pensari potest uel mensurari, habere pluralem numerum. Vergilius dixit: mella

---

1 non dr̃ A  generi masculino A  3 hii, *semper* A  5 Dici debet — tantum accusatiui *nescio quo modo ex eo tractatu, quo agitur de praepositione, huc perperam delata esse uidentur, quapropter uncinis illa circumdedi.*  10 datibum A  12 coleare A  13 pluraliter dici potest quod uiri habeut B  14 femine A  quibus B fides sic declinatur pluralem numerum B  15 inspiratum est ut quia una est quae credi debet (a supra e) B  16 quae *om.* A  racione B  17 hic gradus huius gradus huic gradui hunc gradum o gradus ab hoc gradu sic et in feminino genere dicis haec domus huius domus huic domui hanc domum o domus ab hac domu et reliqua nomina horum casuum B. *Post haec loco eorum, quae supra usque ad finem tractatus de nomine posita sunt, in* B *nil nisi hoc legitur*: et cum dixeris hic gradus haec manus haec domus per u scribendum erit simeliter plurali numero per u litteram scribendum est. Nam alibi mutato ordine scribitur. dicis enim nominatino hic focus murus per u. nam plurali numero accusatino casu hos focos hos muros per o litteram scribendum est. DE PRONOMINE  24 nominatibo A. *Post* locus secretus *in* A *insuper legitur* fornu et fui̇̃, *fortasse sic corrigendum:* singulari numero fornus murus focus *etc.*  25 accusatibo A  27 sic supra A  28 pensare A  29 mensurare A  mella fluunt] *Verg. Ecl. III 89* mella fluant illi.

fluunt riuis et alio loco: praesens partitur in omnes uina et tertio: serite hordea campis et quarto: frumenta in uiridi stipula.

Ecce, sicut insseras et congregare nos condicionem nominum et accidentia exempla explanare, reseraui. Rogo, ut legas et uehementiam animi tui, sicut in utilitate aliqua, sic etiam in adsaeculitate rarum claritata demonstres, quod non in uanitate dico, quod hoc nec apertius nec rationabilius alibi inuenies. Explicit.

De pronomine uero nihil apertius fieri potest, quam quomodo in arte legimus Donati. Scribere ob hoc pronomen mihi non necesse fuit dupliciter.

## DE VERBO.

Verbum est pars orationis, cui tempus accidit et persona, non casus. Verbo uero seruiunt septem, qualitas coniugatio genus numerus figura tempus persona. Qualitas uerborum in modis est et in formis. Modi hi sunt: indicatiuus ipse qui et pronuntiatiuus, imperatiuus optatiuus coniunctiuus infinitiuus inpersonalis. Per indicatiuum enim et pronuntiatiuum indicatur et pronuntiatur, quod agitur, ut ieiuno oro lego; per imperatiuum imperatur, ut ieiuna ora lege; per optatiuum optando dicitur, ut utinam ieiunarem orarem legerem. Per coniunctiuum coniungitur, ut cum ieiunem orem legam. Per infinitiuum ..... dicis, *ut* ieiunare orare legere. Ideo enim infinitiuus dicitur, quod nec declinatio ei adseri potuit nec persona. Per inpersonalem .... dicis, ut ieiunatur oratur legitur. Nam propterea inpersonalis dicitur, quod, cum dicis legitur, non ostendis a quo legatur.

Formae sunt quattuor, perfecta meditatiua frequentatiua inchoatiua. Perfecta est a perficiendo, ut lego; meditatiua a meditando, ut lecturio; frequentatiua a frequentando, ut lectito abiectito rogito; inchoatiua ab incipiendo, ut feruesco ignesco calesco. Inchoatiua enim uerba non per omnia tempora declinari possunt, quod, quae inchoantur, praeteritum tempus non habent, sed nec omnia uerba ad has formas aptari possunt.

---

1 praesens partitur] *Verg. Aen. I 194. 195.* et socios partitur in omnes. uina *etc.* 2 serite hordea] *Verg. Georg. I 210.* frumenta] *.Georg. I 315.* 3 Ecc̄ sicut innxeras eos conditionem 4 animitus 9 scribere hoc dupliciter]. *Post haec statim ad tractatum de uerbo transit cod.* A, *in* B *uero de pronomine inseritur ipse is locus, qui in Donati arte minore habetur p. 357—358, 39, non nisi leuiter mutatus, ut p. 357,* v. 9 talis qualis v. 10 ego tu ille v. 14 item *om.* quemadmodum nominum v. 15 flectuntur v. 17 declinatur v. 18 me o me nos a nobis v. 19 generis omnis *om.* singularis figurae simplecis — *aliaque id genus leuiora* (v. 35 articulare positiuum uel demunstratiuum) *exhibens.* 10 EXPŁ A † ASPERI DE VERBO B accedit B 11 uerbo quot accedunt septem B 12 uerborum in quo est in modis et B modi haec sunt A 13 indicatiuus qui et pronuntiatiuus B indicatiuus ipse qui et A coniunctatiuus A 14 infinitus B enim modum B 15 pronunciatur B omne quod B 16 per optatiuum modum ut utinam ieiunarem utinam orarem utinam legerem. hoc enim optando dicitur B 17 coniunctatiuum A cum ieiunem cum orem cum legam B 18 influitum A modum dicitur ieiunare B ut *om.* AB 19 infinitus A quia B adserere potuit A poterit adseri in declinatione uerbi B 20 modum dicis ut B ut *om.* A impersonalis B 21 quia B legitur B 22 quattuor *om.* A incoatiua B 23 perfecta forma est B 24 abiecito A obicito B 25 ignesco *om.* B incoatiua B 26 quia uerba quae incoantur B quae inchoant A

Digitized by Google

Coniugationes uerborum sunt tres, idest as es is, quae tamen omnes in secundae personae declinatione requirendae sunt. De quibus si as in secundae personae terminata fuerit declinatione, primam esse coniugationem noueris, si es in eiusdem similiter personae fuerit declinatione finita, secundam coniugationem esse cognosce. Si is quoque in ipsius personae declinatione finita fuerit, tertiam coniugationem similiter esse non dubites. Sed et si quodlibet uerbum sub primae personae declinatione interrogatus fueris, quotae coniugationis esse debeat, tu ad declinationem secundae personae debes adtendere, ubi omnem eiusdem rei ordinem praefata poteris explanatione cognoscere.

Verba autem primae coniugationis haec sunt: ieiuno oro uigilo praedico supplico commendo insinuo uolo de uolatu laudo leuo lauo dono aedifico noto nato spero sto ambulo fabrico indico flagito amo uoco exalto exulto insulto ructo persulto prouoco derogo adrogo prorogo subrogo exaspero clamo declamo inclino uapulo inflammo flagello sagitto duro murmuro pugno supero. Omnia haec uerba in fine declinationis personae secundae as habent et ideo primae coniûgationis sunt, et quaecumque his similia fuerint, primae coniugationis erunt.

Verba autem coniugationis secundae haec sunt: uideo doceo caleo moneo soleo impleo suadeo conpleo sedeo iaceo egeo. Haec enim uerba es habent in fine declinationis personae secundae et ideo secundae declinationis sunt, et quaecumque his similia fuerint, secundae coniugationis erunt.

Tertiae autem coniugationis uerba haec sunt: lego eo aio cogo duco facio curro uolo de uoluntate ago aspicio inruo inpello compello bibo uado traho peto. Haec enim uerba omnia is habent in fine declinationis personae secundae et ideo tertiae coniugationis sunt, et quaecumque his similia fuerint, tertiae coniugationis erunt.

Genera uerborum, quae et significationes dicuntur, sunt quinque, actiua passiua neutra deponentia communia. Actiua sunt, quae in o litteram terminantur et accepta r littera faciunt ex se passiua, ut dico dicor duco ducor porto portor *confringo* confringor *laedo* laedor. Passiua sunt quae in r litteram terminantur et ea sublata redeunt in actiua, ut dicor dico

---

2 *Verba:* de quibus — 11 Verba autem *om. B* 7 sed etsi A] *An:* sic et si? 10 explanationem A 11 Verba enim A ut ieiuno oro praedio uigelo castigo rogo suppleco commendo omnia haec uerba *etc.* B predico A 16 declinacionis B 17 as sillabam B coniugationis sunt haec et his similia quaecumque primae coniugationis sunt B 19 Verba enim A secundae coniugationis B ut doceo soleo impleo algeo moneo ferueo caleo maneo uideor suadeo sedeo egeo iaceo haec uerba es syllabam B 21 *Verba*: et ideo — coniugationis erunt *om.* B 24 Verba autem coniugationis terciae B ut lego dico aspicio facio curro confido haec omnia uerba is syllabam habent B 25 libo A 27 terciae B quaecumque his similia sunt B, *om.* et *et* tertiae coniugationis erunt. 30 communia deponentia AB actiua uerba B quae o lit. B 32 portor confringor ledor A confringor ledor *om.* B quae r litt. B 33 terminant B rediunt B ut dicor duco portor porto A ut dicor dico portor porto ducor duco B



Digitized by Google

ducor duco portor porto. Neutra sunt, quae in o litteram terminantur et accepta r Latina non sunt, ut ambulo sapio gaudeo. Non enim dici potest ambulor sapior gaudeor et ideo uerbum, quod r litteram non recipit, neutrale est. Deponentia sunt, quae in r litteram terminantur et ea sublata Latina non sunt, ut nascor confiteor laetor. Non enim dici potest nasco confiteo laeto et ideo uerbum, quod absque r littera Latinum non est, deponens esse manifestum est. Communia sunt, quae in r litteram similiter desinunt, ut deponentia, sed in duas formas cadunt patientis et agentis, ut scrutor amplector ulciscor. Dicimus enim scrutor te *et* scrutor a te, amplector te et amplector a te, ulciscor te et ulciscor a te. Attamen nec de his uerbis, quae dicuntur communia, r littera ullo modo trahi potest, sicut nec *de* deponentibus.

Actiua uerba sunt haec, ut audio uideo credo sentio humilio rogo laudo supero inuito uindico traho cedo duco ago ferio sagitto iacto deicio dico lego scio ordino scindo teneo desidero castigo dono habeo possideo diligo et his similia.

Passiua autem uerba haec sunt, ut audior uideor credor sentior humilior rogor laudor superor inuitor uindicor trahor cedor ducor agor ferior sagittor iactor deicior dicor legor scior ordinor scindor teneor desideror promittor speror castigor donor habeor possideor diligor et his similia.

Neutralia namque uerba haec sunt: uolo de uolatu uolo de uolendo uapulo iaceo sto curro ambulo intro fido confido sapio fulgeo ferueo luceo careo pareo inuideo palleo febrio tepeo doleo dormio incedo dego maneo uenio de ueniendo deficio pereo surgo resurgo exsurgo ructo uoueo ieiuno quiesco adquiesco furo putreo nato bello et his similia.

Verba deponentia haec sunt, ut arbitror reor opinor confiteor laetor luctor ordior orior patior contueor contemplor nascor dignor indignor loquor morior misereor sequor obsequor persequor uenor conor meditor uescor

---

1 quae o littera B 2 accepta r litt. B gaudio A 3 gaudior A accipit B 4 Deponentia sunt *etc.*] *Hic de deponentibus tractatus in* B *post locum de uerbis communibus fertur, sed falso, quia ea, quae de communibus dicta sunt, ad deponentium definitionem referuntur.* quae r litt. B 6 et ideo uerbum istud si absque r litt. est deponens non esse manifestum est B 7 quae r littera terminantur B 9 ulciscor *om.* B scrutor te scrutor a te AB 10 ulciscor te ulciscor a te amplector te amplector a te ∴ B 11 trahi non potest sicut nec deponentia B 12 sic nec deponenti A 13 actiua enim B haec sunt B humilio laudo rego B 14 uindoco A cedo] accedo B sagitto *om.* B deiecio AB 15 dico lego *om.* B ordeno B teneo *om.* B dono castigo B possideo diligo *om.* B 17 autem *om.* B haec *om.* B ut *om.* B audior uideor humilior et cetera B, *reliquis omissis* 18 uindicor (uincor *cod.*) — sagittor *in marg. suppl.* A fereor A 19 deiecior A tenior A 21 de uolatu uolo *om.* B 22 iaceo uerro, *om.* sto B filo A 23 pareo careo B febreo B febrido A tipedo A dormio hereo degeo uenio B degeo AB 24 defecio B resurgo auso ructo ieiuno quiesco furio B 25 ferio A putrio A putreo adquiesco et his similia. Communia uerba *etc.* B, *hoc quoque loco deponentium enumeratione communium indicem excipiente* 26 deponentia uerba B confiteor laetor *om.* B 27 nascor dignor loquor B nascor dignor dignor inloquor A 28 miserior A sequor misereor B obsequor persequor uenor *om.* B

Digitized by Google

epulor metior mentior ludicror proficiscor glorior gratulor auspicor proelior infitior medeor irascor suspicor fungor fruor paciscor utor iocor et his similia.

Verba communia haec sunt: ulciscor aemulor praedor abominor obliuiscor reminiscor recordor criminor populor auxilior opitulor amplector osculor scrutor imitor percunctor precor hortor ueneror uereor muneror.

Numeri uerborum sunt duo, singularis ut dico, pluralis ut dicimus. Figurae uerborum sunt hae duae, simplex ut scribo, conposita ut describo. Tempora uerborum sunt tria, praesens ut dico, praeteritum ut dixi, futurum ut dicam. Attamen quinque sunt tempora in declinatione uerborum, praesens ut ieiuno, praeteritum inperfectum ut ieiunabam, praeteritum perfectum ut ieiunaui, praeteritum plusquamperfectum ut ieiunaueram, futurum *ut* ieiunabo.

Personae uerborum sunt tres, prima ut ieiuno, secunda ut ieiunas, tertia ut ieiunat. Declinatio uerbi actiui et passiui haec est. Dico uerbum actiuum indicatiuo modo dictum temporis praesentis numeri singularis figurae simplicis personae primae coniugationis tertiae, quod declinabitur sic: dico dicis dicit et pluraliter dicimus dicitis dicunt. Eodem modo tempore praeterito inperfecto dicebam etc., eodem modo tempore praeterito perfecto dixi etc., eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto dixeram etc., eodem modo tempore futuro dicam etc. Imperatiuo modo tempore praesenti ad secundam tantum et tertiam personam dic uel dice dicat. Nam primam personam imperatiuo modo numero singulari non poteris inuenire et pluraliter ad omnes personas eodem modo dicamus dicite uel dicatis dicant. Eodem modo tempore futuro dicito uel dices dicet dicemus dicitote uel dicetis dicent uel dicunto. Optatiuo modo tempore praesenti et praeterito inperfecto utinam dicerem etc., eodem modo tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto utinam dixissem etc., eodem modo tempore futuro utinam dicam etc. Coniunctiuo modo tempore praesenti cum dicam etc., eodem modo tempore praeterito inperfecto cum dicerem etc., eodem modo tempore praeterito perfecto cum dixerim etc., eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto cum dixissem etc.,

1 metior *om.* B ludicror *om.* B iudicor A aspicior A, *om.* B 2 infirmor AB medeor *om.* B paciscor *in marg.* A, *om.* B iocor utor B 3 communia uerba B emulor B predor A abuminor B obliuiscor reminiscor recordor imitor praecor hortor, *omissis ceteris* B 4 o|||pẹtulor A 5 uereor] ueor A 7 haec A, *om.* B 8 presens A praesens tempus B 11 preteritum et plusquamperfectum A 12 futurum ieiunabo A, *om.* B 14 prima est B 14 tercia B 16 actiuum est B tempori praesenti numero singulari A 16 simplecis B coniugationis tertiae *om.* B 17 dicit pluraliter B 18 imperfecto B 19 praeterito perfecto et plusquamperfecto A 21 tantum *om.* B terciam B dic dicat uel dice A dic dicat dicamus dicite uel dicetis dicant. Nam primam personam in imperatiuo modo nū. sing̃. inuenire non poteris. Inuenitur autem ad personas omnes futuro ut dicite dicat dicamus dicitote uel dicatis dicant uel dicunto B 23 dicẹmus A 25 dicas dicat dicamus A 25 dicito uel dicatis uel dicto dicant A Obtatiuo A 27 tempore perfecto, *om.* praeterito A 28 eodem modo tempore *om.* B coniunctatiuo A 29 eodem modo tempore *om.* B 30 eodem modo tempore *om.* B 31 eodem modo tempore *om.* B praeterito perfecto et plusquamperfecto A



Digitized by Google

eodem modo tempore futuro cum dixero etc. Infinitiuo modo numeris et personis tempore praesenti dicere, praeterito dixisse, futuro dictu ire uel dictum ire. Inpersonali modo tempore praesenti dicitur, praeterito inperfecto dicebatur, praeterito perfecto dictum est et ulteriori modo dictum fuit, praeterito plusquamperfecto dictum erat et ulteriore modo dictum fuerat, futuro dicetur. Haec sunt gerendi uel † tipicialia uerba: dicendi dicendo dicendum dictu dictui. Sunt participia, quae trahuntur a uerbo actiuo duo praesens et futurum, praesens dicens, futurum dicturus.

Dicor uerbum passiuum indicatiuo modo dictum tempore praesenti numero singulari figurae simplicis personae primae coniugationis tertiae, quod declinabitur sic: dicor diceris dicitur etc., eodem modo tempore praeterito inperfecto dicebar etc., eodem modo tempore praeterito perfecto dictus sum etc. et ulteriore modo dictus fui etc. dicti fuerunt uel fuere, eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto dictus eram etc. et ulteriore modo dictus fueram etc., eodem modo tempore futuro dicar etc., inperatiuo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam dicere dicatur, quod primam, ut supra dictum est, personam in singulari numero imperatiuus modus non recipit, et pluraliter eodem modo tempore praesenti ad omnes personas dicamur dicamini dicantur, eodem modo tempore futuro diceris dicetur dicemur dicemini dicentur uel diceminor. Optatiuo modo tempore praesenti et praeterito inperfecto utinam dicerer etc., eodem modo tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto utinam dictus essem etc. et ulteriori modo utinam dictus fuissem etc., eodem modo tempore futuro utinam dicar etc. Coniunctiuo modo tempore praesenti cum dicar etc., eodem modo tempore praeterito inperfecto cum dicerer etc., eodem modo tempore praeterito perfecto cum dictus sim etc., *et* ulteriore modo cum dictus fuerim etc., eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto cum dictus essem etc. et ulteriore modo cum dictus fuissem etc., eodem modo tempore futuro cum dictus ero etc. et ulteriore modo cum dictus fuero etc. Infinitiuo modo numeris et personis tempore

---

1 eodem modo *om.* B infinitiuo A 2 preterito A dictu ire uel *om.* B 3 perfecto, *om.* praeterito B 5 plusquamperfecto, *om.* praeterito B 6 dicitur B gerundi uel tipici alia uerba sunt dicendi B haec sunt alia uerba gerendi uel tipici A *cf. cod. Bern. 207 artis grammaticae fol. 122ª:* Sunt uerba quae tipicialia dicuntur idest similitudinis, quoniam similitudinem participiorum in se ostendunt cum sint uerba et non participia. Tria enim uerba amandi amando amandum similitudinem participii passiuae significationis futuri temporis ostendunt, amatum uero similitudinem participii praeteriti temporis passiuae significationis gestat. *Scribendum fortasse* participialia dicuntur idest similia participiis, *cf. p. 57, 13* 7 dictu indictu duo participia trahuntur ut dicturus, *omissis ceteris* B 8 presens A 9 passiuum est B 10 simplecis B terciae correptae B 12 eodem modo tempore *om.* B 14 eodem modo *om.* B praeterito perfecto et plusquamperfecto A 16 imperatiuo B 17 ut dicere dicatur dicamur dicamini dicuntur futuro diceris dicatur dicamur *etc., ceteris omissis* B 18 dicamus A 19 diceres A 20 obtatiuo A 21 eodem modo tempore *om.* B 22 et ulteriori, *om.* modo A eodem modo tempore futuro *om.* B 24 coniunctatiuo A 25 eodem modo tempore *om.* B 26 eodem modo tempore *om.* B 27 et *om.* AB eodem modo tempore *om.* B praeterito perfecto et plusquamperfecto A 29 eodem modo tempore *om.* B et ulteriore modo cum dictus fuero *etc. in marg. infer.* A

Digitized by Google

praesenti dici, praeterito dictum esse et ulteriori modo dictum fuisse, futuro dictu ire uel dictum iri.

Sciendum est tamen, quod actiui uerbi declinatio et neutralis una est, passiui autem, communis et deponentis pars similis est. Necesse ergo est, ut in declinatione passiui uerbi, deponentis et communis participia trahantur, ut dictus dicendus, loquens locutus loquuturus, praedans praedatus praedandus praedaturus. Sunt uerba, quae declinari non possunt, ut salue aue faxo infit inquam quaeso. Sunt uerba defectiua, ut libet miseret pudet taedet paenitet decet licet piget. Sunt etiam uerba neutra, quae i littera terminantur, ut odi noui memini. Sunt, quae in um syllabam desinunt, ut sum prosum possum. Sciendum est praeterea, quod quotiescumque haec uerba declinanda sunt, idest rideo torqueo ferueo mordeo tergeo, producte dicturus es ridere torquere feruere mordere tergere et his similia. Nam si dicas plaudo curro duco dico confido, dicturus es correpte plaudere currere ducere dicere confidere et his similia.

## DE ADVERBIO.

Aduerbium est pars orationis, quae adiecta uerbo significationem eius aut conplet aut mutat aut minuit, ut 'iam dicam' uel 'non dicam' aut 'adhuc dicam'. 'Iam' autem et 'non' et 'adhuc' aduerbia sunt, 'dicam' uerbum esse manifestum est. Aduerbio accidunt tria, significatio conparatio figura. Significatio aduerbiorum est, quod sunt aduerbia loci, ut hic ibi intus foris illuc inde unde ibi, numeri ut semel bis ter uel quoties numerum ipsum in quocumque spatio numerare uolueris, temporis ut heri nuper hodie mane cras, negandi ut non, adfirmandi ut etiam quinni, demonstrandi ut en ecce, optandi ut utinam, hortandi ut eia, ordinis ut deinde, interrogandi ut cur quamobrem, similitudinis ut quasi ceu, qualitatis ut docte pulchre, quantitatis ut multum parum, dubitandi ut forsitan fortasse fortassis, personalia ut mecum tecum secum nobiscum uobiscum, uocandi ut heus, respondendi ut heu, separandi ut seorsum, eligendi ut potius

---

1 dictum esse uel dictum fuisse B  2 futuro dictum ire. duo participia trahuntur a uerbo passiuo praeteritum dictus futurum dicendus. sciendum est *etc.* B  3 actiui uerbi et neutralis una declinatio est passiua autem et communis et deponens. necesse ergo *etc., mediis omissis* B  5 uerbi passiui B  et deponentis B  6 trahuntur A  praet̄ ut dictus fut̄ dicendus A  loquutus A loquiturus B  predans predatus A  7 praedaturus praedandus B  Sunt autem B  9 pudet decet licet taedet B  paenitet decet piget A, *om.* licet  10 in i litt. B  odii B  10 Sunt etiam uerba neutra quae B  11 ut sum possum prosum desum subsum absum insum praesum B  Sciendum praeterea est B  preterea A  12 uerba dicenda B  13 ut ridere B  15 correpte dicturus es ut plaudire currere dicire confidire, *om.* ducere B

17 DE ADUERBIIS B  18 oracionis B  uerba B  19 complet A  uel adhuc modicam dicam B  20 Iam et non adhuc A  uerbum est. Aduerbio B  21 accedunt B  22 uerborum B  quia sunt B  aut loci B  ibi ubi B  hic ibi *etc.*] *cf. Donat. p. 362, 23 seq.*  23 unde temporis — cras, *om.* mane B, *in quo numeri aduerbia post temporalia collocata sunt*  24 in quocumque spatio *om.* B  25 quin ui B, *om.* A  26 ut *ante* en *om.* B  obtandi A  ut *ante* utinam *om.* B  ordenis ut inde deinde hortandi ut eia B  27 quur A  28 paruum A  fortassis *om.* B  29 secum *om.* B  30 elegendi AB  pocius B

Digitized by Google

immo, congregandi ut simul una, prohibendi ut ne, euentus ut forte fortuitu, conparandi ut magis uel tam, iurandi ut edepol castor hercle mefidius *medius* fidius.

Sunt aduerbia, quae in a litteram exeunt, ut una, aut in e, ut docte cinice affectuose, aut in i, ut uesperi, aut in o, ut falso raro sedulo profecto quando modo. Dicimus enim: falso dixit, raro uidetur, sedulo deligit; nam false rare sedule dici non potest. Exeunt similiter aduerbia in u, ut noctu, aut in m, ut strictim cursim pedetemtim membratim sparsim, aut in r, ut breuiter fortiter constanter dulciter admirabiliter oboedienter concorditer, aut in s, ut funditus radicitus naturalitus caelitus humanitus stirpitus medullitus † strepidus antiquitus intrinsecus extrinsecus forinsecus altrinsecus. Sunt, quae regulam non seruant, ut bene male: fiunt enim bene melius optime, male peius pessime. Nam aliter conparari non possunt. Sunt alia, quae in e desinunt, ut rite inpune saepe facile difficile. Sciendum est tamen, quod aduerbia, quae de nominibus ueniunt, utrum in e aut in r litteram exire debeant, hoc ordine requiri potest, ut si dicas nominatiuo hic magnificus, genetiuo huius magnifici datiuo huic magnifico: cum enim datiuus casus o littera terminatur, aduerbium in e litteram exire debet, ut huic magnifico magnifice, quod etiam in similibus nominibus sic poteris inuenire, ut ab occulto occulte, a publico publice, a docto docte, ab inperito inperite, a perfecto perfecte, a scholastico scholastice, a grato grate, a sobrio sobrie, a pulchro pulchre, a temperato temperate. Ceterum si datiuus casus sub declinatione cuiuslibet nominis in i litteram terminatur, ut si dicas nominatiuo hic sapiens, genetiuo huius sapientis, datiuo huic sapienti, aduerbium in r litteram exire debet, ut sapienti sapienter, quod in his nominibus aequali ratione poteris inuenire, ut a constanti constanter, a forti fortiter, a dulci dulciter, a potenti potenter, a eleganti eleganter, a grandi granditer, a concordi concorditer et his similia.

---

1 prohibeudi ue B   2 iurandi epulcastor hercle mifidius fidius B, *om.* A   4 aut in e docte aut in o, *reliquis omissis* B   6 modo *om.* B   diligit A legit B   7 sedule false rare B   8 in u litt. B   pedetimtim B peditim A   membratim sparsim *om.* B   9 in r ut seuiter fortiter feliciter dupleciter sapienter constauter uelociter simpleciter frequenter prudenter humeliter ueraciter audaciter atrociter contumaciter amabeliter diligenter mirabeliter iugiter dulciter oboedieuter aut in s litt. B   10 naturalitus *om.* B   11 humanitus stirpitus *om.* B   strepidus *om.* B   extrinsecus *om.* B   12 forinsecus. alia sunt aduerbia quae regulam non conseruant B   regula A   13 comparari B   14 alia aduerbia quae in e litt. B   inpone A   sepe A, *om.* B   difficile *om.* B   15 a nomenibus B   16 in r exire debent B   17 nominatiuo, genetiuo, datiuo *om.* B   huic magnifico hunc magnificum o magnificus ab hoc magnifico B   18 e littera A   19 debet et ut B   magnefice B   quod etiam *om.* B   in his semelibus, *om.* nominibus B   20 ut ab occulto — temperate *om.* B   21 a inperito A   23 datibus A   casus sub declinatione *om.* A   24 nominatiuo, genetiuo, datiuo *om.* B   nominatibo *etc.* A   25 huic sapienti hunc sapientem *etc.* B   26 ut sapienter A   nomenibus B   racione B   poteris inuenire]. *Post haec in* B *nil nisi hoc additum est*: 'Figurae aduerbiorum duae sunt, simplex ut docte, conposita ut indocte'; *inde statim ad participium transitur.*

Digitized by Google

In aduerbiis etiam conparationis gradus sunt tres, positiuus conparatiuus superlatiuus. Positiuus ut pulchre, conparatiuus ut pulchrius, superlatiuus ut pulcherrime. Sunt tamen aduerbia, quae per hos gradus ire non possunt. Interdum positiuus tantum gradus inuenitur, ut spontaliter mediocriter naturaliter; spontalius mediocrius naturalius aut spontalissime mediocrissime uel naturalissime dici non potest. Interdum positiuus et conparatiuus, ut contumaciter, contumacius; nam contumacissime dici non potest. Interdum positiuus et superlatiuus, ut pie piissime, quod pientius dici non potest. Et superlatiuus gradus tantum inuenitur, ut nouissime, et his similia eadem ratione obseruanda sunt. Figurae aduerbiorum *sunt* duae, simplex et conposita, simplex ut docte prudenter, conposita ut indocte inprudenter. Sunt autem aduerbia, ut supra dictum est, in e litteram exeuntia, ut perite facunde tarde honorifice artificiose ingeniose splendide apte callide bene male stulte optime pessime dure dolose ingrate insidiose flagitiose ignominiose criminose argumentuose conpendiose declamatorie officiose ciuice caute sancte commode temperate et his similia. Item, quae in r litteram exeunt, sufficienter perenniter ardenter separabiliter humaniter ioculariter concorditer spontaliter efficaciter audaciter siue audacter, turbulenter uelociter properanter feliciter infeliciter leuiter turpiter fraudulenter instanter miserabiliter misericorditer clementer opulenter abundanter ferociter adroganter iactanter seculariter moraliter regulariter figuraliter utiliter incessanter et his similia.

## DE PARTICIPIO.

Participium est pars orationis eo dicta, quod partem capiat nominis, partem uerbi. Recipit enim a nomine genera et casus, a uerbo tempora et significationes, ab utroque uero numerum et figuram. Participio accidunt sex, genus casus tempus significatio numerus figura. Genera participiis accidunt quattuor, masculinum ut laudatus, femininum ut laudata, neutrum ut laudatum, commune ut laudans. Nam omnia praesentis temporis participia generis sunt communis, ut si dicas intellegens orans dicens loquens currens exaltans temperans feruens febriens stans pugnans fulgens et his similia. Casus totidem sunt participiorum, quot et nominum: nam per omnes casus omnia participia declinantur. Tempora participiis accidunt tria, praesens praeteritum et futurum, ut loquens loquutus loquuturus. Significationes participiorum sumuntur a generibus uerborum.

2 pulcre A  4 possitiuus A  6 possitiuus A  10 sunt *om.* A  14 calide A  insiciose A  15 argument*ᵛ*ose A  declamatorię A  16 comode A.
24 dicta eo B  ominis A  25 recepit B  nomene B  26 uero *om.* A  accedunt B  27 significatio tempus A  participiorum quot sunt B  29 praesenti temporis A  30 communis trium generum B  31 currens — fulgens *om.* B  32 quod et A  33 omnia nomina participia A  partecipiis accedunt trea B  34 praesens ut loquens praet̃ loquutus fut̃ loquuturus B  presens B  35 significationes a generibus uerborum participia sumantur B

Digitized by Google

Veniunt enim participia a uerbo actiuo duo, praesentis temporis et futuri, ut dicens dicturus inuitans inuitaturus ducens ducturus, a passiuo autem duo, praeteriti temporis et futuri, ut dictus dicendus inuitatus inuitandus ductus ducendus, a neutro duo, temporis praesentis et futuri, ut stans staturus ambulans ambulaturus currens cursurus. A deponenti tria, praesentis praeteriti et futuri, ut nascens natus nasciturus loquens loquutus loquuturus confitens confessus confessurus. A communi quattuor, praesentis praeteriti et duo futura, ut scrutans scrutatus scrutaturus scrutandus criminans criminatus criminaturus criminandus populans populatus populaturus populandus. Inchoatiua participia praesentis temporis sunt tantum, ut horrescens tepescens calescens, quae aliter inflecti non possunt. Sunt defectiua participia, quae per omnia tempora ire non possunt, ut coeptus urguendus.

Numerus participiis accidit singularis et pluralis ut hic dicens et hi dicentes. Figura participiorum duplex est; aut enim simplex participium, ut scribens, aut conpositum, ut describens. Sciendum tamen, quod nocens participium est ab eo, quod noceo dicitur, innocens autem nomen est, quod innoceo non dicitur. Sunt multa participia eadem et nomina, ut passus uisus cultus hortatus questus flexus. Nam passus de passu, idest gressu, nomen est, et ab eo, quod dicitur patior, participium est praeteriti temporis; uisus a uidendo nomen est, et ab eo, quod dicitur: 'a quocumque nuper uisus est', praeteriti temporis participium est; cultus de eo, quod honorabiliter exhibetur, nomen est, et ab eo, quod dicitur: 'bene cultus est ager ille', praeteriti similiter temporis participium est; hortatus nomen est *ab* hoc, quod dicis: 'hic hortatus bonus est' et 'hi hortatus boni sunt', et iterum cum dicis: 'hortatus amicum', facis participium praeteriti temporis. Questus etiam uel flexus nomina sunt, quod ita dicimus 'hic questus' et 'hi questus' siue de querimonia siue de lucro, et 'hic flexus' et 'hi flexus', cum locus adsignatur; at iterum si dicatur: 'questus est mihi contentum comitem suum' et 'flexus est ad misericordiam', participia facis praeteriti temporis. A quibuscumque ergo uerbis, ut supra diximus, par-

---

1 ueniunt enim duo B  enim *om.* A  praesenti temporis A  2 inuitans — ducturus *om.* B  autem *om.* A  3 preteriti A  inuitatus — ducendus *om.* B  4 temporis *om.* B  5 ambulans ambulaturus *om.* B  presens A  6 et praet̃ B  locutus B  7 confidens AB  presentis A  8 praet̃ temporis B  futurorum B  9 crimenans *etc.* B  populans — populandus *om.* B  10 incoatiua B  11 tepiscens quia aliter flecti B  sunt ut B  12 ungendus B  13 numeri participiorum sunt duo B  participiorum A  singularis ut hic dicens pluralis ut hii dicentes B  hii AB  14 figurae participiorum sunt duae simplex ut scribens conpositum B  figurae AB  15 sciendum est autem B  16 dicitur noceo B  autem *om.* A  nñm est A  quia noceo B  18 hortus A  quaestus B  gressum A  19 et *om.* A  patior patior A  20 de quocumque A  21 est uisus B  praeteriti temporis *post* participium est B  ab eo B  22 honorabeliter B  de eo B  23 participium est praet̃ temporis, *om.* similite B  nomen est quia B  24 ab *om.* A  hic *om.* A  est *om.* A  hii AB  sunt *om.* A  25 hortatus sum B  26 quaestus B  nomina sunt — questus *om.* B  27 hii A  siue dicitur de quaerimunia siue de lugro B  et hic flexus — adsignatur *om.* B  hii A  28 si iterum, *om.* at A  quaestus mihi est comitum suum B  29 participia sunt B

Digitized by Google

ticipia facis, ut si dicas: orans oraturus oratus orandus, sperans speraturus speratus sperandus, recitans recitaturus recitatus recitandus, supplicans supplicaturus supplicatus supplicandus, rogans rogaturus rogatus rogandus, petens petiturus petitus petendus, legens lecturus lectus legendus, ducens ducturus ductus ducendus, iudicans iudicaturus iudicatus iudicandus, publicans etc., pugnans etc., natans etc., uolans etc., gaudens gauisurus gauisus gaudendus, laetans etc., glorians etc., moderans etc., amplectans amplectaturus amplectatus amplectandus, praedans etc., precans etc., praedicans etc. Participia autem declinantur sic: nominatiuo hic lectus, genetiuo huius lecti etc. et pluraliter nominatiuo hi lecti etc. Iterum genere feminino haec lecta etc. Item genere neutro hoc lectum etc. Sciendum est tamen, quod uehemens opulens prudens elegans ingens, quamlibet participiis similia uideantur, nomina sunt.

## DE CONIUNCTIONE.

Quid est coniunctio? Pars orationis adnectens ordinansque sententiam. Coniunctioni quot accidunt? Tria. Quae? Potestas figura ordo. Potestas coniunctionis quot species habet? Quinque. Quas? Copulatiuas disiunctiuas expletiuas causales rationales. Da copulatiuas. Et que at atque ac ast. Da disiunctiuas. Aut ue uel ne nec neque. Da expletiuas. Quidem equidem saltim uidelicet quamquam quamuis quoque autem porro porro autem tamen. Da causales. Si etsi etiamsi siquidem quando quandoquidem quin quin etiam quatenus sin seu siue nam namque ni nisi si enim etenim sed interea quamobrem praesertim item itemque ceterum alioquin praeterea. Da rationales. Ita itaque quoniam enim enimuero quia quapropter quoniam quidem quippe ergo ideo igitur scilicet propterea. Figurae coniunctionum quot sunt? Duae. Quae? Simplex ut nam, conposita ut namque. Ordo coniunctionum in quo est? Quod aut praepositiuae sunt coniunctiones, ut at ac et ast, aut subiunctiuae, ut que autem, aut communes, ut et ergo igitur.

---

1 dicas act̄ orans oraturus a pass̄. oratus B 4 pedens pediturus B 5 legiturus B 6 *Post* 'indicandus' *in* B *haec inueniuntur*: a neutro pugnans pugnaturus natans nataturus uolans uolaturus gauisus gauisurus. A depoñ. laetans laetatus laetaturus glorians *etc.* moderans *etc.* a com̄. amplecteus amplexus amplexurus amplectendus praedans *etc.* praecans *etc.* Participia autem 8 predans A 9 predicans A participia haec declinantur A casibus sic B nomenatiuo B 10 hii AB 11 Item fem̄. geñ. B geñ neutro, *om.* item B 12 est autem B eligens B 13 uideantur similia B 14 de coniuncione B 15 coniunctio quid est B Quid est — et ergo igitur] *cf. Donat. p. 364, 33—365, 8* adnectans A 16 quod A accedunt B quae *om.* B ordo coniunctionum quot species habent B 17 disiunctiuas, *corr.* distinctiuas A iuctiuas B 18 racionales B at ast B 19 disiunctiuas, *corr.* distinctiuas A quidam B 20 uidellicet B quamquamque A 21 etiamsi quidem B 22 quatinus A siue sese enim etinim ne sed, *omissis mediis* B 23 presertim A 24 preterea A racionales B itaque enim, *om.* quoniam B 25 quoniam quoniam quidem B preterea A 27 quia B 28 aut at A ut at ast B subiunctiue A 29 ergo *om.* B

Digitized by Google

## DE PRAEPOSITIONE.

Praepositio est pars orationis, quae praeposita aliis partibus orationis significationem earum aut conplet aut mutat aut minuit. Praepositioni accidit unum tantum, idest casus duo accusatiuus et ablatiuus. Hae enim sunt praepositiones casus accusatiui: ad apud ante aduersum cis citra circum circa contra erga extra inter intra infra iuxta ob pone per prope secundum post trans ultra propter supra usque penes. Quomodo dicimus ad patrem . . . . et ad patres, aput uillam sum et aput uillas, ante aedem sto et ante aedes, aduersum inimicum pugno et aduersum inimicos, cis fluuium sum et cis fluuios, citra forum sto et citra fora, circum uicinum discurro et circum uicinos, circa templum ambulo et circa templa, contra hostem pugno et contra hostes, erga propinquum et erga propinquos uado, extra terminum migro et extra terminos, inter nauem uado et inter naues, intra murum sedeo et intra muros, infra tectum sum et infra tecta, iuxta macellum sto et iuxta macella, ob augurium praeuenio et ob auguria, pone tribunal iudico et pone tribunalia, per parietem aspicio et per parietes, prope fenestram sto et prope fenestras, secundum legem iudico et secundum leges, post tergum alligo et post terga, trans ripam uado et trans ripas, ultra finem sum et ultra fines, propter officium uenio et propter officia, supra caelum ascendo et supra caelos, usque mare' uado et usque maria, penes arbitrum iudico et penes arbitros. Sic ergo semper obseruandum est, ut hae praepositiones siue in singulari numero siue in plurali non alterius casus declinationi, nisi accusatiui seruiant, ita ut, cum praepositiones ipsae praeponantur nominibus, de declinatione casus accusatiui nec una littera subtrahatur.

Praepositiones casus ablatiui sunt hae: a ab abs cum coram clam de e ex pro prae palam sine absque tenus. Dicendum ergo est a domo uado et a domibus, ab homine . . . . et ab hominibus, abs quolibet . . . . et abs quibus libet, cum exercitu sto et cum exercitibus, coram teste dico et coram testibus, clam custode . . . . et clam custodibus, de praetorio teneor et de praetoriis, e terra migro et e terris, ex praefectura

---

2 quae praeposita — minuit *om.* A  3 minuet B  4 unum tantum accedit B haec enim, *om.* est A enim *om.* B  5 praepositionis A  7 propter B preter A penes dicimus enim B  8 ad patrem apud uillam ante aedem *etc., omissis fere semper et uerbis finitis et formis pluralibus* B  9 cis fluuium et fluuius B  10 sto et citra fora discurro circum uicinum et circum uicinos A  13 et intra naues inter murum A  inter nauem intra moenium uel murum infra tectum B  15 p̄p uenio A 19 preter officium uenio et praeter officia A  20 super caelum A  super caelos A usque mare uel oceanum B  21 pene, *bis* A  Sic ergo — littera subtrahatur *om.* B 24 ipse praeponatur nominatur de declinatione A  26 praepositiones *om.* B ablatiui casus hae sunt B  ablatiue A  27 pre A  dicimus enim a domo ab homine abs quolibet cum exercitu coram teste clam custodibus singulariter non est de praeturio e cetero ex praefectura pro cliente prae timore palam omnibus sine labore absque iniuria tenus puppe quod nos dicimus pupe tenus B  28 ab homine sic et ab hominibus A 29 cum exercitu sto *suprascr.* Ɨ eo A  30 pretorio A  31 ex praefectus A

Digitized by Google

uado et ex praefecturis, pro cliente uenio et pro clientibus, prae timore fugio et prae timoribus, palam omni facio et palam omnibus, sine labore quiesco et sine laboribus, absque iniuria . . . . . et absque iniuriis, tenus pube mergo, quod nos dicimus pube tenus.

Vtriusque uero casus praepositiones idest accusatiui et ablatiui hae sunt: in sub super subter, quae tunc accusatiuo casui seruiunt, quando aut gressu aut uerbo aut iniuria aut lapsu aut labore aut ira motus adsignatur, quod ita intellegi potest: in carcerem et in carceres mitto, in mortem et in mortes prosterno, in terram et in terras cado, in praecipitium et in praecipitia ducor, in praedam et in praedas diuidor, in proditionem et in proditiones mittor, in montem et in montes ascendo, in siluam et in siluas uado, in aduersarium et in aduersarios furo, in uitium et in uitia cado, sic et his similia; sub terram et sub terras fodio, sub montem et sub montes laboro, sub fascem et sub fasces deprimor, sub aquaeductum et aquaeductus ambulo. — 'Super' autem tunc ablatiuo casui seruit, quando pro 'de' ponitur, quod dicimus: super populo et super populis uidetur, super filio et super filiis, hoc est de populo et de filiis, super exercitu et super exercitibus, idest de exercitu et de exercitibus, super hac re et super his rebus, hoc est de hac re et de his rebus. 'Subter' eandem uim habet, quam et 'sub', sed hoc specialius obseruandum est, quod tunc *hae* praepositiones accusatiuo casui seruiunt, quando uel gressu, ut supra dictum est, uel animo uel uerbo uel labore uel lapsu motus adsignatur. Ablatiuo uero casui tunc hae propositiones seruiunt, quando nihil cum iracundia dicitur, nihil cum labore fit uel non ad malum curritur, quod ita intellegi potest. Dicimus enim: in domo et in domibus sum, in ecclesia et in ecclesiis sto, in charta et in chartis scribo, in populo et in populis praedico, in lecto et in lectis quiesco, in templo et in templis . . . ., sub disciplina et sub disciplinis uiuo. Similiter sub domo et sub domibus sto, sub tecto et sub tectis consisto, sub potestate et sub potestatibus dego, sub lege et sub legibus uiuo. Sciendum est tamen specialiter, quod, quoties ad bonam partem gressus dirigitur, ponitur in ablatiuo casu, sicut dictum est: 'Benedictus qui uenit in nomine domini.' 'Venit' enim motum

1 pre A 3 absque iniuria sic et absque A 5 utriusque enim A praepositionis A haec A 6 supter B 7 aut motu aut uerbo B lapso B aut motus A 8 ut in carcirem B 9 in mortem eicio inducor in mortem ascendo in siluam in uicium cado uel his similia B, *ceteris omissis* 11 in proditionibus A descendo A 12 fěrco A 13 similiter sub terram B 14 depraemor B 15 aqueductum A aqueductos A super enim A super B 16 quia dicitur B super populis ut si dicas de populo et de populis idest super exercitu et super exercitibus uel his similia B 10 Supter autem quam uim habet? eandem quam quam et sub. ablatiuo casui tunc haec praepositiones seruiunt quando nihil cum ira et inuidia dicitur et nihil cum labore fit uel non ad malum curritur quod ita intellegi potest. dicimus enim in domo sum in eclesia et in eclesiis sum sub disciplina et sub disciplinis uiuo sub potestate et sub potestatibus degeo. Sciendum est tamen specialiter quod quoties ad bonam partem gressus *etc.* B eadem A 21 ut tunc praepositones A 23 he A 25 domo A 26 carta A cartis A 28 domu A 29 tectu A 30 degeo A

Digitized by Google

uidetur habere, sed quod in bonam rem uenit, bene in ablatiuo, et iterum dictum est: 'deduc me, domine, in uia tua et ambulabo in ueritate tua', licet 'ambulabo' motum uidetur habere, sed ibi, quod ad bonam partem pertinent, recte et in ablatiuo ponuntur. Ceterum si diceret: 'propter peccatum meum deduc me in perditionem et ambulabo in poenam', quod ad malam rem pertinebat, accusatiuo casui adscribendum erit, et illud denique in ablatiuo: 'et induxisti nos in refrigerio', 'induxisti' motus esse uidetur, sed quod in refrigerio, merito in ablatiuo conplicatur. Si enim dixisset: 'induxisti nos in incendium', quod ad poenam pertinebat, accusatiuum posuisset. Sciendum quoque, quod 'ponit' aut 'posuit' aut 'positurus est' nullum motum habet, etiam si ad malam partem pertineat. Nam legimus: animasque in uulnere ponunt; non dixit in uulnus aut in uulnera, quamlibet de morte dixisset, ablatiuo tamen casu usus est, quod dictum in alio sermone, ubi motus uidetur, inuenire non poteris. 'In' tunc etiam accusatiuo casui specialiter seruit, cum dicitur: in adulterum et in adulteros, in desertorem et in desertores, in homicidam et in homicidas, hoc est contra adulterum et contra adulteros, contra desertorem et contra desertores, contra homicidam et contra homicidas et his similia. Legimus enim:

sub fluctibus ibat
Carphatiis Triton;

sed ibi quamlibet 'ibat' motum habere uideatur, merito in ablatiuo casu posuit, quod propter incitamentum uoluntatis ire uidebatur. Sine praepositione uero cum haec uerba nominibus iunguntur, ablatiui casus declinationi seruiunt, ut utor tunica et tunicis, non tunicam et tunicas, fruor agro et agris, non agrum et agros, potior uoto et uotis, non uotum et uota, fungor officio et officiis, non officium et officia, abundo bonitate et bonitatibus, non bonitatem et bonitates, careo uitio et uitiis, non uitium et uitia, egeo pane et panibus, non panem et panes, priuor honore et honoribus, non honorem et honores, plenus sum doctrina et doctrinis, non doctrinam et doctrinas, subscribo epistula et epistulis, non epistulam

---

1 sed ibi quia in bonam rem uenit in ablatiuo casu ponitur, ceterum si dicerit aliquis propter peccatum *etc., ceteris omissis* B 3 licet] dicet A 5 ambulo A quia B 6 ad malam partem pertinet per accusatiuo casui scribendum est B 7 in ablatiuo *om.* B induxisti motus esse — refrigerio *in marg. suppl.* A induxisti autem B 8 sed ibi quia B ablatiuo casui adplicatur B 9 pertinebit B accusatiuum casum ponerit. Sciendum est hoc quoque B 10 ponet A 11 eciamsi B pertinat B Nam legimus — non poteris *om.* B 12 animasque] *Verg. Georg. IIII 238, cf. schol. Bern. praef. p. 727—729 et p. 969.* animas quae A 13 quo dictum A 14 in etiam tunc B 15 in adulterium et in adulteria in homicidam et in homicidas hoc est contra homicidam et contra homicidas uel his similia B 17 cotra desertorem A 18 legimus etiam B 21 carfateis A capitestriton B 22 ibi *om.* B casu *om.* B quia B 25 tonica et tonicis A tuneca non tunicam B tonicas A *Formas plurales fere semper om.* B 26 potior — uota *om.* B 27 habundo A 28 uicio et uiciis non uicium et uicia B 29 nec panes B nec honores B 31 epistola A epistulas non epistulam nec epistulas B epistolam, epistolas A

Digitized by Google

et epistulas. Quaelibet ergo nomina uerbis istis, quae conprehendimus, nolueris conplicare, semper ablatiui casus declinationi seruiunt, ita ut nec una littera addatur. Nam si aliter sit, uitium statim adscribendum est. Accusatiuo enim casui cum haec uerba nominibus iunguntur, sine praepositione declinationi seruiunt, ut est: egredior foras, Romam uado, Rauennam destinor et his similia. Ceterum si sine motu dicis, ablatiuum positurus es et ita dicis: foris sum, Roma uel Romae consisto, quod unus casus est, Rauenna teneor uel Rauennae. Sciendum est etiam, quod ablatiuus casus hanc partem tenet: Corinthi disco, tamquam Corintho; unius enim casus declinatio est; Damasci eram, tamquam Damasco, Ephesi praedicabam, tamquam Epheso, Lugduni uel Augustoduni legebam, tamquam Lugduno uel Augustoduno et his similia.

## DE INTERIECTIONE.

Interiectio est pars orationis significans mentis affectum uoce incondita. Interiectioni quid accidit? Tantum significatio. Significatio interiectionis in quo est? Quod aut laetitiam significamus, ut euax, aut dolorem, ut heu, aut admirationem, ut papae, aut metum, ut attat, et si qua sunt similia.

---

1 Quaelibet — adscribendum est *om.* B  2 conplicare] ampliare A  ablatiuo casu A  5 declinationi B] accusatiuo casui A  forum B  6 distinor AB  moto AB  ablatiuum positurus es et ita dicis *om.* B  7 forus B  romae uel roma B  quia unus B  8 tueor B  9 et hanc B  corenthi B corentho B  10 effesi, effeso A efeso B  11 lugdoni B augustidoni B agustiduni A  12 agustidono B agustiduno A  et his similia *om.* B  14 Interiectio — similia] *cf. Donat. p. 366, 13 seq.* oracionis B  15 quot accedunt B  significatio tantum B  16 quia B  laeticiam B  significant B  17 pape B. *In fine cod.* A: finitum est hoc opus libri quem instituit asperius. *In* B *uero excerptum de quinque nominum declinationibus sequitur, quod propter codicis uetustatem hic subiungam:* DECLINATIONES NOMINV̄ V haec sunt; genetiuo casu numero singulari requirendae sunt. Prima declinatio in ae ut est iusticia iustitiae; secunda in i ut bonus boni, tercia in is ut ignis ignis; quarta in us ut currus currus; quinta in ei ut facies faciei. Nomenatiuo casu haec iusticia *etc.* Sic declinanda sunt haec nomina et his similia: eclesia patientia uinea oliua ula semita strata membrana annona et reliqua. Secunda declinatio nominatiuo hic bonus *etc.* Sic declinandum est: iustus rectus scelestus pius castus moderatus sobrius seuerus inportunus auarus criminosus insensatus infirmus et his similia. Tertia declinatio nominatiuo singulari hic ignis *etc.* Da similia: auis amnis agilis apis auris breuis basis bouis (buis *cod.*) splenis orbis finis funis famis fascis farris fortis lenis leuis luis messis mensis nubis nauis omnis ouis hostis piscis renis ratis insignis sentis sitis sepis suis testis talis qualis uestis uitis uulpis febris et reliqua. Quarta declinatio hic currus *etc.* Sic declinandum est: cultus fructus nisus auditus gustus tactus odoratus sensus obtutus (otutus *cod.*) conspectus consensus partus sumptus sexus lacus sinus iactus (iectus *cod.*) saltus fractus actus luctus ortus manus introitus gemitus fremitus amictus portus artus arcus situs strepitus fluctus successus casus ploratus ululatus ornatus exercitus domus senatus et cetera. Quinta declinatio haec facies *etc.* Sic declinandum est: acies rabies scabies congeries species pernicies temperies requies superficies dies glacies canicies et his similia.

---

Digitized by Google

# III

# ARS ANONYMA BERNENSIS.

Partes orationis quot sunt? Donatus octo esse ostendit dicens: Partes orationes sunt octo. Quomodo nominantur? Hoc est nomen pronomen uerbum aduerbium participium coniunctio praepositio interiectio. Si aestimatae sunt partes orationis in minori numero, quam octo? Aestimatae sunt sine dubio et pauciores et plures. Hinc Donatus ait: Multi plures, multi pauciores partes orationis putant. Quomodo pauciores putatae sunt aut quis putauit? Aristoteles duas esse ostendit, unde Isidorus ait: Partes orationis primus Aristoteles duas tradidit idest nomen et uerbum. Hae enim sunt duae principales partes orationis, de quibus Donatus ait: Ex his duae sunt principales partes orationis, nomen et uerbum. Quare ergo principales dicuntur? Quia in his tota nostra locutio consistit. ‖ fol. 79ª ‖. Hinc Consentius ait: Omne enim, quod mente concipimus, nomine et uerbo explicamus. Deinde Isidorus dicit: Donatus octo partes orationis definiuit, sed omnes ad illa duo principalia reuertuntur, idest ad nomen et uerbum, quae significant personam et actum. Reliquae uelut adpendices sunt et ex his originem trahunt. Quomodo trahunt originem ex his? Nam pronomen ex nomine nascitur, cuius officio fungitur, ut orator ille. Non enim nascitur haec locutio, nisi ante praemisso nomine; nihil enim interest, si dicas 'ego', quod est pronomen, aut si dicas 'Valentianus', quod est nomen: eadem persona est. Verbo aduerbium iungitur, ut Donatus dixit: Ad-

*Cod. Bern. 123 f. 78ᵇ—117ª.*

1 quod Donatus] *p. 372, 25 K.* 2 nomem 3 coniunccio preposicio interieccio 4 estimate orationes aestimate 5 hunc Donatus] *p. 372, 28* 6 horationes 7 putate aristotilis 8 esidorus *uel* hesidorus, *semper* Isidorus] *Orig. I 6, 1 ed. Otto* orationes aristotiles 9 due horationis 10 Donatus] *p. 372, 26* ex is due 11 horationis 12 in is lucucio consensius Consentius] *p. 338, 7 K.* (*Gramm. Lat. Vol. V*) 13 concepimus nomine explicatur et uerbo *Consentius* 14 Isidorus] *I 6, 1* 15 difininit ut illa 16 que 17 reliq; origine 18 Nam pronomen *etc.*] *Isid. I 6, 2* 19 offitio 20 loquio 22 Donatus] *Is locus apud Donatum non extat.*

Digitized by Google

uerbium a uerbo segregari non potest. Sed tamen Isidorus dicit: Aduerbium de nomine nascitur, ut doctus docte. Item: participium de nomine et uerbo nascitur ut lego legens. Et propterea dictum est participium, ut Donatus ait, quasi particapium eo, quod partem nominis capiat partemque uerbi: recipit enim a nomine genera et casus, a uerbo tempora et significationes, ab utroque numerum et figuram. Coniunctio uero et praepositio uel interiectio in contextum istarum cadunt et ideo nonnulli, idest Stoici, quinque partes orationis definierunt, quia istae superfluae sunt. Vnde Virgilius Maro dixit: Atque ita erat ut pro octo partibus orationis quinque numerarent. Has autem octo partes orationis quomodo Graeci nominant? Sic dicunt: *ὄνομα* idest nomen, *ἀντόνομα* idest pronomen, *ῥῆμα* idest uerbum, *ἐπίῤῥημα* hoc est aduerbium, *μετοχή* idest participium, *ἄρθρον* hoc est articulus, *σύνδεσμος* idest coniunctio, *πρόθεσις* hoc est praepositio. Graeci ergo et Latini in numero partium orationis consentiunt, quia utrique octo partes esse definiunt, sed in una ratione differunt et dissentiunt, quod Graeci articulum octauam partem orationis habent, Latini autem articulum in numero octo partium non numerant, sed in pronomine articulum habent. Item Latini interiectionem octauam partem orationis esse dicunt, Graeci uero interiectionem in numero partium non habent, sed in aduerbio eam ponunt. Inde Donatus dixit: Latini articulum non adnumerant nec Graeci interiectionem. Quot sunt ex his, quae declinantur, et quae sunt, quae non declinantur? Idest quattuor declinantur: nomen pronomen uerbum participium. Reliquae uero quattuor partes, idest aduerbium coniunctio praepositio interiectio, indeclinabiles sunt. Quid ergo interest inter declinationem nominis et pronominis et uerbi? ‖ fol. 79[b] ‖ Hoc interest: nomen pronomen participium per casus declinatur, ut Donatus dixit: Verum ex his omnibus tres sunt, quae sex casibus inflectuntur, nomen pronomen participium. Verbum autem per formas et modos declinatur. Cur nomen praecedit octo partes orationis? Quia *fieri* non potest, ut sciatur ulla res, nisi prius nomen fuerit, quia ex nomine suo omnis creatura cognoscitur. Inde Isidorus dicit: nisi enim nomen scieris, cognitio rerum perit, quoniam nomina primogenita sunt in rebus omnibus. Nomen quomodo definitur secundum sonum,

---

1 Isidorus] *I 6, 2*  3 participium *etc.*] *Isid. l. l.*  4 Donatus] *p. 387, 18* participium  6 tempore  7 Coniunctio uero — superfluae sunt] *cf. Isid. l. l.*  8 in contextu  9 difinierunt, *sic fere semper*  iste superflue  10 Virgilius Maro] *Grammaticus scilicet medii aeui, sed non extat is locus apud A. Maium class. auct. Vat. tom. V.*  12 greci, *sic semper*  onoma *etc., litteris latinis*  13 epirema medoche  14 archo  sindesmos  15 partium] participium  17 differunt] deserunt  21 Donatus] *p. 372, 27*  23 quod  que declinantur  que non  25 relique  26 indeclinabilis  27 ho  28 pronomen uerbum participium  Donatus] *p. 372, 29*  29 que  cassibus  31 declinantur quur  32 fieri *om.*  32 Isidorus] *I 6, 3*

Digitized by Google

hoc est secundum superficiem, et quomodo secundum sensum, hoc est secundum substantiam qualitatis? Ista differentia est. Vbicumque enim inuenitur 'dictus' uel 'dicta' uel 'dictum', definitio soni esse ostenditur, ut 'littera dicta est quasi legitera, eo quod quasi legentibus iter ad legendum ostendit'; item 'pes dictus est, quo quasi metrorum cursus incedat.' Sic etiam nomen definitur: 'nomen dictum est, quasi notamen, eo quod nobis uocabulo suo res notas efficiat'. Vbicumque autem inuenitur in definitione 'est', definitio sensus, idest qualitatis esse demonstratur, ut 'littera est pars minima uocis articulatae'; item 'pes est syllabarum et temporum certa dinumeratio.' Sic etiam secundum qualitatem substantiae nomen definitur: 'nomen est pars orationis cum casu corpus aut rem proprie communiterue significans.' Quando autem dixit: 'nomen est pars orationis cum casu corpus aut rem proprie communiterue significans', quot continentur in hac definitione? Quinque. Quae? Primum ostendit, quod nomen octaua pars orationis est, cum dixit 'nomen est pars orationis'; secundo modo ostendit, quod nullum nomen casu careat, quando dixit 'nomen est pars orationis cum casu'. Tertio modo discernit nomen a uerbo, cum dixit 'cum casu', quia uerbum non habet casum. Quarto modo ostendit, quod omne nomen corpus aut rem significat cum dixit 'corpus aut rem proprie communiterue significans'. Quinto modo discernit nomen a pronomine et participio, quae habent casum, *sed* corporalitatem et incorporalitatem et proprietatem et appellationem non demonstrant, cum dixit in definitione nominis 'corpus aut rem proprie communiterue significans'. Nomini quot accidunt? Sex. Quae? Qualitas conparatio genus numerus figura casus, haec sunt sex accidentia nominis. Scire autem nos conuenit, quot sunt accidentium genera. Secundum Augustinum tria sunt. Quae? Sunt enim accedentia, quae accedunt et recedunt, ut dolores leues, qui saluantur per medicinam aut a deo sanantur. Sunt || fol. 80ᵃ || accedentia, quae accedunt et non recedunt, ut caecitas leprositas, nisi per dei uirtutem sanantur. Item sunt accedentia, quae aliquando accedunt et aliquando recedunt, sicut unicuique uoluntas fuerit, sicut accedit frigus: si ad ignem ueneris, recedit frigus; accedit tibi calor: intras in aquam frigidam, calor recedit. Qualitas nominum bipertita est: aut enim propria sunt nomina aut appellatiua.

3 soni soni 4 legittera 5 item] iter 6 Nomen dictum est] *cf. Isid. I 6, 3.* 7 efficiet 9 articulate 11 Nomen est] *cf. Donat. p. 355, 5* corpus autem 12 Quando autem *etc.*] *cf.* [*Sergii*] *explanat. in Don. p. 489, 31 seq. K.* 13 cumuterue quod continetur 14 diffinitione que 17 discernit] diruit 18 casᵘum 21 que sed *om.* 22 demonstraⁿt 23 cummuniter ue 24 Δ Nomini, *quae discipuli interrogantis significatio cum non nisi perraro passim una cum magistri respondentis signo et eodem rarissime posito* (Ɔ-C) *nobis occurrat in hoc scripto, eam plane contextu mouere satius duximus, quam multifariam inserendo lectorum beniuolentia abuti.* quod que, *fere semper* 25 numerum accedentia 26 accedentia in genera agustinum 27 trea accedentia] *Hoc loco et in sequentibus id uocabulum propterea corrigere dubitaui, quod non de accidendo, sed de accedendo cogitasse scriptorem sequenti definitione conprobatur, cf. quae ex* [*Clementis Scoti*] *arte cod. Bern. 123 fol. 8ᵇ excerpsimus.* redunt 28 cecitas 33 Qualitas *etc.*] *Sunt Donati uerba p. 373, 7.*

Digitized by Google

Propriorum nominum quot sunt species? Quattuor. Quae? Praenomen nomen cognomen agnomen, ut Publius Cornelius Scipio Africanus. Apud Graecos autem propriorum nominum duae sunt species, idest cognomen et agnomen, hoc est persona et actus. Praenomen quare dicitur? Eo quod nomini praeponitur, ut Publius Cornelius. Primum enim quando quis nascitur, praenomen datur ei, sed numquam seruo aut ignobili praenominatio datur, quia de re aliqua dignitatis inponitur, hoc est siue de nobilitate uel de claritate praenomen inponitur. Verbi gratia Lucius dicitur eo quod scientia luceat, et sic Publius dicitur, eo quod reipublicae dignus sit. Praenomen ergo optione parentum inponitur, qui optant filiis suis, ut sapientes et clari et reipublicae digni inueniantur. Vel ideo praenomen dicitur, eo quod singulis litteris praenotatur: aliquando enim una littera, aliquando bina, aliquando terna, aliquando quaterna littera praenotatur. Hinc Donatus dicit: Omnia praenomina aut singulis litteris praenotantur, ut G Gaius Caesar, L Lucius Catilina, P Publius Cornelius; aut binis litteris praenotantur, ut Gn Gnaeus Pompeius, aut ternis litteris praenotantur, ut Semp, hoc est Sempronius Roscius. Sed hanc uarietatem numeri litterarum claritas unius cuiusque praestat. Qui enim minime fuerit clarus, multis praenotando indiget litteris, qui uero cunctis notus et clarus habetur, paucis litteris praenotatur. Nomen quid est? Quod indicat genus, ut Cornelius. Cornelii enim omnes in eo genere appellantur, ut dicitur Cornelia familia. Cornelius enim primus uir fuit, et unus quisque de genere eius, qui habuisset similitudinem illius in facie aut in membris aliis siue in corpore, Cornelius dicebatur. Cognomen quare dicitur? Quo quis cognoscitur et appellatur. Est enim proprium nomen unius cuiusque hominis, ut Scipio. Agnomen quare dicitur? Hoc est ab actu quasi accedens nomen. Quibus modis dicitur || f. 80[b] || agnomen? Tribus modis, idest ab animo a corpore extrinsecus. Ab animo, ut 'magnanimus Anchisiades' dictus est Aeneas, filius Anchisae, quia fortem et regalem animum habuit. A corpore, ut Iulius Pulcher et Ouidius Naso, eo quod nares grandes habuit. Extrinsecus agnomen dicitur, ut Tenedos Diues dictus est, eo quod diuitias multas habuit: extrinsecus enim diuitiae sunt. Agnomen ergo ab actu dicitur, ut Africanus dictus est Scipio consul Romanus, eo quod Africam uicit. Hae ergo quattuor species non omnibus hominibus simul accidunt. Aliquando enim una species accidit, hoc est cognomen,

1 Propriorum nominum *etc.*] *Praemittitur titulus litteris maiusculis scriptus:* de speciebus quattuor propriorum nominum. quod pronomen 2 cornilius 3 grecus due 4 act̄ prenomen 5 cornilius 9 republice 11 reipublice 14 Donatus] *p. 373, 10* 15 praenota[n]tur cesar cantilena 16 cornilius, *sic semper* u gn. geneus 17 aut ternis litteris praenotantur] *Post haec lacuna statuenda est: nam quod sequitur paradigma, ad quaternam litteram pertinet.* 19 prestat 24 abuisset fatie 29 magnanimis anchiseades 30 aenias anchise 31 auidius nasse 35 he non omnibus] nominibus 36 accedunt una species

ut Nero; aliquando duae species accidunt, hoc est cognomen praenomen, ut Sextus Roscius. Aliquando tres species, ut Publius Virgilius Maro; aliquando quattuor species, ut Publius Cornelius Scipio Africanus. Haec enim quattuor nomina unus homo habuit idest Scipio. Scias tamen in hac uarietate propriorum nominum, quod, si aliis speciebus caruerit, idest praenomine nomine agnomine, numquam cognomine carebit, ut sunt propria nomina montium et fluminum et ciuitatum et multorum hominum, quae non habent nisi cognominata uocabula, ut Roma Caucasus Tiberis Dauid Salomon et cetera; et aliud scias in hac uarietate propriorum nominum, quod, si unus homo plus quam quattuor uocabula habuerit, quae diximus, praenomen nomen cognomen agnomen, ut Publius Cornelius Scipio Africanus Numantinus Aemilianus (haec enim sex nomina Scipio solus habuit), sed tamen non multiplicatur numerus specierum praeter quattuor, sed agnomini adplicabitur, hoc est ab actu, ut Numantinus et Aemilianus dictus est Scipio, eo quod Numantiam et Aemiliam provincias uicit. In his ergo quattuor speciebus, quas diximus, praenomen nomen cognomen agnomen, interrogandum est, utrum haec nomina primitiua sunt aut diriuatiua. Sine dubio diriuatiua sunt a uerbis praenosco nosco cognosco agnosco, hoc est ab infinitiuo futuro praenotum ire notum ire cognitum ire agnitum ire: abiecta ire et mutata tum syllaba in men faciunt praenomen *nomen* cognomen agnomen. De his ergo quattuor speciebus propriorum nominum Priscianus exposuit dicens: Inuenimus ergo multa in his quattuor speciebus propriorum nominum inuicem pro se posita et quae in aliis personis sunt praenomina, haec in aliis loco nominum accipiuntur, ut 'Tullius Seruilius': hic 'Tullius' praenomen est; quando autem dicitur Marcus Tullius, Marcus praenomen est, Tullius uero nomen est; || f. 81ª || et in aliis loco cognominum aliorum agnomina sunt. Praenomen est, quod praeponitur uel differentiae causa, uel quod eo tempore, quo Sabinos Romani adscripserunt ciuitati, ad confirmandam coniunctionem nomina illorum suis nominibus praeponebant et inuicem Sabini Romanorum nomina sibi praeponebant. Ex illo tempore consuetudo tenuit, ut nemo Romanus sit absque praenomine. Nomen est proprie unius cuiusque, ut Paulus et cetera, cognomen autem cognationis commune, ut Scipio familiae eius cognomen fuit. Sic et Cornelius et Marcellus. Omnes enim ab illo, qui primus Cornelius fuit, hoc nomen habuerunt.

1 accedunt 5 quod si] *An:* quod etsi? 7 nomina montium] nominantium 8 qui caucas 12 emilianus 13 multiplicat numerum 15 numansiam et emiliam 18 a uerbis prenosco 19 prenotum 20 adiecta re ire et mutatum syllaba 21 nomen *om.* 22 Priscianus] *I p. 58, 7 H.* 24 pronomina 28 praenomine quod praenomen est] *Priscian. I, p. 57, 13* 29 differentie 30 sauinos 31 suauini 33 Nomen est] *cf. Priscian. I, p. 58, 4: Prisciani uerba hic illic leuiter mutata sunt.*

Digitized by Google

Quot sunt diuisiones qualitatis appellatiuae et quare appellatiua nomina dicuntur? Isidorus ostendit, cum dicit: Appellatiua nomina inde uocantur, quod communia sunt et in multorum significatione consistunt. Haec in uiginti septem species diuiduntur. Alia enim sunt corporalia, alia incorporalia, alia primitiua, alia diriuatiua, alia diminutiua, alia sono diminutiua, tota Graeca, tota Latina, inter Graecam Latinamque formam, alia homonyma hoc est uninomina, alia synonyma uel polyonyma hoc est plurinomina, alia patronomica, alia ctetica *alia epitheta*, *alia qualitatis*, *alia quantitatis*, *alia gentis*, alia patriae, alia loci, alia numeri, alia ordinis, alia ad aliquid dicta, alia ad aliquid quodammodo se habentia, alia generalia, alia specialia, alia uerbialia, alia participiis similia, alia uerbis similia. Corporalia, qua . . . . . mare et cetera. Incorporalia quare dicuntur? Quia carent *corpore, ut* iustitia dignitas angelus anima. Primitiua nomina quare dicuntur? Quia primam positionem habent nec aliunde nascuntur, ut mons schola terra homo caelum. Diriuatiua ideo dicuntur, quia ex alio nomine deducantur, ut montanus a monte dicitur, scholasticus a schola nomen accepit, et terrenus a terra nominatur, sic a caelo caelestis dicitur. De his autem diriuatiuis nominibus grammaticus dicit: In primitiuis et diminutiuis nominibus est ratio in terminationibus, in diriuatiuis uero nulla est ratio: uarias enim et multiplices species habent in terminationibus diriuatiua nomina. Aliquando enim in alis desinunt uel in ale producta a paenultima, ut curia curialis et curiale, memoria memorialis et memoriale, neutrum neutralis et neutrale, iudicium iudicialis et iudiciale, sic hospes hospitalis, nauis naualis, corpus corporalis ‖ f. 81[b] ‖. Alia in elis desinunt producta e, ut fidus fidelis, crudus crudelis, patruus patruelis, frater fratruelis. Alia in ilis et in ile desinunt i longam paenultimam habentia, ut aedes aedis aedilis, senex senilis, anus anilis, puer puerilis, uir uirilis, ciuis ciuilis, seruus *seruilis*, gens gentilis, hostis hostilis. Item in ile, ut ouis ouile, munus munile, sedes sedile. Alia correpta i paenultima, ut fero fertilis, utor utilis, uolo uolatilis, textus textilis, fictus fictilis, paro parilis. Alia in aris desinunt producta a paenultima, ut populus popularis, singulus singularis, consul consularis, miles militaris, schola scholaris, familia familiaris; alia in ubris, ut salus salubris; alia in ebris, ut mulier muliebris; alia in tis, ut ager agri agrestis, sic caelum caeli

---

1 quod 2 Isidorus] *I 6, 5* 4 in uiginti septem] uiginti octo *Isidorus* 7 omonima uninomya sinonyma 8 polionyma plurinomia tethica alia patri alia loci, *omissis ceteris, quae ex sequentibus suppleui.* 12 corporalia qua . . . . mare] *Lacunam ita fere expleas:* Corporalia quare dicuntur? Quia habent corpus, ut . . . . mare et cetera 13 corpore ut *addidi* 15 qui primam possitionem scola 16 alia 17 scolasticus a scola 19 gramaticus] *cf. Prisc. I p. 130, 20 seq. H.* 20 diriuatiuis] diminutiuis. *An potius*: in denominatiuis? 22 in aliis peneultima 24 indicalis et iudicale si hospis 25 nauialis 26 producte ut fidis 27 peneultimam, *sic semper fere* 28 hedes edis edilis 29 seruilis *om.* 30 sedis 32 in ris penultima 33 milis scola scolaris fimilia 35 egrestis celi caelestus



Digitized by Google

caelestis, terra terrae terrestris. Alia in icius desinunt, ut est aduecticius, commentaticius, fabricius, tribunicius, patricius; alia in idus i paenultima correpta, ut herba herbidus, turbo turbidus, uiuo uiuidus, rabies rabidus, tumeo tumidus, timeo timidus, inuideo inuidus, ferueo feruidus, frigeo frigidus, ualeo ualidus; alia in osus desinunt, ut saxum saxosus, spuma spumosus, uentus uentosus, herba herbosus, scelus sceleris scelerosus, numerus numerosus, onus onerosus, perfidus perfidiosus: haec nomina o longam habent paenultimam. Alia in al desinentia, ut ceruix ceruical, tribunus tribunal; alia in il, ut uigilo uigil pugillo pugil; alia in ul, ut exulo exul, praesulo praesul; alia in tum, ut oliua oliuetum, rosa rosetum; alia in er, ut macies macer, eques equester. Alia in ar, ut lacus lacunar, calx calcar, caedo Caesar; alia in or, ut senatus senator, amo amator; alia in ur, ut saturo satur, murmuro murmur; alia in as, ut primus primas, optimus optimas, ciuis ciuitas, probus probitas; alia in es correptam, ut pes pedes, equus eques, tego teges; alia in es productam, ut pauper pauperies, acuo acies, saepio saepes, sterno strages, struo strues; alia in na, ut rex regina, leo leaena, coquus coquina, cantus cantilena; alia in ella, ut cautus cautella, tutus tutella; alia in ura desinentia producta u paenultima, ut scribo scriptura, censeo censura, armo armatura; alia in tia, ut durus duri duritia, amicus amici amicitia, sic pudicitia, laetitia, maestitia, tristitia, segnitia tam paenultima quam antepaenultima i ubique correpta; alia in sia, ut conuersus *conuersi* conuersia et *controuersus controuersi* controuersia. Item ignauus ignaui ignauia, colonus coloni* colonia, Tuscus Tusci Tuscia, Graecus Graeci Graecia, Italus Itali Italia, Gallus Galli Gallia, Hispanus *Hispani* Hispania. Item prudenti ‖ f. 82ᵃ ‖ prudentia, sapienti sapientia, misericordi misericordia, inerti inertia, inopi inopia, ius iuris iuri inde iniuria, casti castimonia, acer acri acrimonia i paenultima semper correpta. Alia in tio uel in sio diriuatiua sunt addita o correpta genetiuo singulari, sic: orati oratio, muniti munitio, lecti lectio. Item confessi confessio, missi missio, diuisi diuisio, nexi nexio, i paenultima semper correpta; alia in edo et in ido et in udo desinunt, ut acris acredo, dulcis dulcedo, intercapio intercapedo, torpeo torpedo, e paenultima producta. Item in ido, ut libet libido, cupio cupido, item formido formidas formido formidinis, paenultima producta i. Item in tudo diriuatiua nomina terminantur, ut magnus magni magnitudo,

---

1 itius designunt aduectius (ci) comentaticius 2 tribunitius 3 u[l] erba 4 inuidio ferbio ferbidus ferigeo 6 spumo erba erbosus 8 peultimam 9 uigilio pugillos 11 macis macer equis equester 12 calxcar in edo cesar 13 amabor 14 obtimus obtimas 15 correpta equs 16 acus acies sepio sepes sternax st[r]ages st[r]uo 17 lena coq; 18 in ella] in loco cantus in ura] mus a 19 censio 20 durus dure, *corr.* duro duritiea 21 puditicia letitia mistitia signitia antepenultima ubique, *om.* i 22 conuersi *om.* 23 controuersus controuersi *om.* contrauersia ignabus ignabi ignabia 24 tustia gregus greci gretia 25 espanus espania 28 peneultimam correptam 30 leccio misi misio 32 ut cris intercapeo intercapido

sic celsitudo rectitudo crassitudo longitudo habitudo, genetiuo secundae declinationis tudo adiecta u paenultima producta et i antepaenultima correpta, sic firmus firmi firmitudo; alia a datiuo tertiae declinationis, ut simili similitudo, suaui suauitudo, forti fortitudo, testa quoque siue testu facit testudo; alia in as diriuatiua a genetiuo secundae declinationis ueniunt, addita tas syllaba producta et i paenultima correpta, ut probus probi probitas, noui nouitas, boni bonitas, mendici mendicitas, asperi asperitas, prosperi prosperitas, sinceri sinceritas, integri integritas, seduli sedulitas, timidi timiditas. Et notandum, quod ea, quae in genetiuo duplicant i, extremam earum mutant in e correptam euphoniae causa, ut pius pii pietas, medii medietas, anxii anxietas, socii societas. Excipitur liber, quod nominatiuo, non genetiuo, adsumpsit tas, ut liber libertas; sic et in tertia declinatione pauper paupertas, uber ubertas, uetus uetustas et alia nomina tertiae declinationis in tas desinentia a datiuo singulari ueniunt, ut capaci capacitas, tenaci tenacitas, rapaci rapacitas, procaci procacitas, felici felicitas, infideli infidelitas, celeri celeritas, auctori auctoritas. Haec ergo omnia nomina diriuatiua supra dicta, quae diximus in tia, in sio, in tio, in tudo, in tas, rerum incorporalium sunt uocabula et feminina sunt. Item maiestas et honestas diriuantur a conparatiuis maior et honor, mutata or syllaba in es et addita tas. Item in etum inueniuntur diriuatiua nomina desinentia, quae e longam habent paenultimam, ut oleum oliuetum, uinea uinetum, rosa rosetum, dumus dumetum, corylus coryletum, myrtus myrtetum; alia in ibulum, ut uestis uestibulum, tus turibulum, i antepaenultima correpta. Item cuna cunabulum, uox ‖ f. 82[b] ‖ uocabulum, concilium conciliabulum, a antepaenultima producta; alia nomina in ar desinentia diriuatiua sunt, ut caesus Caesar, lacus lacunar, lupa lupanar, laqueus laquear; quaedam in cus, maxime quae de regionibus et gentibus et sectis diriuantur, ut Macedonicus Sarmaticus Germanicus Italicus grammaticus historicus rhetoricus dialecticus; quaedam in tis, ut Leuitis; quaedam in eus, ut igneus; quaedam in ius, ut Aegyptius et cetera nomina diriuatiua, quae diuersas terminationes habent uariabiles et innumerabiles, sed haec exempli causa prolata sunt. Hucusque de nominibus diriuatiuis; nunc *de* diminutiuis dicendum est. Alia nomina diminutiua sunt, ut monticulus scholasticus. Diminutiua nomina quare dicuntur? Quia diminuunt sensum, ut monticius monticulus

1 secunde decli 3 firmido 6 addita tas] additas 9 timidas quod ea quae] quod F 10 motant 11 anexii anexietas 15 capacitatis 17 que 18 uocabulo 19 femina 20 motata addita s 21 que 23 mirtus mirtetum alia nibulum 24 cona conabulum 25 uox ‖ cabulum 26 cessus 27 laquar q;dam 28 et mentibus *cf. auct. class. Vatican. ed. A. Mai Tom. V p. 133 (Virgilii Epitome VIII):* quaedam de regionibus et gentibus deriuantur et sectis, ut machaonicus et grammaticus. sarmiticus 29 rethoricus dialectibus 30 quedam, *ter* 31 que 32 causam 33 Huncusque nunc deminutiuis 34 scolasticus 35 diminiunt

Digitized by Google

monticellus monticellulus, sic scholasticus fonticulus agnulus agnellus, quorum forma quamquam magis minuitur, crescit semper numerus syllabarum. Inueniuntur autem diminutiuorum formae diuersae, ut homo homuncio homunculus homullus homullulus. Inde Priscianus dicit: Sunt igitur formae diminutiuorum masculini generis diuersae et uariae, ut sunt hae: in culus, in tulus, in olus, in ellus, in xillus, in cillus, in ullus, in cio, in leus, *in tulus.* Exempla, ut igniculus tantulus capreolus agnellus. Item ager agellus, Graecus Graeculus, pax paxillus, codex codicillus, homo homullus et homuncio, acus aculeus, nepos nepotulus. Item flos flosculus, mas masculus, mus musculus, frater fraterculus, pater paterculus, pauper pauperculus paupercula pauperculum, uenter uentriculus, lepus lepusculus, rumor rumusculus, ignis igniculus, testis testiculus, currus curriculus, uersus uersiculus, artus articulus, fluctus flucticulus, codex codiculus et codicellus i antepaenultima in omnibus semper correpta. Item uetus uetulus uetula uetulum, tiro tirunculus, latro latrunculus, carbo carbunculus, fur furunculus. Item pugnus pugillus, agnus agnellus, ager agellus, culter cultellus, anulus anellus, oculus ocellus, populus popellus, catus catellus, tener tenellus, liber libellus: haec omnia e paenultimam naturaliter productam habent. Item caper capellus, pannus panniculus, filius filiolus, urceus urceolus, malleus malleolus; Antonius autem Antoniaster facit diminutiuum, senex uero senecio facit. Item feminini generis diminutiua nomina has formas et has terminationes diuersas habent, hoc est in cula, in ula, in ola, in ella, in xilla, in illa, in ulla, ut anicula arcula ceruicula diecula uulpecula offensiuncula, mensa mensula, siluula uetula unciola capella maxilla ‖ fol. 83ᵃ ‖ anguilla. Item furca furcula, nubes nubecula, rete reticula, ceruix ceruicula. Item catena catella, asina asella, gemina gemella, columna columella, fabula fabella, tabula tabella, capra capella, umbra umbella, puera puella, tenera tenella, misera misella, ara arula, littera litterula. Item neutrorum quoque formae sunt hae: in culum, in tulum, in olum, in ellum, in illum, in ullum, in xillum: ut corpusculum corculum ferculum capitulum laureolum lucellum uillum uexillum, unum ullum. Item plus plusculum, os osculum, minus minusculum. Item cornu corniculum, genu geniculum, caput capitulum, in quibus paenultima et antepaenultima corripiuntur. Item paulum pau-

1 scolasticus agniculus 2 semper] sepe 3 forme diuerse 4 homontio homulus homonululus Priscianus] *I p. 102, 5 H.* 5 forme genus diuerse 6 in olus] in dus 7 in itio in eus, *om.* in tulus 8 Exempla] *Sunt eadem fere, quae Priscianus attulit.* 9 codax codicellus homollus et homuntio 11 muscus pater pater 14 flectus flecticulus 17 cultus 19 peultimam 21 ortius ortialus antoniaš facit 22 senitio 24 in xilla] in sylla annicula arcula] ornacula 25 diacula uulpicula offensiulcula untiola 26 annuilla nubicula 27 retes 28 columnella 29 caprella 30 forme 31 in tulum] in lilum in xillum] in syllum 32 capitilum 33 uixillum 34 capitilum

Digitized by Google

lulum et pauxillum, uelum uexillum, sacrum sacellum, scamnum scamnellum, lucrum lucellum, cerebrum cerebellum, flabrum flabellum, flagrum flagellum, castrum castellum. Haec omnia e longam naturaliter habent. Item Virgilius Asianus de diminutiuis dixit: Taberna tabernaculum facit, pera periculum, lapis lapicula, ostium ostiolum, riuus riuulus, flagrum flagellum, fer, hoc est epulum, ferculum facit: hoc autem nomen fer tertiae declinationis est et sic flectitur: fer feris et cetera et facit fera. Item bax, inde fit diminutiue baculus. Hucusque *de* diminutiuis. Sono diminutiua quare dicuntur? Quia sic sonant, sicut diminutiua, sed tamen principalia sunt intellectu, ut fabula macula tabula macellum uinculum. Tota Graeca ideo dicuntur, quia ex toto Graece declinantur, ut Themisto Calypso Dido Pan. Haec nomina feminarum sunt in o desinentia; Pan autem masculinum est, qui dictus est deus pater. Haec cum Graeca sint, cum Latinis Graeca declinatione declinantur, ut *Διδώ Διδοῦς Διδοῖ Διδῶ ἀπὸ τῆς Διδοῦς*. Tota Latina quare dicuntur? Quia ex toto in Latino uertuntur. Graecus enim dicit Polydeuces, Latinus Pollux. Item Graecus dicit Odysseus, Latinus dicit Vlixes. 'Inter Graecam Latinamque formam' quare dicuntur? Scilicet quia ex parte Graeca et ex parte Latina sunt, quae notha appellantur, item nobilia et ignobilia, et ideo notha appellantur, quia corrumpunt ultimas syllabas manentibus prioribus syllabis, ut aput Graecos Alexandros Menandros dicitur, aput Latinos autem Alexander Menander. Dicta autem notha, quemadmodum nothos dicitur, quisquis de dispari genere nascitur. Homonyma, hoc est uninomina, quare dicuntur? Eo quod una appellatione plura significant, ut nepos dicitur luxoriosus, item ‖ f. 83[b] ‖ alia significatione nepos dicitur rei auitae consumptor, hoc est, qui disperdit illas res, quas sibi sui parentes demiserunt. Tertia significatione dicitur nepos certus cognationis gradus, hoc est filius filii. Sic et acies dicitur oculorum et acies ferri et acies exercitus, sic et tumulus dicitur aliquando mons paruus, aliquando tumens tellus, aliquando sepulcrum. . . . . . Synonyma ergo ideo dicuntur, eo quod sit in pluribus nominibus significatio una, ut terra humus tellus idem sunt omnia; item ensis mucro gladius idem sunt. Patronomica quare dicuntur? Eo quod a patribus contrahuntur, ut Tydides Tydei

---

1 uixillum sagellum 2 flacrum 3 haec omnię longam 4 asianus dixi Virgilius Asianus] *cf. A. Mai. auct. class. Vatic. Tom. V, p. 132 (Virgilii epitome VIII), quo loco eiusdem argumenti aliud excerptum dedit Maius.* 5 hostium hostiolum 6 ribus ribulus flagum 7 hoc aut tertie 9 sit hucusque diminutiuis 12 tata greca, *sic semper* 14 deus pater] *An:* deus pastorum? 15 cum Latinis- *An:* in Latinis? ut dido dydoys dydoy didon apo ti dyosi tota cernesa quare dicun] tur 17 poliduces polix 18 odiseos Inter] Item 19 Scilicet] r 20 que 22 minandros latinus 23 minander nota 24 de dispatri generascitur uninomya quas 26 auite consumptur 27 disperdet 28 dicuntur nepus cognationes 29 fleri aties exertitur 31 sepulcrum homonyma ergo] *Exciderunt nonnulla de synonymorum nomine.* 34 thithides thidei

Digitized by Google

filius, Atrides Atrei filius, et Pelides Pelei filius. Haec et ab auis et a matribus saepe ueniunt. Patronomica masculina quot terminationes habent? Tres. Quae? In des in ius in on: in des, ut Atrides ab Atreo et Pelides a Peleo, in ius ut Peleius a Peleo, in on ut Nerion a Nereo. Patronomica autem, ut ait Donatus, si de patre sint, in des exeunt, ut Anchisiades dictus est Aeneas filius Anchisae; si autem de auis uel atauis fuerunt patronomica, in ius uel in on terminantur. Feminina patronomica quot terminationes habent? Tres, idest is as e; in is, ut Atreis; in as, *ut* Peleias; in e, ut Nerine. Item Atreis Atreias Atrine, hoc est filia Atrei. Haec a diriuatiuis distant, quod diriuatiua ab appellatiuis oriuntur, patronomica autem a propriis. Alia ctetica sunt, idest possessiua, quae a possessione dicuntur, ut Euandrius ensis et Agamemnoniae Mycenae. Alia epitheta sunt, idest adiectiua uel superposita. Quare adiecta dicuntur? Eo quod ad implendam sui significationem fixis nominibus adiciuntur, ut magnus doctus: dicitur enim homo doctus et magnus philosophus, et plenus est intellectus. Scias autem, omnia adiecta nomina aut communia sunt trium generum, ut hic et haec et hoc prudens, hic et haec et hoc sapiens, hic et haec et hoc felix, aut mobilia sunt inter tria genera, ut magnus magna magnum, aut communia sunt duorum generum et neutrum in e faciunt, ut hic et haec fortis et hoc forte; dicimus enim *fortis* uir et fortis mulier et forte consilium; et haec nomina mobilia conparantur, ut fortis fortior fortissimus, prudens prudentior prudentissimus, sapiens sapientior sapientissimus, felix felicior felicissimus, magnus maior maximus. Sunt alia specialis qualitatis, sub illa scilicet qualitate, quae generaliter nomini accidit, ut sapiens formosus diues, quae ideo qualitatis nomina dicuntur, quia per ea ‖ f. 84ᵃ ‖ qualis sit unusquisque ostenditur. Sunt alia nomina quantitatis, quae a magnitudine uel a paruitate trahuntur, ut magnus paruus longus breuis: haec autem adiecta nomina mediae significationis dicuntur; sensus enim eorum medius est inter propria et appellatiua; dicitur enim doctus Virgilius et doctus poeta, et inter primam positionem et diriuationem. Sunt alia gentis, ut Graecus Hispanus, quae a Graeco et Hispano uocantur, unde unusquisque de Graecis Graecus dicitur et unusquisque de *Hispanis* Hispanus uocatur. Aliae sunt patriae, ut Italicus ab Italia, et Africanus ab Africa dicitur. Alia loci, ut Romanus a Roma dicitur et Thebanus a

1 et habᵃuis a patribus 2 sepe quod 3 que in us 4 pieleius a peleo in on in ius ut pieleius a peleo in on a nerio 5 Donatus] *Horum nihil legitur apud Donatum.* 6 achiseades e aenias anchise de auiis uel atauiis 7 in us femina 8 quod id es 9 in as pelias atreas 10 filia atrem i ab appellatiuas, *corr.* -uis 11 tet hica 12 que euandrius] *Verg. Aen. X 394.* agamemnoniae micene] *Verg. Aen. VI, 838* 13 epiteta 15 adiciuntur 16 philosofus 19 trea 21 enim uir 23 felitior 25 que, *fere semper* accedit 29 medie enim eorum 31 phoᵇeta 33 grecum dicitur Hispanis *om.* 35 tebanus a te uae

Thebae uocatur, et urbanus ab urbe nominatur, et ciuilis a ciuitate nuncupatur. Alia sunt numeri, ut unus duo tres: haec ergo nomina numeri ab uno usque ad tres declinantur, a quattuor autem usque ad centum non declinantur, a ducentis uero usque ad mille declinantur. Sunt alia ordinis, ut primus secundus tertius. Sunt alia ad aliquid dicta, quae ad aliam personam referuntur, ut magister dominus pater, quae relatiua dicuntur, quia ad alias personas referuntur, id est ad personam discipuli et serui et filii; quando enim magister dicitur, intellegitur et discipulus, et quando dominus nominatur, intellegitur et seruus; sic et pater quando dicitur, reuelatur et filius. Alia ad aliquid quodammodo se habentia, quae a contraria significatione dicta sunt, ut dexter sinister, lux tenebrae; quando enim dexter dicitur, intellegitur et sinister, et quando lux nominatur, intelleguntur et tenebrae, sed a contraria significatione. Et haec conparatiuum gradum admittunt, ut dexterior sinisterior lucidior. Sed relatiua et aliter se habentia hoc differunt. In relatiuis enim uicinitas naturae inseparabilis ostenditur, in aliis uero contrarietas est, ut dexter sinistro, uiuus mortuo, tenebrae luci. Alia sunt generalia, quae multarum rerum sunt uocabula, ut angelus sapientia pietas; angelus enim generale nomen est ad omnes angelos, et sapientia et pietas quando dicitur, et diuina et humana demonstratur. Item generalia nomina sunt in creaturis corporalibus, ut corpus et animal, quia, quicquid uidetur et tangitur, corpus est. Item animal dicitur, quicquid animam et uitam habet; nam et homo et equus et bos et ouis et asinus animalia dicuntur. Alia sunt specialia, ut homo equus lapis lignum humus et cetera. Haec enim partem generalitatis demonstrant. Alia uerbialia, ut doctor || f. 84[b] || lector, quae ideo uerbialia dicuntur, quia a uerbis doceo et lego oriuntur, hoc est a gerendi modo, ut docendi docendo docendum doctum doctu conuersa u in o et addita r facit doctor; sic legendi legendo legendum lectum lectu lector. Eutitius dicit: Ex tribus quasi fontibus uerbialia nomina oriuntur, idest ab indicatiuo praesenti, a praeterito perfecto, ab infinitiuo futuro seu a participiis. Nomina autem, quae ab indicatiuo praesenti ueniunt, quot terminationes habent? Idest uiginti terminationes: in a, in e, in o, in um, in ium, in bulum, in iculum, in imen, in or, in es tam breuem quam longam, in bilis, in ilis, in uus, in bundus, *in idus*, in ulus, in ax, in ex, in eps, in cen, in os. In a, ut scribo scriba, fugio fuga, ruo ruina, aduenio aduena, uiuo con-

1 orbanus cibilis noncupatur 3 usque a 5 ad ali[quid] 10 habentiea 11 sinixter tenebre 12 sinixter 13 tenebre 14 sinisterior 15 reuelatiua et aliter se habentia] *Fortasse scribas*: et ad aliquid quodammodo se habentia deferunt in reuelatiuis 16 nature dextro sinixtro 17 tebre loci 23 equs et oues et asina 24 equ[u]s 28 adita legendam 29 eutitius] *cf. Eutych. p. 452, 5 K.* (*Gramm. Lat. Vol. V*) 30 criuntur praesenti] futuro a preto 32 quod 33 uiginti] *Sunt potius uiginti una. nam* 'idus' *terminatio, cum in exemplis laudatis locum habeat, uiginti illis addenda est.* in ium] in upm 35 in idus *om.* 36 In a *etc.*] *Terminationum enumeratio ab Eutychis ordine (p. 452, 10 seq.) abhorret; quamquam et multa alia et plurima formarum exempla inde petita sunt, tamen sunt nonnulla aliunde collecta.*

Digitized by Google

uiua, luceo lucerna uel lucina, cubo concubina, rapio rapina. In e, ut cubo cubile, sedeo sedile; in o, ut lateo latro, cupio cupido, libeo libido; in um, ut scalpo scalprum, fulcio fulcrum, iungo iugum; in ium, ut litigo litigium, mercor commercium, obsequor obsequium, eloquor eloquium, uestigo uestigium, aedifico aedificium, sacrifico sacrificium, participo participium, conuiuor conuiuium, prandeo prandium, gaudeo gaudium, exulo consulo u paenultima in i conuersa exilium consilium; in bulum, ut sto *stas* stabulum, uoco uocas uocabulum, pateo pates patibulum; in iculum, ut rideo ridiculum, euerto euerticulum, deuerto deuerticulum, ueho uehiculum, pereo periculum; absque i, ut uincio uinculum, cingo cingulum; in imen, ut rego regimen, tego tegimen; in or, ut sudo sudor, amo amor, clamo clamor, erro error, candeo candor, timeo timor, horreo horror, ferueo feruor, strideo uel strido stridor, tremo tremor, stupeo stupor, sopio sopor; in es, ut tego teges, mergo merges, caedo caedes, luo lues, struo strues; in bilis, ut doceo docibilis, *nubo* nubilis, *sentio* sensibilis; in ilis, ut facio facilis, utor utilis, effutio effutilis; in uus, ut occido occiduus, perspicio perspicuus, diuido diuiduus; in bundus, ut erro erras errabundus, ludo ludis ludibundus, morior *moreris* moribundus, furo furis furibundus; in idus, ut madeo madidus, splendeo splendidus, sordeo sordidus, frigeo frigidus, caleo calidus, timeo timidus, tepeo tepidus, rapio rapidus, cupio cupidus; in ulus, ut bibo bibulus, pendeo pendulus, credo ‖ f. 85ᵃ ‖ credulus, gero gerulus, queror querulus; in ax, *ut* audeo audax, tumeo tumax, contumeo contumax, capio capax, efficio efficax, fallo fallax, sagio sagax, unde praesagio praesagax, salio salax, mentior mendax; in ex, ut aspicio auspex, lateo latex, uerto uertex, facio artifex, idest arte faciens, opifex, idest opus faciens; in eps, *ut* capio municeps, idest munus capiens, partior particeps; in cen, ut cano cornicen, idest cornu canens, liticen, idest lituo canens; fidicen, idest fidibus canens, tubicen, idest tuba canens, tibicen, idest tibia canens; in os, ut a pono conpos, idest conpotator. A praeterito quoque perfecto ueniunt uerbialia nomina, ut rexi rex, duxi dux, luxi lux, rupi rupes, ambegi ambages. Ab infinitiuo futuro deriuantur uerbialia nomina: generales quidem terminationes hae sunt XI: in culum, in mentum, in men, in sio, in tio, in tor, in trix, in sor, in bilis, in tiuus, in icius. Et ante 'tum' quidem infinitiui posita uocalis uel consonans seruatur etiam in diriua-

---

1 lucio lucesna 2 liber libido 3 iungum 4 cummertiçum 5 edifico edifitium participio 6 prandeum 7 sto stabulum 8 pateo pater 9 trideo rediculum uecho uechiculum 10 uinco uincolum 11 in men 13 ferueo feruo tremeo 14 sopior 15 nubo *om.* sentio *om.* 16 fatio effugio effugilis 17 perspico ut terro 18 erabundus morio moribundus 19 furio furibundas 20 serdeo tipeo tipidus 22 in ax audeo 23 effitio 24 solio solax 25 aspitio uerto uertex in eps facio artifex id arte faciens opifex id opus faciens capio municeps *etc.* 27 id munus 29 coneus tubicen idest tibia 30 conpus conpotatur] *Quod si recte emendaui, pro* pono *scribendum* poto: *nam* conpos *ad potum rettulisse uidetur grammaticus.* 31 ambagi 33 haec sunt 34 in for in itius

Digitized by Google

tionibus; in culum, ut oro oratum ire oraculum, miror miratum ire miraculum, propugno propugnatum ire propugnaculum; in mentum, ut fundo fundatum ire fundamentum, orno ornatum ire ornamentum, sacro sacratum ire sacramentum, sic momentum alimentum incrementum; in men, ut foro foratum ire foramen, purgo purgatum ire purgamen, flo flatum ire flamen, liquo liquatum ire liquamen, sic certamen agmen fragmen acumen lenimen munimen, fluo fluxum ire flumen; in sio, ut iubeo iussum *ire* iussio, mergo mersum ire mersio, laedo laesum ire laesio mitto missum ire missio; in tio, um syllaba in io conuersa, ut probatum ire probatio, sic inuocatio laudatio eleuatio usurpatio ratio equatio obseruatio dictio oratio lectio auditio; in tor, ut bello bellatum ire bellator, et femininum in trix, ut bellatrix, uenor uenatum ire uenatrix, fulcio fultum ire fultrix, sic uictor uictrix, petitor petitrix, auditor auditrix, nutritor nutrix minus una syllaba propter euphoniam, item doctor doctrix et ab eo doctrina, tonsor tonstrix tonstrina, textor textrix textrina; in sor, ut iubeo iussum ire iussor, suadeo suasum ire suasor, rideo risum ire risor, sic pransor censor defensor lusor; in bilis, ut amatum ire amabilis, laudatum ire laudabilis, statum ire stabilis, motum ire mobilis, notum ire nobilis, auditum ire audibilis, sic uisibilis passibilis sensibilis; in tiuus, ut optatum ire optatiuus, *diriuatum ire* || f. 85[b] || diriuatiuus, nominatum ire nominatiuus; in icius, ut aduentum ire aduenticius commentatum ire commentaticius. A participiis inueniuntur deriuatae terminationes in bundus, in uus, in tio, in a; in bundus, ut furens furibundus, ludens ludibundus, moriens moribundus, saltans saltabundus, cantans cantabundus; in uus, ut nominatus nominati nominatiuus, uocatus uocati uocatiuus, meditatus meditati meditatiuus. In tio, ut doctus docti doctio, memoratus memorati memoratio, consolatus consolati consolatio; in ura, ut pictura scriptura natura creatura censura. Et uerbialia nomina in ura desinentia formam habent participiorum actiuorum futuri temporis, ut lecturus lectura lecturum. Memento tamen participiorum et nominum eiusdem uocis, quinque modis differre, significatione conparatione seruitute declinatione tempore; significatione: quia, quando nomen est, creaturam siue personam hominis significat qualis sit, ut sapiens; quando uero participium, *ut* Opilius ostendit, aliquid agit aut patitur in praesenti uel in praeterito uel in futuro; conparatione: quando enim nomina sunt, conparantur, ut doctus doctior doctissimus, participia uero non conparantur; seruitute: quando nomina sunt, genetiuo seruiunt, ut amans illius, hoc est amator

1 oreaculum 4 incremen tã 5 purgatum repurgamen flos 6 lico licatum ire licamen certamen] sacer tamen agmen] aum̃ 7 iussum iussio 8 ledo *etc.* 9 misum misio in id conuersa 12 fulceo 15 tontrix 16 iusor 17 censor] tonsor 20 diriuatum ire *om.* 21 itius aduenticis 22 deriuate 23 furiens furbundus 26 meditati meditatio in itio 27 consulatus consulati consulatio 28 uel uerbialia 29 actiuorum] passuieorum lectus 33 participium opillius ostendit quid agit 34 in praeterito 36 doctissima 37 amas illius

Digitized by Google

illius, quando autem participia sunt, accusatiuo seruiunt, ut amans illum. Discernuntur declinatione, ut uisus quando nomen *est*, quartae declinationis est et sic declinatur: uisus uisus uisui, quando uero participium, secundae declinationis est et ita declinatur: uisus uisi uiso et reliqua. Differunt tempore: in nomine enim tempus non est, ut si dicas 'homo' 'lignum' 'animal' et reliqua, in participio autem tempora tria, ut legens lectus legendus. Sunt alia nomina uerbis similia, ut comedo palpo turbo formido caligo indago propago. Quomodo discernuntur haec nomina ab his uerbis, quibus sunt similia? Sic discernuntur: quando uerba sunt, primae coniugationis fiunt, ut comedo comedas, palpo palpas, turbo turbas, formido formidas, caligo caligas, indago indagas, propago propagas; quando autem nomina sunt, tertiae declinationis fiunt, ut comedo comedinis, palpo palpinis, turbo turbinis, formido formidinis, caligo caliginis, indago indaginis, propago propaginis.

Conparatio quid est et quomodo definitur? Sic definitur: conparatio est dictio, quae ex alterius conparatione alterutrum praefert, ut doctus || f. 86ª || doctior doctissimus. Item alia definitio est conparationis: conparatio est nomen mentis conparantis praecellentiam in creaturis, nec nomina, sed creaturas per nomina conparamus. Item conparatio est mens retro respiciens praecellente secundo. Conparationis gradus quot sunt? Idest tres. Qui sunt? Positiuus conparatiuus superlatiuus; positiuus, ut doctus, conparatiuus ut doctior, superlatiuus ut doctissimus. Positiuus quare dicitur? Quia primus ponitur in conparationis gradu, ut doctus. Conparatiuus quare dicitur? Quia positiuo conparatus praefertur illi, ut doctior. *Plus enim nouit doctior quam doctus. Superlatiuus eo quod conparatiuo superferatur, ut doctissimus;* plus enim scit quam doctior. Positiuus quomodo potest dici inter gradus conparationis, cum in suo statu naturali sit, et numquam de alio praeferatur, ut doctus. Idcirco conparationis tertius gradus est positiuus, quoniam graditur ex eo in conparatiuum; nam et in scala gradus dicitur etiam infimus, ex quo ascenditur super alios gradus. Conparatio ergo non omnibus nominibus accedit, sed paucis, hoc est qualitatis et quantitatis nominibus, sicut Donatus dicit. Quae nomina cônparantur? appellatiua dumtaxat qualitatem aut quantitatem significantia, qualitatem ut bonus malus pauper diues, quantitatem ut longus breuis magnus modicus. Sciendum est tamen, quod non omnia per omnes hos gradus flectuntur. Inde

---

1 amas illum 2 uisus aut quando nomen quarte 4 defeṝ 6 trea lectis 7 s.alia uerbi similia 8 calido 9 prime 12 tertia 14 propaginis] *Secuntur insuper haec:* et haec nomina adiecta sunt, *quae ad tractatum, qui est de conparatione, pertinuisse olim uidentur.* 16 que 17 difinitio 18 nec nominas creatura 19 conparationem sens 20 praecelente quod 22 possitiuus quartus dicitur 24 qnia positiuo conparatur profertur illi ut doctior plus enim scit quam doctus et doctior. *Suppleui ex Isidori orig. I 6, 32* 27 dici dici 28 praefert 33 Donatus] *p. 374, 18* 35 longius 36 non omnia] nomina nomina hos gradus

Donatus dixit: Aliquando enim positiuus gradus tantum inuenitur, ut mediocris, aliquando autem positiuus et conparatiuus, ut senex senior. Nam senissimus dici natura fragilitatis humanae non permittit. Interdum positiuus et superlatiuus tantum inuenitur, ut pius piissimus. Nam piior dici non potest. Nullus enim conparatiuus i duplicem habet ante or, sed pro conparatiuo magis aduerbium ponitur, ut 'magis pius hic quam ille'. Magis quoque aduerbium non solum positiuo, sed etiam conparatiuo iungitur et uicem superlatiui conplet, ut 'magis doctior' pro doctissimus; aliquando conparatiuus et superlatiuus tantum inuenitur, ut ulterior ultimus. Aliquando superlatiuus tantum, ut nouissimus. Scias autem, consuetudinem trinam esse in conparatione: sunt enim alia nomina, *in* quibus uox congrue respondet qualitati, ut doctus doctior doctissimus, sapiens sapientior sapientissimus, fortis fortior fortissimus; et sunt alia nomina, in quibus uox dissonat a qualitate, ut magnus maior maximus, bonus melior optimus, malus peior pessimus, modicus minor minimus; exigebat enim qualitas, uocem aequalem esse et conuenientem, ut magnus magnior mag|| f. 86[b] ||nissimus, bonus bonior bonissimus, malus malior malissimus, modicus modicior modicissimus, sed hoc ars non permittit. Nam euphoniae ratio inaequalitatem deposcit. Sunt alia nomina, *in* quibus interdum qualitas deficit, ut mediocris. Nam mediocrior et mediocrissimus dici non possunt, quia, quando dicitur mediocris, plenus est intellectus mediocritatis; in aliis autem nominibus uox deficit, ut pius piissimus: nam piior dici non potest. Omnis enim conparatiuus a genetiuo positiui fit adiecta or syllaba, ut doctus docti doctior; si autem dicas pius pii piior, duplicata i littera ante or ferri non potest, quia duo i in conparatiuo ante or stare non possunt. Sunt alia nomina, quae grammatici prohibent conparari, ut fidelis; nam fidelior uel fidelissimus dici sensus non permittit, quia plenus est intellectus fidelitatis in illo; si enim dicatur fidelior uel fidelissimus, ille, qui fuit fidelis, infidelis est. Positiuus ergo in conparatione perfectus et absolutus est a seruitute. Conparatiuus autem aliquando seruit nominatiuo, interposita quam, ut 'doctior hic quam ille', et ablatiuo cum praepositione, ut doctior ab illo. Item conparatiuus ablatiuo singulari sine praepositione, ut doctior illo. Inde Donatus dixit: Conparatiuus gradus cui casui seruit? Ablatiuo sine praepositione: dicimus enim 'doctior illo'. Tamen Priscianus dixit:

1 Donatus] *p. 374, 19* 3 humane 4 Interdum] *Donati uerba sunt l. l.* 6 pro conparatio 9 aliquando] *Donati uerba l. l.* 10 ultim 12 trimam quibus, *om.* in 15 desonat magnis 16 mali|| exiebat 17 equalem 19 [h]ars Na|| euphonia ratione qualitatem 20 sunt ali nomina quibus 21 ut mediocrissimus 23 dificit 24 sit 26 fieri 27 gramatici 28 fidelissemus 29 dicator 32 interposita hic et quam 34 doctior illo. item conparatiuus ablatiuo singulari sine praepositione seruit. inde donatus Donatus] *p. 355, 12* 36 Priscianus] *I p. 94, 10 H.*

Conparatiuus gradus ablatiuo casui adiungitur utriusque numeri. Dicimus enim: 'Hector fortior Diomede uel audacior Troianis fuit'. Quoties aliquem alieno generi conparamus, tunc conparatiuus ablatiuo singulari iungitur, ut 'Hector fortior Diomede'. Quando autem aliquem suo generi conparamus, tunc conparatiuus ablatiuo plurali seruit, ut 'Hector audacior Troianis fuit'. Aliquando conparatiuus minus a positiuo significat, quamuis recipiat conparationem, ut 'mare Ponticum dulcius est quam cetera maria'. Minus enim significat conparatiuus neutralis dulcius, quam si dixisset positiuo dulce. Inde Priscianus dicit: Est quando conparatiuus conparatur et minus significat, ut: 'mare Ponticum dulcius est quam cetera'. Hic non ad dulcia, sed ad amara facta conparatione ad contraria ostendit, mare Ponticum paruum aliquid dulcedinis, quam cetera habere. Item scias, conparatiuum una syllaba uincere genetiuum positiui, a quo uenit ||f. 87a||, nisi sint anomala; si ergo dicamus 'piior' 'egregior', hiatum intolerabilem tribus uocalibus fecisset. Inde Priscianus dicit: Illud quoque notandum est, quod omnia conparatiua positiuos una syllaba excedunt et superlatiui conparatiuos una syllaba superant, ut ditis ditior ditissimus, clari clarior clarissimus, nigri nigrior nigerrimus, similis similior simillimus, exceptis prior primus et anomalis minor maior plus. Est quando par est conparatiuus superlatiuo, ut agilior agillimus, facilior facillimus. Est quando uincitur superlatiuus una syllaba, ut inferior infimus, ulterior ultimus, exterior extremus uel extimus. Conparatiua autem omnia, ut ait Priscianus, i breuem uocalem habent ante or, ut doctior grandior melior minor iunior, pro iuuenior, quia in nullo conparatiuo i ante or produci potest; quaedam i loco consonantis habent, ut maior peior. Sciendum est, quod omnia conparatiua in or desinentia communis sunt generis, idest masculini et feminini, ut hic et haec doctior, hic et haec sapientior; sic hic et haec acrior melior maior peior inertior pauperior audacior et cetera, et mutata or in us faciunt conparatiuum neutri generis et aduerbii, ut hoc sapiens sapientius et sapienter sapientius, et hoc audax audacius et audacter uel audaciter audacius. Item hoc acre acrius et acriter acrius. Item hoc prudens prudentius et prudenter prudentius, hoc clemens clementius et clementer clementius facit; et sicut conparatiui omnes in or

---

2 iector audatior 3 ablatinos 4 iector 5 conpatiuus 6 iector troianus 8 conparatius 9 possitiuo Priscianus] *I p. 92, 14 H.* 10 conparator et minon est quando ad contraria conparatur et minus positiuo significat *Priscianus* 11 addultia ad mare, *corr.* mara 13 dulcidinis 14 a co 15 intolerabilem 19 Priscianus] *I p. 100, 1:* Illud quoque sciendum, quod omnia et comparatiua et superlatiua duarum excedunt numerum syllabarum exceptis prior et primus et anomalis his: minor et maior et peior et plus. 17 positiuus 20 primis est quam] *cf. Prisc. l. l. p. 100, 11* 21 Est quando] *cf. Prisc. l. l. 12* 22 uincitor 23 extumimus conparatio autem Priscianus] *cf. I p. 91, 16; p. 89, 1* 28 femini 29 inercior pauperios audatior 29 mutatior in us 30 audatius, *bis* 31 et acriter acrius et acriter acrius

Digitized by Google

desinentes communis sunt generis, idest masculini et feminini, sic et conparatiui in us desinentes communes sunt inter neutrum nominis et neutrum aduerbii. Dicimus enim bonum melius optimum, et bene melius optime; sic doctum doctius doctissimum, et docte doctius doctissime; modicum minus minimum, et modice minus minime; magnum maius maximum, et magne maius maxime; malum peius pessimum, et male peius pessime; sapiens sapientius sapientissimum, et sapienter sapientius sapientissime; locuples locupletius locupletissimum, et locupleter locupletius locupletissime; iners inertius inertissimum, et inerter inertius inertissime; audax audacius audacissimum, et audacter uel audaciter audacius audacissime. Item scias, sicut omnia superlatiua masculina in us terminantur et omnia superlatiua feminina in a et neutrum in um, sic etiam omnia superlatiua aduerbiorum in e uocalem semper terminantur ‖ fol. 87ᵇ ‖. Aliquando autem a participiis conparatiua ueniunt, ut indulgens indulgentior et amans amantior; aliquando uero ab aduerbiis siue praepositionibus ueniunt, ut extra exterior, ultra ulterior, citra citerior, intra interior, infra inferior, supra superior, post posterior, prope propior, ante anterior; sic a pridem aduerbio abiecta dem accipitur et facit conparatiuum prior, sed i corripit, in superlatiuo uero seruauit productionem: accepta mus facit primus, ex quo nascitur primo uel prime aduerbium. Item scias, quod conparatiuo et superlatiuo hae particulae adici non debent, idest tam adeo magis maxime minus minime, sed positiuo adiciendae sunt, aut augendo aut minuendo; augendo, ut tam bonus, adeo bonus, magis bonus, maxime bonus; minuendo, ut minus bonus, minime bonus. Vt Priscianus dicit: Minus aduerbium est quando cum positiuo iunctum contrariae significationis comparatiuum demonstrat, ut minus ineptus uel minus stultus, pro prudentior; est tamen quando pro 'non' aduerbio ponitur, ut minus bonus pro malus. Quando autem minime uel maxime positiuo iungitur, uicem superlatiui complet, ut minime bonus, idest pessimus, et maxime bonus, hoc est optimus. Item conparatiuus inuenitur pro positiuo positus et minus significat et nulli conparatur, ut: 'iam senior, sed cruda deo uiridisque senectus'. Priscianus dicit: Est quando pro positiuo conparatiuus positus minus eo significat et nulli conparatur, ut 'tristior adque oculos lacrimis suffusa nitentes'; tristior enim hic 'ex parte tristem' significat. Inuenitur saepe conparatiuus pro

---

1 cummuni   2 desinentes] continentes   neutri nominis   8 locuplex   locupletę   9 inerte   10 audatius audatissimum   audiciter   17 proprior   18 adiecta   accipitur] *An:* accipit or?   19 acceptamus   20 prima uel prime   21 particule   22 adiciende   23 ade bonus   24 Priscianus] *I p. 93, 20.*   25 est *om.*   contrarie   26 cumparatiuum   27 inept̃   28 aduerbia   32 conparator   iam senior] *Verg. Aen. VI 304.*   se cruda de eo   33 Priscianus] *I p. 92, 9*   conparatiuus positiuus 34 nullu   tristior] *Verg. Aen. I 228*   36 Inuenitur — pro senis] *cf. Prisc. l. l. 6*   sepe

positiuo per se positus, ut Virgilius dicit: 'comites senioris Acestae', pro senis. Sciendum quoque est, quod diminutionem accipiunt quaedam conparatiuorum a conparatiuo neutrali uenientia adiectione culus, ut grandiusculus maiusculus minusculus meliusculus. Item conparatiuus superlatiuo aliquando praecellit, ut ditior *ditissimo*, stultior stultissimo et maior maximo, hoc est conparatus conparatiuus superlatiuo de eo praecellit, ut ditior ...... stultior, idest rusticus, qui nihil intellegit, stultissimo, idest de eo, qui minimum intellegit de sapientibus. Priscianus ostendit, quomodo conparatiuus superlatiuum praecellit, dicens: fortissimi fuerunt Graecorum Aiax Diomedes Agamemnon Vlixes, omnibus tamen his fortior fuit Achilles. Item: 'fortissimo Troianorum Hectore fortior fuit Achilles'. Superlatiuus gradus cui casui seruit. Genetiuo tantum plurali, ut 'Hector dicitur fortissimus Troianorum'. Tamen Priscianus dixit: superlatiuus genetiuo plurali uel singulari iungitur, quando ipsum nomen singulare multitudi- || fol. 88ª || nem significat, ut: 'fortissime gentis', sapientissimus populi. Fortissimus autem dicitur, idest ualde fortis, ut apud Ciceronem: simillimum deo, pro ualde similis. Item scias, quod superlatiuus suo generi conparatur, non alieno, ut 'Hector dictus est fortissimus Troianorum'. Item superlatiuus pro positiuo positus nec conparatur, ut Iupiter maximus dictus est, quasi magnus. Item Virgilius Asianus de conparatione dicit: Conparatiuus gradus superlatiuo incongruentissime praeponitur, ut maior maximo; superlatiuus quippe gradus omnibus praecellit et supersedet, sicut et positiuus omnibus subsedet; conparatiuus autem gradus uelut quaedam medietas scalaris et positiuo altior et superlatiuo humilior est. Quot sunt formae superlatiuorum? Octo. Inde Priscianus dicit: Superlatiuorum formae sunt octo, duae quidem, in quas pleraque desinunt superlatiua, idest in rimus et in simus, in limus, in ximus, in timus, in remus, in fimus, in nimus. In er igitur desinentia positiua cum sint adiectiua siue secundae seu tertiae declinationis, accepta 'rimus' faciunt superlatiuum, ut pulcher pulcherrimus, miser miserrimus, pauper pauperrimus, acer acerrimus.

---

1 Virgilius] *Aen. V 301* acceste 2 Sciendum quoque] *cf. Prisc. I p. 93, 10* 4 maiusculus] malus 5 dicior, *om.* ditissimo stulcior 7 dictior stultior] *Exciderunt ante hoc quaedam ad prius exemplum illustrandum pertinentia.* 8 Priscianus] *I p. 86, 7* 10 Diomides 11 achiles, *bis* fortissimo] *Prisc. I 92, 17* 13 iector dicitor 14 Priscianus] *I 94, 12.* 15 quam singularem 16 fortissime gentes sapientissime 17 Ciceronem] *cf. Prisc. I p. 94, 20* simillimum de eo 19 iector 20 iopiter 21 Virgilius assianus] *cf. A. Mai V p. 134* 22 superlatiuus omnibus superequitat sicut positiuus omnibus subsidet. Comparatiuus uelut quaedam scala est positiuo altior et superlatiuo humilior *Virgilius Maii.* 26 humiliorem quod 27 forme, *bis* Priscianus] *I p. 94, 23* 28 duo 29 et in fimus 31 in er igitur — acerrimus] *Priscian. I p. 95, 1* 31 sin adiecta 32 superlatiuum 33 miserimus pauperimus acerimus

Digitized by Google

Item uetus ueteris ueterrimus quasi a ueter positiuo: Ennius: Cum ueter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo. Item a uerbo detero deterior deterrimus et unum anomalum plurimus. Item celebris et salubris faciunt saluberrimus celeberrimus. In us uero desinentia positiua secundae declinationis adsumunt genetiuo s et simus et faciunt superlatiua, ut clarus clari clarissimus, doctus docti doctissimus, excelsus excelsi excelsissimus, exceptis anomalis, idest inaequalibus, ut bonus optimus, malus pessimus, magnus maximus, paruus minimus, multus plurimus. Item tertiae declinationis nomina absque ea, quae in er desinunt, cetera genetiuo adsumunt simus, ut locuples *locupletis* locupletissimus, uilis *uilis* uilissimus, sapiens sapientis sapientissimus, iners inertis inertissimus, concors concordis concordissimus, audax audacis audacissimus. In limus, ut facillimus difficillimus gracillimus humillimus simillimus agillimus. Quorum cum in *is* desinunt positiui, abiecta is et addida limus faciunt superlatiuos. In ximus dua superlatiua desinunt, unum anomalum, ut magnus maior maximus, alterum ab aduerbio, ut prope propior proximus. Tamen inuenitur proximior conparatiue prolatum, ut Vlpianus: siquis proximior cognatus nasceretur. Item Vegetius: proximior dextra sit, quae plagam possit inferre. In timus unum anomalum desinit, ut bonus melior optimus, et ab aduerbiis siue praepositionibus diriuatiua || fol. 88[b] || superlatiua in timus desinunt, ut intra interior intimus, ultra ulterior ultimus, citra citerior citimus; extimus quoque pro extremus dicebant, et citus inuenitur, ut: Ite citi et reliqua. In remus superlatiua terminantur ab aduerbiis siue praepositionibus uenientia, ut extra exterior extremus, supra superior supremus, post posterior postremus, e longa paenultima, cum omnes superlatiui i correptam habent ante mus, ut pulcherrimus doctissimus sapientissimus maximus ultimus et reliqua. In fimus unus superlatiuus inuenitur ab aduerbio ueniens, ut infra inferior infimus. In nimus unus superlatiuus inuenitur ab anomalo nomine ueniens, ut modicus minor minimus. Omnia autem superlatiua mobilia sunt trium generum, masculini et feminini et neutri, idest mutatione us in a faciunt feminina et neutra in um, ut pulcherrimus pulcherrima pulcherrimum, doctissimus doctissima doctissimum, sapientissimus sapientissima sapientissimum, prudentissimus prudentissima prudentissimum, excelsissimus excelsissima excelsissimum, gloriosissimus gloriosissima gloriosissimum et cetera similia.

---

1 Ennius] *cf. Priscian. I p. 97, 8* 2 pelasco 3 detrimus animalum et 4 In us uero] *cf. Priscian. I p. 95, 7* 5 set 7 inequalibus 8 Item tertiae] *cf. Priscian. I p. 96, 8* 10 locupletis *om.* *alterum* uilis *om.* 11 inerstis 12 audicis audicissimus in limus] in climen 13 dificillimus 14 in desinunt 15 In ximus] *cf. Priscianus I p. 97, 13* 16 alteru proprior 17 praelatum ut publius Vlpianus] *cf. Priscian. I p. 97, 18* proxior 18 ueietius] *cf. Priscian. I p. 97, 19* detraxit antequam 19 In timus] *cf. Priscian. I p. 98, 3* 23 ite citi] *Verg. Aen. IIII 593. 594* in remus] *cf. Priscian. I p. 99, 1* 25 suppremus p posterior 27 in fimus] *cf. Priscian. I 99, 7* 28 un 29 mimus In nimus] *cf. Prisc. I 99, 11* anomali 30 nobilia 32 sapientissimam sapientissimus sapientissimam *bis posuit librarii neglegentia*

Genus quomodo definitur? Ita: genus est indicatio creandi corporum agnitorum et rerum agnitarum. Alia definitio est, ut Isidorus dixit: Genus a gignendo dictum, cui diriuatiuum nomen a terra, ex qua omnia gignantur; γῆ enim Graece terra dicitur. Quot sunt genera nominum? Proprie duo sunt; inde Isidorus dicit: Genera dicta sunt, quod generant uel generantur, ut masculinum et femininum. Cetera nomina non sunt genera, sed hoc nominum ratio et auctoritas noluit. Genus unde diriuatur? Genus oritur a uerbo genero uel gigno aut etiam genuo uel antique geno. Quid interest inter genus uerbi et nominis et pronominis et participii? Hoc interest: genus uerbi dicitur exploratio actus sine patiendi siue habitus personam comitans et tempus, quod proprie significatio in uerbo dicitur; genus pronominis est certae personae et incertae tempore carentis ostensio; genus participii tempus et signi|| fol. 89ᵃ ||ficationem absque persona indiscrete iungit. Genus uero nominum corpus sine persona et sine tempore ac sine significatione, quomodo generant aut generantur, demonstrat. Genus ergo proprie uocatur in omnibus animantium, quia ipsa generare et generari possunt. Interrogandum est, cur non ueris uocabulis haec genera uocantur, idest mas et femina, sed masculinum et femininum, idest mediae significationis nominibus, quod optime geritur, quoniam nomina non generant, sed corpora, quorum illa sunt nomina: idcirco non ueris uocabulis usus est; non enim corpora sunt nomina, sed corpori subiacent, idest uocantur ab eis. Tertium genus neutrum est. Neutrum genus quare dicitur? Propterea, quia nec masculinum nec femininum. Inde Isidorus dicit: Neutrum genus dictum est, quia nec hoc nec illud, hoc est nec masculinum, nec femininum. Deinde Virgilius Asianus dixit ad Iulium Diaconum: Hoc inter cetera maxime requisisti, cur masculinum et femininum et neutrum in usu dicendi habeamus. Quidam simpliciter dixerunt, quod masculinum in hoc esse debuit, quod secundum habitudinem corporis ostenderetur, et ita femininum, ut uir et mulier, taurus et uacca, aries et ouis, canis et cata et cetera animalia. Omnes autem res materiales, ut lapides et arbores et si qua sunt similia, neutraliter dici debere censuerunt, unde dicebant hic uir et haec mulier et hoc lapis et

---

1 inditio 2 ut rerum Isidorus] *Valde ab his diuersa habes apud Isid. orig. I 6, 33, cf. praef.* 3 a gignendum 4 proprię Isidorus] *orig. I 6, 33* 6 sunt que 10 uerbo, *corr.* uerbi 13 certe persone et incerte 15 iungit 16 tempora, *corr.* re generant] gnant 17 proprię 18 et generare 19 idest mãs 20 medie 25 Isidorus] *orig. I 6, 33* 27 assianus diaconem Virgilius Asianus] *A. Mai auct. class. Vat. tom. V, p. 7:* Multi de nominatiuo casu multa scripsere, sed hoc inter cetera etc. 28 requesisti 29 dicendi *om. Maius* 30 in hoc] hoc *Maius* 32 uaca cada 33 Omnes uero *Maius* matiriales 34 neutraliter] neutralia *Maius* 35 unde] inde *Maius* et hoc arbor et hoc hera et hoc panis *om. Maius*

Digitized by Google

hoc arbor et hoc cera et hoc panis et hoc domus et hoc manus. 'Et ita in uocabulis rerum *incorporalium* dicendum hoc iustitia, hoc dignitas, et in corporalibus hoc terra, hoc paries, sed hoc consuetudo reprobat et alia nomina masculino generi dedit, ut hic paries et hic portus, hic ager; alia feminino generi, ut haec terra, haec domus, haec iustitia, haec dignitas; alia uero nomina neutro dedit, ut hoc lignum, hoc oppidum, ut suauitas aurium elegeret'. Additur quartum genus, quod commune uocatur. Commune genus quare dicitur? Donatus ostendit dicens: Commune genus est, quod simul masculinum femininumque significat, ut hic et haec sacerdos. Item alia definitio: commune genus ideo dicitur, eo quod duobus generibus nomen unum communicat, ut hic et haec canis, hic et haec dies, hic et haec finis. Alii addunt quintum genus, quod est trium generum commune. Inde Donatus dicit: Est etiam trium generum commune, ut hic et haec et hoc felix, quod etiam ‖ fol. 89[b] ‖ omne genus dicitur. Quare ergo dicitur omne genus? Isidorus ostendit dicens: Omne genus dictum, quia cunctis generibus seruit, masculino et feminino et neutro, ut ab hoc et ab hac et ab hoc communi, item ab hoc et ab hac et ab hoc omni. Sed ex his uel principalia uel sola genera duo sunt, masculinum et femininum. Nam neutrum et commune de utroque nascitur. Addunt alii sextum genus, quod appellant epicoenon, idest promiscuum dicitur. Quare ergo epicoenon *uel* promiscuum dicitur? Donatus ostendit, cum dixit: Est epicoenon uel promiscuum, quod sub una significatione marem et feminam conprehendit, ut passer et aquila. Quod genus ideo promiscuum dicitur, eo quod nos promiscuos facit, ut hic piscis: est enim incerti sexus, quia nec oculis discernitur, sed sensus tantum peritia. Addunt alii septimum genus, idest incertum, ut hic uel haec dies, quod a tribus prioribus generibus differt, quoniam hoc genus in uocabulis rerum uel corporum inanimantium apparet, commune uero et promiscuum in uocabulis anima constantium apparet. Quid interest inter commune et promiscuum genus? Ita discernitur, quia commune duobus articulis uel tribus iungitur, ut hic et haec sacerdos, hic et haec et hoc felix, promiscuum uero uno articulo iungitur, ut hic passer et haec aquila. Quid interest inter commune trium generum et commune duorum? Hoc distat, quod commune trium generum uoce mediae significationis declaratur, commune autem duorum generum uoce plenae significationis ostenditur. Incertum

1 hera] cera *ars Bern. cod. 123 f. 14[a], cf. infra Vergilii grammatici excerpta.* 2 Et ita — aurium elegeret *desunt apud Maium* incorporalium *addidi* iusticia et in corporabilibus 4 masculin‖ 6 neutro] neutra 7 opidum 8 Donatus] *p. 375, 18* 14 Donatus] *p. 375, 21* 16 Isidorus] *orig. I 6, 34* 17 iunctis 18 et neutro] neutro et communi et omni *Isidorus Ottonis*, *omissis* ut ab hoc — omni. 21 utrumque quod appellant erisenon uel epicoenon 22 quare ergo erisenon promiscuum 23 Donatus] *p. 375, 22* erisenon 25 promiscuum, *corr.* promiscuos 26 incerte 29 defert 30 cummune 33 sacerdus 35 commu trium 37 plene

uero genus distantia linguae consuetudinariae efficitur; alii enim dicunt hic silex, alii uero haec silex suauitate aurium suarum elegente secundum usum diuersum prouinciarum.

Numerus quid est? Indicatio collectionis est singulorum corporum et rerum per nomen agnitarum. Alia definitio est: Numerus est corporum unalium pluraliumue et rerum per uocem aequalem inaequalemue exploratio, ut uir uiri, mulier mulieres, dignitas dignitates. Quid interest inter numerum nominis et pronominis et uerbi et participii? Ista differentia est: Numerus uerbi personas obseruat indiscrete; numerus participii || f. 90ª || significationes temporibus iunctas ostendit; numerus pronominis personas coniuncte custodit; numerus uero nominis casus comitatur corpus aut corpora et rem aut res significantes. Numeri nominum quot sunt? Duo, singularis et pluralis; singularis, ut hic uir et hic sapiens; pluralis numerus, ut hi uiri et hi sapientes; licet aput a l i o s tertius inducitur numerus, quem dualem dicunt, ut est uterque ambo duo, et idcirco iste numerus dualis dicitur, quia de duobus tantum dicuntur haec nomina, et transierunt a singularitate et non peruenerunt ad pluralitatem, sed hic numerus a plerisque non recipitur, quia non est in natura rerum hic tertius numerus. Nam uox, quae significauerit unum corpus *siue* unam rem, singularis est, et uox, quae significauerit duo corpora siue res, pluralis est, ut duo ambo tres et cetera. Nam non unum corpus, sed multa significat corpora. Item in numero scias esse alia nomina, quae communia uocantur inter singularem et pluralem numerum. Inde D o n a t u s dixit: S u n t n o m i n a n u m e r o c o m m u n i a u t r e s ***n u b e s d i e s.*** In omnibus quartae et quintae declinationis est, ut hic fluctus et hi fluctus, hic currus et hi currus, haec manus et hae manus, haec domus et hae domus; sic in quinta declinatione hic dies et hi dies, haec clades et hae clades, haec fames et hae fames, haec res et hae res. Sunt semper singularia generis masculini, ut puluis stercus limus fimus fumus cruor; sunt semper pluralia generis masculini, ut Manes Quirites; sunt semper singularia generis feminini, ut fames sitis memoria spes fides caritas. Inde g r a m m a t i c u s dicit: S p e s e t f i d e s e t c a r i t a s p l u r a l e m n o n h a b e n t n u m e r u m. Sunt semper pluralia generis feminini, ut Kalendae Nundinae feriae quadrigae nuptiae diuitiae fores scopae scalae; sunt sem-

---

1 lingue cum suetudinarię 2 alii uero hic suorum elegentes, *cf. supra p. 83, 7* 3 diuersum prouentiarum, *corr.* prouiniiarum. *Fortasse scribendum:* diuersarum. 4 indictio ut rerum 6 equalem inequalemue 9 numeris uerbi 10 iunctus 12 quod sun 14 hii, *bis* aput, *corr.* apud alias 15 quam, *corr.* quem ambuo 16 de duabus 19 siue unam rem] unam uirḡ, *om.* siue 22 Iter 23 uocatur Donatus] *p. 376, 24* 24 nǔmero communia ut est in omnibus quarte 25 hii, *semper* 26 et haec manus et haec domus et haec domus 27 et haec lades et haec lades 28 et haec fames et haec res 29 pulues 31 famis 32 grammaticus] *Quis dicatur, nescio, sed cf. Probi inst. art. p. 88, 11 seq. K; Asperi art. huius libri p. 47, 15* 33 nǔmerum Kalendae nundine ferie quadrię 34 scope scale

Digitized by Google

per singularia generis neutri, ut pus uirus pelagus uulgus aenum letum lutum macellum aurum argentum uitrum aurichalcum electrum aes stagnum plumbum ferrum foenum triticum frumentum faba lens acetum mulsum ordeum mel uinum oleum lac et reliqua. Omne enim, quicquid mensuratur aut pensatur, pluralem non habet numerum. Nam mella frumenta uina ordea ‖ f. 90[b] ‖ ex consuetudine contra rationem artis dicuntur; sibi ista poetae propter metrorum conpositionem posuerunt. Virgilius dixit:

Mella fluunt riuis,
et: Frumenta in uiridi stipula.
Item: Partitur in omnes uina,
et: Inserite ordea campis.

Sunt semper pluralia generis neutri, ut arma castra intestina exta moenia Floralia Saturnalia.

Figura quomodo definitur? Figura est forma rei uel nominis denuntiati. Item alia definitio: figura est habitus uocum, per quas corpora aut res significantur, utrum sua natura an per artem enuntiantur. Figurae nominum quot sunt? Duae, idest simplex et conposita. Inde Donatus dixit: Figurae nominibus accidunt duae; simplex, ut doctus potens prudens sapiens; conposita, ut indoctus inpotens inprudens insipiens. Interrogandum est, quid naturalior est in uocibus, utrum simplicitas an conpositio. Naturalior est in uocibus simplicitatis ostensio, quia, quando mundi elementa facta sunt, primitus simplicibus nominibus usi sunt, postea autem per artem uoces conpositae factae sunt, ut Pompeius dicit: 'Omnia autem nomina aut naturalia sunt, hoc est simplicia aut artificalia idest conposita'. Artificalia autem, sicut Pompeius dicit, quattuor modis conponuntur, hoc est ex duobus integris, ex duobus corruptis, ex integro et corrupto, ex corrupto et integro. Ex duobus integris, ut suburbanus: sub enim praepositio integra est et urbanus integrum nomen est; ex duobus corruptis, ut efficax municeps; efficax enim, idest effectus capax, siue a praepositione ex et a uerbo capio conpositum; item municeps, hoc est munus capiens; ex integro et corrupto ut ineptus: in enim praepositio integra est, eptus autem de eo, quod est aptus, corruptum; sic insulsus, hoc est in et salsus; ex corrupto et integro, ut pennipotens, hoc est penna *et* potens; sic et nugigerulus, hoc est nugas et gerulus. Item scias, esse multa nomina corporum genitorum in

1 euum 2 auricalcum 3 fenum lensa cetum 5 habent melle 7 poeta 8 Mella fluunt] *Ecl. III 89* 9 Frumenta] *Georg. I 315* stipulam 10 Iter partiuntur Partitur] *Aen. I 194* 11 Inserite] *Georg. I 210, cf. Asperi ars p. 47, 29 seq.* 15 auitus 16 figure 17 quot due Donatus] *p. 377, 3* 18 figure accedunt due 23 usa sunt conposite musa facte 24 ut Pompeius dicit: Omnia autem etc.] *Apud Pompeium p. 169, 2 K. non nisi haec leguntur*: figura aut naturalis est aut ex arte descendit: quae est naturalis, simplex uocatur; quae ex arte descendit, conposita. *Conicias igitur, apud Pompeium nonnulla intercidisse, cf. praef.* 25 Sicut Pompeius dicit] *p. 169, 6*: illa uero, quae conposita est, per quattuor diuiditur partes. 26 quatuor 29 ut eficax 32 ut inceps epter 33 apter 34 pinnipotens et *om.* 35 omnia, *corr.* nomina

Digitized by Google

primordio mundi, ut terra caelum lapis lignum homo . . . . . . Et scias, esse alia nomina, quae iterum conponi possunt, licet contra interdictum, quia Donatus dicit: Prouidendum est nobis, ne conponamus ea nomina, quae conposita sunt aut ea omnino conponi non possunt. Sed scias, hoc fieri, cum prior conpositio non mutauerit intellectum simplicitatis, iterum conponi, ut territus et perterritus idem intellectus, inperterritus uero mutauit intellectum, et ultra conponere non ualebis, et si in prima uice mutauerit intellectum, non conponetur iterum, ut felix et infelix. Donatus dicit: In declinatione compositorum nominum animaduertere debemus ea, quae ex duobus nominatiuis conposita fuerint, per omnes casus ex utraque parte declinari, ut eques Romanus equitis Romani. Item praetor urbanus praetoris urbani; quae uero ex nominatiuo et quolibet alio casu conposita fuerint, ea parte declinari tantum, qua fuerit nominatiuus casus, ut praefectus equitum uel senatus consultum.

Casus quid est? Hoc est dictio gradatim pergens nouissima parte nominis; aliter: casus est uarietas denominationis a nominatiuo inclinata. Item alia definitio: casus est flexio uocis per uarias qualitates nominandi corporis, unde a cadendo casus dicti sunt, eo quod unumquodque nomen cadat a suo statu in alterum statum, ut doctus docti. Casus nominum quot sunt? Sex, nominatiuus genetiuus datiuus accusatiuus uocatiuus ablatiuus. Virgilius dicit: Quare sex casus sunt? Quia sex negotia homines habent: nominant generant dant agunt uocant auferunt. Ex his duo casus recti appellantur, nominatiuus et uocatiuus, reliqui obliqui sunt. Ablatiuum Graeci non habent: hunc quidam Latinum, nonnulli sextum casum appellant. Inde Isidorus dicit: Officium uero ablatiui, antequam inueniretur, in datiuo cum Latinis erat, cum Graecis autem in genetiuo semper est. Item interrogandum est, quare nominatiuus 'casus' appellatur, cum nequaquam uideamus eum cadere, sed in suo statu permanere. Ideo casus dicitur, eo quod ab eo in genetiuum cadatur, ut doctus docti; e contrario autem ‖ f. 91[b] ‖ nominatiuo ablatiuus casus uocatur, eo quod in se cadatur; dimidia ratione hi duo casus sortiti sunt nomen casus. Genetiuus uero et datiuus et accusatiuus et uocatiuus duplici ratione casus uocantur, eo quod in se et a se cadatur in alterum. De numero casuum quaedam

1 celum lignum homo] *Post ea in codice haec secuntur:* peī et ut sint | f. 91[a] | propria nomina hominum ut cicero scipio. *Locum corruptum insuper lacunosum esse patet. Scribendum fortasse:* et cetera quae conponi non possunt. Item propria nomina etc. 3 Donatus] *p. 377, 13* 6 territur et praeterritur 7 in praeterritus 9 Donatus] *p. 377, 8* 10 eaq; 12 equos 13 orbanus pretoris orbani 16 sanatus 19 Iter flectio 21 cadet 22 quod 23 Virgilius] *p. 135 ed. Mai* 24 adferunt 26 quidem 27 hesydorus Isidorus] *Non extat apud Isidorum, ubi oportebat, orig. I 6, 42, cf. praef.* 30 Iter 31 state, *corr.* state *man. rec.* 34 hii 35 casum quedam

uarietates oriuntur. Alii enim quinque aestimant ablatiuum abicientes, sicut et Graeci, quia illi ablatiuum non habent. Alii uero septimum casum adiciunt in forma ablatini, qui uocatur septimus casus, ut 'dignus munere', 'mactus uirtute'. Alii autem etiam octauum casum addunt in forma datiui, sed sensum accusatiui habet, ut

It clamor caelo,

hoc est ad caelum. Item interrogandum est, quare nominatiuus dicitur? Quia uim nominandi tenet, ut hic uir. Item genetiuus quare dicitur? Quia sensum gignendi et possidendi habet, ut huius uiri. Sic datiuus aliquid extrinsecus addi demonstrat, uel accedere, ut 'da huic uiro'. Accusatiuus uim accusandi et actum alterius declarat, quasi patiatur ab eo.... Vocatiuus nominationem ad personam uocantis ostendit, ut o uir. Ablatiuus uero aliquid abstractum significat, ut ab hoc uiro. De his autem sex casibus Isidorus dicit: Nominatiuus casus dictus est, quia per eum aliquem nominamus, ut hic magister; genetiuus, quia per eum genus cuiuscumque quaerimus, ut huius magistri; datiuus, quia per eum nos dare alicui aliquid demonstramus, ut 'da huic magistro'; accusatiuus, quia per eum aliquem accusamus, ut accuso hunc magistrum. Sed hoc non recta ratione dicitur: si enim dicamus 'laudate dominum et magnificate eum', nullam accusationem habet. Item si dicamus 'laudo hunc magistrum', non habet accusationem. Rectius ergo ait grammaticus: Accusatiuus dicitur hoc est actiuus casus. Est enim uerbum Graecum accuso, hoc est ago, cuius praeteritum participium est accusatus, genetiuo accusati addita uus syllaba fit accusatiuus, idest actiuus casus, eo quod uerbo actiuo seruit. Hinc dicitur: Omnia uerba actiua et deponentia et communia seruiunt accusatiuo casui, ut iubeo illum, inuoco illum, doceo discipulum, misereor pauperes, imitor bonos. Accusatiuus ergo, sicut diximus, actiuus casus dicitur, diriuatus a uerbo Graeco accuso, quod interpretatur ago. Inde Cicero dixit: Accusate, quod rectum est, hoc est agite. Item Terentius dicit: Quare non accusatis paenitentiam, hoc est, quare non agitis. Vocatiuus quare ‖ f. 92ᵃ ‖ dicitur? Quia per eum ali-

---

1 alii enim] alienum estimant 4 uirtutẽ 6 id it clamor] *Verg. Aen. V 451* celo 8 hic uir] ineur 10 uel] ut 11 ab eo] *Post haec excidit exemplum accusatiui.* 13 uiri Isidorus] *orig. I 6, 35 seq.* 14 per euam 15 querimus 17 ut dah buit magistro 18 accusu 21 ait] apud gramaticus] *Virgilius p. 136 M.:* accusatiuus casus ab hoc uocatur, quia uerbo haeret actiuo: et uerius dicam, accusatiuus ipse actiuus erit. 23 preteritum 24 accusatiuo addita 25 Hinc dicitur] *Quis haec dixerit, non inuenio, cf. Prisc. II p. 267, 12. 19* 26 actiua et demedium communis 27 do eo 28 emittor bonus 29 greco accasso 30 cycero accasate 31 terrentius accasatis penitentiam. *De eo loco cf. Virgilium Maii p. 135:* Plerique nostrorum hoc uerbum frequentant, hoc est accusandi. Cicero etenim dicit: 'accusate quod rectum est', idest agite; *et p. 18 not. Gainfredi ex Virgilio excerptum:* Accusatiuus ab aliis actiuus uocatur, quia Virgilio testante a uerbo accuso, idest ago, deriuatur. Inde Cicero dicit etc. — hoc est agitis. *Gainfredum ipsum non epistulae primae locum nescio quem nunc deperditum, sed epitomae VIII p. 135 respexisse iam A. Maius intellexit p. 136 not.* 32 quia per eum] *Est Isidori definitio l. l., cf. 13—19*

Digitized by Google

quem uocamus, ut o magister. De uocatiuo casu Consentius dixit: Hunc casum alii rectum, alii recti similem dicunt. Ablatiuus ideo dicitur, quia per eum nos auferre aliquid cuiquam significamus, ut 'aufer a magistro'. Item intuendum est, cur nominatiuus dicitur et non nominator aut nominatus, quod ita soluendum est. Nominator enim dicitur, qui nominat aliquid, nominatus uero ipse est, qui ab alio nominatur. Nominatiuus autem dicitur, per quem nominatur: sic genetiuus datiuus accusatiuus uocatiuus ablatiuus, non genitor uel genitus, non dator uel datus, non accusator uel accusatus, non uocator uel uocatus, non ablator uel ablatus dicendi sunt. Et haec omnia nomina ab infinitiuo futuro diriuantur horum uerborum, quae sunt ita: nomino nominatum ire nominatiuus mutata tum syllaba in clausulam, quae est tiuus; sic genetiuus a gigno uel melius geno, quod antiqui in usu habuerunt, quodque infinitiuum futurum habet genetum ire, et inde fit genetiuus; sic do datum ire datiuus; accuso accusatum ire accusatiuus; uoco uocatum ire uocatiuus; aufero ablatum ire ablatiuus. Item aliud animaduertendum est, quomodo in nominatiuo scribenda sunt haec nomina, idest utrum per unum u ita: nominatius, an per duo u ita: nominatiuus; sic et in ceteris uidendum est, utrum genetius an genetiuus et reliqua dicantur. Hoc *ita* soluendum est, quod per duo u scribi debent: si enim in ius nominatiuus exiret, duo i in genetiuo essent, idest nominatius nominatii, quia omnia nomina in ius uel in ium desinentia i duplicem in genetiuo habent, ut Cornelius Cornelii; cum uero ui terminatur genetiuus et non duobus i, apparet, quod nominatiuus uus syllaba terminatur et non ius. Item interrogandum est, quot sunt formae casuales. Idest sex. Alia enim nomina sunt monoptota, alia diptota, alia triptota, alia tetraptota, alia pentaptota, alia hexaptota. Inde Isidorus dicit: Monoptota nomina dicta eo, quod uno tantum casu utuntur, ut sponte tabo frugi nihili nequam fas nefas nugas, et nomina litterarum et numeri a quattuor usque ad centum. Donatus dicit: Aptota nomina sunt, quae neque per casus neque per numeros declinantur. Sed in his uarietas qualitatis una litteratura deprehenditur, ut hic et haec et hoc nugas et cetera. Diptota nomina dicuntur eo, quod in duobus casibus reperiuntur, ut *hic* Iuppiter ‖ f. 92[b] ‖ o Iuppiter, hic Diespiter o Diespiter, sed aliter declinantur. De his formis casualibus Priscianus tractauit dicens: Quae-

1 conseusius] *p. 351, 6 K:* excepto uocatiuo, quem et ipsum plerique rectum, alii recti similem nuncupauerunt. cassum 2 Ablatiuus] *cf. Isidor. l. l.* 4 et non minatur 5 qui] quia 6 nominatiuus uero 8 genitur 9 accusatur uocatur uel uocatur 12 motatam syllaba 13 geno] *cf. p. 82, 9* 14 genetiuum ire 15 accusatum re •17 idem utrum 18 nominatiuus 19 genetiuus a genetiuus et rlqua haec soluendum 21 duo in item nominatius nominatu 22 in i·um i duplicent 23 cornilius cornilii 24 terminantur 25 forme cassales 26 monoptata 27 exaptota Isidorus] *cf. orig. I 6, 43, ubi hoc solum legitur:* quod uno casu tantum utuntur, ut frugi, *cf. praef.* 29 a[d] 30 Donatus] *p. 377, 25* monoptota 34 hic *om.* iopiter, *bis* deospiter, *bis* 35 casalibus Priscianus] *I p. 184, 6 seq.* queritur

ritur, quid sit inter indeclinabilia et aptota et monoptota. *Et sciendum est quod et aptota et monoptota* indeclinabilia sunt, similiter enim non uariant terminationem, sed inmobilem eam seruant. Aptota tamen sunt proprie dicenda, quae nominatiuum solum habent, qui plerumque et uocatiuus inuenitur et non accipitur etiam pro obliquis casibus, ut hic Iuppiter et o Iuppiter, hic Diespiter et o Diespiter. Neutrum uero, si sit aptotum, necessario etiam pro accusatiuo et uocatiuo accipitur huius nominatiuus, quod generale est omnium neutrorum, ut hoc fas hoc nefas hoc fas hoc nefas o fas *o nefas*. Monoptota uero sunt, quae pro omni casu una eademque terminatione funguntur, qualia sunt nomina litterarum et numerorum a quattuor usque ad centum; mille quoque indeclinabile est *et siqua inueniuntur similia*, ut hoc a huius a, hoc alfa huius alfa, hi quattuor horum quattuor, hi quot et horum quot, hi tot horum tot, et si qua inueniuntur similia, ut hoc gummi huius gummi, hoc sinapi *huius sinapi*. Item hic et haec et hoc nequam. Sunt ergo formae casuales sex: monoptota, quae una terminatione per omnes casus funguntur, ut nequam gummi alpha beta cornu quattuor sex, et haec nomina numeri, quae sunt monoptota uel indeclinabilia, communia sunt trium generum, ut hic et haec et hoc quattuor: sic quinque sex et deinceps usque ad centum; mille quoque commune est trium generum. His quidam addunt illa nomina, quae tam uoce, quam significatione unum casum habent, ut huiusmodi istiusmodi et huiuscemodi. Item fas nefas nugas sponte tabo natu ditione caepe. Diptota sunt, in quibus duo casus sunt tantum, ut fors forte, tabi tabo, uicem uice. Alia triptota, in quibus tres casus inueniuntur, ut frugi frugem fruge. Vetustissimi tamen et frux fruges nominatiuum protulerunt. In qua forma sunt omnia neutra nomina secundae declinationis in singulari numero in um uel in ium et in eum desinentia, ut templum gaudium ligneum. Haec enim tres formas habent, hoc est in um, in i, in o, et omnia nomina neutra tertiae declinationis in e desinentia, quae tres formas habent, hoc est in e in is in i, ut mirabile mirabilis mirabili, et in plurali tam in secunda, ‖ f. 93ᵃ ‖ quam in tertia et in quarta declinatione omnia neutra pluralia triptota sunt, ut templa templorum templis, sic sidera siderum sideribus in tertia declinatione, et ita cornua cornuum cornibus. Nam in quinta declinatione neutra non habentur. Et in hac forma sunt omnia

1 declinabilia  2 Et sciendum — monoptota *om.*  3 simſ  4 propria  5 nocatiuum  6 obliuis  7 iupiter, *bis* diospiter et o diospater, *corr.* —piter  10 o nefas  11 uer sunt  13 quatᵗuor  14 et siqua inueniuntur similia *om.*  15 hii quattuor  17 huius sinapi *om.*  18 forme cassuales  19 oms cassus  20 hec  uel declinabilia  21 cummunia  23 quidem  uoce que  24 cassum  25 sponte tabo] *cf. Consentius p. 357, 16*  caepe] cape  26 cassus  27 cassus  28 uetustissime  protuller.  29 secunde  30 desinensa  31 habī  32 tertie  33 in his  36 et ita] *An:* et in quarta?  37 habent

nomina primae declinationis masculina et feminina in a desinentia, ut poeta poetae poetam, sic institia iustitiae iustitiam et reliqua. Alia tetraptota, qualia sunt omnia in r desinentia secundae declinationis, ut puer pueri puero puerum, et omnia neutra in en desinentia tertiae declinationis, ut nomen nominis nomini nomine, et nomina quartae et quintae declinationis tetraptota sunt, ut manus manui manum manu; sic dies diei diem die et reliqua. Alia pentaptota, qualia sunt omnia masculina uel feminina secundae declinationis in us terminantia, *ut* doctus docti docto doctum docte, Virgilius Virgilii Virgilio Virgilium Virgili, et nomina tertiae declinationis masculina uel feminina pentaptota sunt, nisi neutra, quae triptota sunt uel tetraptota. Hexaptota sunt, quae sex diuersos casus habent, qualia sunt masculina in us desinentia, quae secundum declinationem quorundam pronominum in ius efferunt genetiuum: unus unius uni unum une ab uno. **Plautus: O amice ex multis mihi une Cephalio. Ticidas: Felix lectule talibus sole amoribus** . . . . . ut hic Iuppiter huius Iouis huic Ioui hunc Iouem o Iuppiter ab *hoc* Ioue. Item hic Diespiter huius Diiouis et reliqua; sic haec Minerua, huius Palladis; hic Apollo huius Phoebi. Triptota nomina dicta eo, quod in tribus casibus inueniuntur, ut est in omnibus neutris nominibus um terminatis, ut templum templi templo templum a templo. Hic enim tres sunt terminationes, uidelicet in um, in i, in o. Tetraptota nomina ideo dicuntur, eo quod in quattuor casibus declinantur, hoc est quattuor terminationibus in en, *in is*, in i, in e, ut hoc fragmen fragminis fragmini fragmen a fragmine. Pentaptota nomina ideo dicuntur, eo quod in quinque casibus, hoc est terminationibus uariantur, hoc est in us, in i, in o, in um, in e, ut doctus docti docto doctum docte a docto. Hexaptota nomina dicta eo, quod per sex casus, hoc est per sex terminationes uarietates habent, idest in us, in ius, in i, in um, in e, in o, ut unus unius uni unum ‖ f. 93[b] ‖ une ab uno, sic solus solius soli solum sole a solo.

Declinationes nominum quot sunt? Quinque. Quae? Prima secunda tertia quarta quinta. Inde **Priscianus** dicit: **Omnia nomina, quibus Latina utitur eloquentia, quinque declinationibus flectuntur.** Interrogandum est autem, quid ordinem et numerum declinationibus tribuit. Idest uocales, unde **Priscianus** dicit: **quae ordinem acceperunt ab ordine uocalium formantium genetiuos.** Ideo enim quinque declinationes sunt, quia quinque sunt uocales, a quibus ordinem acceperunt,

1 prima 2 insticia — cie — ciam tetraptoto 3 secunda decli puer 5 quarte et in quinta decli 8 ut *ante* docıus *om.* 9 tertia 10 nel feminina nel feminina 11 exaptota diuersis causas quali 13 efferunt unae 14 plantos] *cf. Prisc. I p. 188, 26* caephalio Atcigilitas felix 15 amoribus] *Post haec ea inserenda sunt, quae apud Priscianum p. 189, 5 leguntur:* Sunt alia, quorum nominatiuus quidem in usu non est, obliqui autem sunt, ut Iouis etc. 16 iopiter, *bis* hoc *om.* deospites huius deoginis 17 pallaeus plebi 20 uides in um 22 in is *om.* framen *etc.* 24 hoc in ius 25 exaptota 26 casibus narietas 28 soli soli solum a sole 29 quod 30 Priscianus] *De nomine pronomine et uerbo p. 443, 3 K.* 31 latini 33 Priscianus] *l. l. p. 443, 4*

Digitized by Google

idest a e i o u. Quomodo ergo formantur genetiui quinque declinationum ab his quinque uocalibus? Sic formantur. Primae declinationis genetiuus in ae diphthongon desinit, ut hic poeta huius poetae; secundae declinationis genetiuus in i productam terminatur, ut hic doctus huius docti; tertiae declinationis genetiuus in *is* correptam, ut hic pater huius patris; quartae declinationis genetiuus . . . . . in ei diuisas syllabas terminatur, ut haec dies huius diei. In hac autem formatione declinationum a uocalibus tria intellegenda sunt, hoc est transmutatio ordinis et duplicatio atque transilitio. Transmutatur enim e . . . . . . quia nulla declinatio ab ea regulatur; nullus enim genetiuus Latinus o littera terminatur. Item interrogandum est, quare *non a* nominatiuo hae declinationes regulantur, sed a genetiuo. Propterea, quia nominatiuus multas terminationes habet et difficile est, ut ab eo cognoscatur declinatio. Inde Consentius dicit, quia nominatiuus infinitus et interminatus est. Non habes enim certam regulam ab eo, qua cadas in genetiuum, quod, si uideas nominatiuum es finitum, non sequitur in declinatione unus genetiuus, ut Anchises Anchisae, miles militis, dies diei, et si in us exiet, non unius erit declinationis, ut seruus serui, uirtus uirtutis, *solus* solius, fluctus fluctus et cetera, quod in uerbis similiter ostenditur; nam non a prima persona coniugatio exploratur, sed a secunda persona demonstratur, ut amo amas, doceo doces, lego legis, audio audis. Primae declinationis quae est agnitio? Haec est: cuius nominatiuus duabus litteris terminatur a et s et tribus terminationibus a as es. Inde Priscianus dicit: Habet ergo primae declinationis nominatiuus litteras quidem terminales duas a et s, terminationes uero tres a as es productam, a ut haec syllaba huius syllabae, as ut hic Aeneas huius Aeneae, es ut hic Anchises huius Anchisae. Interrogandum est autem, quae sit differentia inter terminalem et terminationem in his nominibus in a desinentibus. Scimus enim, quoniam ‖ f. 94ᵃ ‖ terminalis una littera est seu uocalis uel consonans sit, terminatio autem est uocalis siue sola uel uocalis *cum* consonante. Haec ergo est differentia inter terminalem et terminationem in illis nominibus in a desinentibus: quando enim mens tua respicit ad potestatem, idest ad syllabam, tunc terminationem; quando autem ad litteraturam, hoc est ad extremitatem soni, quae aut uocali aut consonante terminantur, tunc terminalis est. Item alia agnitio est primae declinationis: cuius genetiuus et datiuus singularis et nominatiuus et uocatiuus pluralis in ae

3 in e dipthongon pᵇeta phete 4 producta 5 in correptam 6 quartae declinationis genetiuus in ei dinisas 7 trea 8 transmutationis, *corr.* transmutatio transmutatus enim e quia nulla etc.] *Exciderunt quaedam de transmutatione ordinis et de duplicatione. Vltimo loco fuisse uidetur:* transilitur o, *uel simile quid.* 9 regulatus 10 quare nominatiuo 12 dificile cognuscatur 13 consensius] *p. 358, 7 K.* 14 interminalis 15 nominatiuum effinitum non sequitur inclinationem unus genetiui 18 solus *om.* fluctuus ostenditur 20 amo ama 21 preme 23 Priscianus] *De nomine etc. p. 443, 10 K.* 24 quidest 26 aenias aeniae 29 terminales uocales consolans 30 siue] i cum *addidi* 34 quae autem 36 singulares

Digitized by Google

diphthongon desinunt, ut huius poetae et huic poetae et hi poetae et o poetae. Item: nominatiuus et uocatiuus singularis in a correptam uel in as aut in es desinunt, ut hic poeta et o poeta, hic Aeneas et o Aeneas, hic Anchises et o Anchises. Accusatiuus singularis in a productam terminatur, ut ab hoc poeta. Item genetiuus pluralis in arum semper desinit, ut horum poetarum, datiuus uero pluralis et ablatiuus in is productam terminatur, ut his poetis. Omnia ergo nomina in a terminata primae sunt declinationis. Inde Priscianus dicit: In a desinentia *seu Graeca sunt* seu Latina masculina uel feminina uel communia, primae sunt declinationis, ut hic citharista huius citharistae, hic scriba huius scribae, haec Calliopia, huius Calliopiae, haec regina huius reginae. Item neutra hoc † hiliria huius hiliriae, sic hoc toria hoc Pascha hoc manna. Commune duorum generum, ut hic et haec coniuua huius coniuuae. Commune trium generum, ut hic et haec et hoc aduena huius aduenae. Promiscuum, ut hic uel haec aquila huius aquilae. Propria masculina, ut hic Aquila hic Fenestella hic Agrippa. Dixit autem Priscianus, quod omnia nomina in a desinentia primae sunt declinationis. Sed tamen contra hanc regulam primae declinationis contrariae exceptiones multae inueniuntur. Quot ergo exceptiones, hoc est contrarietates regulae habet prima declinatio? Hoc est septem. Quae sunt? Prima exceptio est, hoc est contrarietas: nomina neutra in a desinentia Graeca sunt et tertiae declinationis: genetiui enim Graeci tos in tis conuertunt apud nos, ut hoc poema huius poematis, hoc emblema huius *emblematis, hoc toreuma huius* toreumatis. Item secunda species exceptionis est: primae declinationis nonnulla nomina mobilia in a desinentia ‖ f. 94[b] ‖ genetiuum et datiuum similem pronominibus habere uidentur, ut una unius *uni,* sola solius *soli.* In aliis autem casibus sic sunt, sicut omnia nomina feminina primae declinationis. Inde Priscianus dicit: Excipiuntur nouem nomina mobilia, ut una ulla nulla *sola* tota alia utra neutra altera, quae pronominum declinationem habent in ius terminantium genetiuum, quomodo ea quae conposita sunt: aliqua alicuius, nequa necuius, siqua sicuius. Haec autem pronomina feminina primae declinationis erant aput ueteres. Inde Priscianus dicit: Non solum una unius uni, sed etiam

1 edyptongon   phete et huic p°hete et hii pohete et o pohete   3 poheta, *sic semper*   pohete   enia et o enias   5 in harum   6 in his   7 terminatā   8 Priscianus] *l. l. p. 443, 12*   seu Graeca sunt *om.*   sint *cod. Bern. 432*   10 cytharista   cytharistae   scribe   11 caliopia   caliopie   12 hoc hilirie huius hiliriae sic [h]istoria hoc pasc[h]a hoc mana] *Infra post* 'paschae' *declinationem p. 96, 7 eadem uocabula enumerantur ita:* hoc manna hoc ilaria hoc toria.   13 huius conuiuię   16 Priscianus] *l. l. p. 443, 12*   17 ia desinentia   declinationes   18 contrarie   multa   19 quid   regule   21 nomina greca in utra   23 emblematis hoc toreuma huius *om.*   toriomatis   24 nonnulla] illa   26 uni *et* soli *addidi*   28 Priscianus] *l. l. p. 443, 16*   excipiuntur nom̄ nomina mobilia] *Verba* nouem nomina mobilia *et* neutra *om. Keilius: adsunt in cod. Bern. antiquo nr. 432 saec. X*   29 sola *om.*   altara, *corr.* altera   31 conpositus ait   sica   quae sunt composita aliqua siqua nequa *cod. Bern. 432*   33 Priscianus] *I p. 197, 12 H.*   unis etiam   huius unc, *om.* et huic

Digitized by Google

huius *et huic* unae et similiter ullae *nullae* solae totae aliae alterae in usu antiquiore inuenimus. Cicero: Non unae rei statui, sed omnibus constitui. Terentius: Hoc ipsa in itinere alterae dum narrat. Idem: Numquam edepol quicquam iam diu, quod magis uellem euenire . . . . . mihi solae ridiculo fuit, quae quid timeret sciebam. Caecilius: Nullae nationi tot tantas tam continuas uictorias tam breui spatio datas arbitror quam uobis. Tertia species est contraria primae declinationis: litterarum nomina in a desinentia, quae non sunt primae declinationis, quia monoptota sunt et indeclinabilia. Inde Priscianus dicit: Litterarum nomina indeclinabilia sunt tam apud Graecos, quam apud Latinos, ut alfa beta gamma delta. Quamquam contra regulam . . . . . . in modum deltae litterae cithara formata est. Item Sergius dicit: Digammos dicta eo qüod character eius ex duabus gammis fit; et Hieronymus dicit: Hucusque per etam longam diximus, nunc per e breuem dicemus. Quarta species est contrarietatis primae declinationis: nomina numeri in a desinentia, quae non sunt primae declinationis, quia non declinantur, ut triginta quadraginta quinquaginta sexaginta octoginta nonaginta, de quibus Donatus dicit: Nomina numerorum a quattuor usque ad centum non declinantur. Nam ab uno usque ad tres per omnes casus numeri declinantur. Item a ducentis et deinceps praeter mille. Item quinta species est contraria primae declinationis: nomina Hebraica, quae nominatiuo et accusatiuo et uocatiuo et ablatiuo in am terminantur, ut hic Adâm et hic Abraham et hunc Adam et hunc Abraham et o Adam et o Abraham et ab hoc Adam et ab hoc Abraham. Sed ideo primae declinationis sunt propter genetiuum et datiuum in ae diphthongon desinentes, ut huius Adae, huius Abrahae huic Adae huic Abrahae. Item sexta species est contrarietatis primae declinationis: nomina mobilia feminina in a desinentia, ut dea anima filia mula equa ursa famula, quae propterea contraria ‖ fol. 95[a] ‖ dicuntur primae declinationis, quia datiuum et ablatiuum pluralem in bus terminant; faciunt enim deabus animabus filiabus mulabus equabus ursabus

1 nullae *om.* altere altere 2 Cicero] *cf. Priscianus l. l.* 3 terrentius hoc in ipsa iu itenere, *corr.* itinere altęre pro altęre, *corr.* — ri 4 quicque iau diuque 5 euenire mihi sole] *De lacuna cf. Prisc. I p. 198, 1* 6 cecilius nulle uatione[ci], *corr.* ni 8 que uobis 9 litterarum — primae declinationis *perperam iterata sunt* 10 Priscianus] *De nomine etc. p. 443, 21* 12 latinus apud Latinos et neutra *Keilius; sed* et neutra *et in cod. Bern. 432 omittitur. Post* contra regulam *auctoris nomen desideratur, ex cuius opere* deltae *genetiui exemplum depromptum est* 13 in modom uel de littere citthara 14 seregius] *De littera p. 476, 15 K.* degammus delta eo quod caracter 15 sit hierouimus 16 contrarietates 17 declina[n]tur 19 Donatus] *p. 377, 26:* de qua forma sunt etiam nomina numerorum a quattuor usque ad centum: nam ab uno etc. 20 a centum 21 humo, *corr.* huno 22 et inceps 23 contrarię ębraica 24 ablato 25 [a]braham ó et ab [h]o 26 habraham 27 in e dyptongon disinentes 28 huius adę huic habrahae contrarietates, *corr.* -tis 29 inobilia femininina 30 dea omnia, *cf. infra 32:* deabus enimabus, *et porro p. 94, 2:* deus animus mala 32 terminantur enimabus

famulabus propter differentiam contra illa nomina masculina, a quibus oriuntur, quae sunt secundae declinationis, hoc est nomina deus animus filius mulus equus ursus famulus. Item septima species est contraria primae declinationis: nomina in a desinentia, quae genetiuum in as et datiuum in ai terminant secundum Graecorum morem, ut haec custodia huius custodias huic custodiai, haec familia huius familias huic familiai: hinc legitur in euangelio secundum usum antiquorum: Si sciret pater familias, qua hora fur ueniret et reliqua. Priscianus dixit: 'Veteres dicebant familias pro familiae et terras pro terrae, fortunas pro fortunae'. Ennius dixit: dux ipse uias pro uiae. Pompeius dicit: Familias genetiuus singularis antiquus est; apud maiores nostros enim pleraque nomina ad ritum Graecum declinabantur. Habemus apud Salustium: thesauros custodias regias. Sic enim secundum Graecam declinationem dicitur τῆς custodias, τῆς regias, τῆς Musas, τῆς tabulas, hoc est huius custodiae huius regiae huius tabulae huius Musae; sic etiam haec familia addis *s* ad istum nominatiuum et incipies facere familias; et ne forte dicas 'non est genetiuus iste, *sed* debet esse accusatiuus pluralis', ego dico tibi non esse accusatiuum, sed tantum modo genetiuum. Nam licebat maioribus nostris ista nomina primae declinationis etiam Graeca declinatione efferre, ut habetis in Salustio: 'thesauros custodias regias', pro eo quod est custodiae regiae. Pater autem nominatiuus est, familias autem est singularis numeri genetiuus et sic declinatur per omnes casus: hic pater familias, huius patris familias, huic patri familias, hunc patrem familias, o pater familias, ab hoc patre familias et pluraliter hi patres familias, horum patrum familias, his patribus familias, hos patres familias, o patres familias, ab his patribus familias. Haec autem nomina feminina primae declinationis in a desinentia, quae genetiuum et datiuum in ae diphthongon terminant, apud ueteres genetiuum et datiuum in ai mittebant; inde in Virgilio legitur: Olli respondit rex Albai Longai .... aulai medio ..... pictai uestis. Inde Priscianus dixit: 'ueteres Romanorum poetae in genetiuo primae declinationis frequenter diuisionem et solutionem diphthongi faciebant, ut

1 illam 2 secunda 3 malus 5 gre^c orum 6 huic custodia 7 euangelium] *Luc. XII 39* 8 qui hora Priscianus] *cf. I p. 198, 7 seq.* 9 terra^s furtunas pro furtunae 10 Ennius] *Prisc. l. l. p. 199, 4* Pomp̃] *cf. p. 180, 3 K.* 11 antiquos 13 ap' salutium thesaurus regis 14 Sic enim etc.] *cf. Pomp. p. 180, 7 seq.* decl̃s dicitur thes, *semper* thes regi^a s 16 addis ad istu 17 sed *om.* esse ac̃ 18 prima 20 grecam decl̃s thesaurus 21 regi^a s custodia Nam licebat—regiae] *Pomp. p. 180, 16—18* Pater autem nom̃ iẽ familias hoc est regi nom̃ si genetiuum 24 ab huius 25 hii horum patrem 27 femina prima 28 in e dyptongon 29 in Virgilio: Olli etc.] *Non est Vergilii, sed Ennii, cf. [Sergii] explanat. in Donat. p. 548, 2 K* 30 aliba i longa i in medio uestris pictaui aulai medio] *Verg. Aen. III 354* pictal uestis] *Verg. Aen. VIIII 26* 31 Priscianus] *cf. I p. 284, 20:* nisi diuisio fiat in genetiuo poetica, qua frequenter ueteres Romanorum poetae utuntur, Aeneai et Anchisai et pictai et aulai pro Aeneae etc. dicentes. *Saepe enim non uerba auctoris, qui laudatur, ipsa, sed aut excerptum aut uniuersam laudati loci sententiam sequi illo 'dicit' significatur.* pete 32 dypt^h ongi

Digitized by Google

Aeneai Anchisai pictai aulai terrai militiai familiai pro Aeneae Anchisae pictae aulae et cetera'. Nomina autem primae declinationis masculina in a desinentia sic declinantur: poeta nomen est ‖ 95 b ‖ appellatiuum generis masculini numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui et uocatiui correpti et ablatiui producti, quod declinabitur sic: nominatiuo hic poeta, genetiuo huius poetae, datiuo huic poetae, accusatiuo hunc poetam, uocatiuo o poeta, ablatiuo ab hoc poeta, et pluraliter nominatiuo hi poetae, horum poetarum, his poetis, hos poetas, o poetae, ab his poetis. Sic declinantur omnia nomina masculina primae declinationis, ut hic propheta, hic patriarcha hic athleta agonitheta parricida homicida fratricida † colosista Israelita scriba citharista et cetera similia. Item feminina nomina in a desinentia primae declinationis sic declinantur: haec Musa huius Musae huic Musae hanc Musam o Musa ab hac Musa et pluraliter hae Musae harum Musarum his Musis has Musas o Musae ab his Musis. Sic declinantur et alia nomina feminina primae declinationis, ut haec iustitia, haec misericordia prudentia sapientia ecclesia basilica columna uinea cultura agricultura, quae sunt innumerabilia. Intellege autem, feminina nomina sex modis esse: aut enim propria sunt aut fixa aut mobilia aut ab adiectis orta incorporalium rerum uocabula, aut participia futura aut similia participiis. Nomina ergo propria feminina sunt primae declinationis, ut Diana Calliopia Minerua Helena. Item fixa nomina primae declinationis, ut haec copia fama barba oliua uia uita et reliqua; mobilia autem nomina primae declinationis haec sunt, ut opaca nuda aurea rufa uaga pia casta iusta sancta modesta docta perfecta et reliqua. Item ab adiectis incorporalium rerum orta uocabula, ut haec iustitia doctrina clementia prouidentia et cetera. Item participia praeteriti temporis feminina omnia primae sunt declinationis, ut haec amata docta lecta audita, et omnia participia feminina futuri temporis primae sunt declinationis, ut haec scriptura natura mensura creatura pictura. Item pronomina possessiua feminini generis primae sunt declinationis, ut mea tua sua nostra uestra, et omnia nomina feminina superlatina in a desinentia primae sunt declinationis, ut haec doctissima fortissima sapientissima dilectissima carissima tenerrima pulcherrima magnificentissima gloriosissima excelsissima castissima optima pessima sanctissima et cetera innumerabilia. Item nomina ciuitatum uel regionum feminina in a desinentia primae sunt declinationis, ut haec Roma, haec Caesaria, haec Samaria, Vtica Alexandria Babylonia † effreta Cappadocia. Item haec Asia, Syria Iudaea Arabia Africa

1 terai miliciai eneae anchiseę 2 auleae 3 po^h^eta 4 masculinum 5 poheta, *fere semper*. 7 o poete hii pohete hoorum 9 hic propheta hic propheta 10 ana-thleca agonit^h^eca colosista] *An:* Colossita? irthelita 11 cytarista femi^ni^na nam in a 12 declinatur 13 ab hanc arum 14 declina^n^tur 15 insticia 17 in^nu^merabilia intelle^ge^ 18 ut fixa aut ab adiectis] aiectis 19 aut participia aut similia 20 deana callipia 21 elena 23 opāca ruffa 24 ab adi hęctis 25 orto iusticia ceterum 30 sublatina 33 aptima 35 cessaria alexandri ex babylonia effreta 36 capadotia 37 syrea iudea arania

Europa Graecia Italia Francia ‖ fol. 96ᵃ ‖ Gallia Hispania Sicilia Creta et cetera. Item diminutiua nomina feminina in a desinentia primae sunt declinationis, ut haec mensula capella anicula asella gamella columella fabella tenella tabella sacella misella literula uulpecula reticula diecula arcula cernicula et cetera. Neutra nomina primae declinationis in a desinentia sic declinantur: hoc Pascha huius Paschae huic Paschae hoc Pascha o Pascha ab hoc Pascha: sic declinantur hoc manna hoc † iliaria hoc toria, quia pluralem numerum non habent. Item nomina communia duorum generum in a desinentia in prima declinatione ita declinantur: hic et haec conuiua, huius conuiuae, huic conuiuae, hunc et hanc conuiuam, o conuiua, ab hoc et hac conuiua, et pluraliter hi et hae conuiuae, horum et harum conuiuarum, his conuiuis, hos et has conuiuas, o conuiuae, ab his conuiuis. Sic declinantur hic et haec accola incola collega nauta terrigena agricola caelicola parricida Graiugena Troiugena. Item nomina communia trium generum in prima declinatione sic declinantur: hic et haec et hoc aduena, huius aduenae, *huic aduenae,* hunc et hanc aduenam et hoc aduena, o aduena, ab hoc et ab hac et ab hoc aduena et pluraliter hi et hae aduenae et haec aduena, horum et harum et horum aduenarum, his aduenis, hos *et* has aduenas et haec aduena, o aduenae et o aduena, ab his aduenis. Hoc est nomen, quod dicitur aduena: alii dicunt, quod commune sit duorum generum, sed melius, ut auctores tradunt, trium generum commune. Dicitur enim 'mancipium hoc aduena est' et in alio loco 'ossa aduena'. Cominianus autem dixit: Commune trium generum in a unum uenit, ut hic et haec et hoc nequa. Promiscua sic declinantur, ut hic uel haec aquila, huius aquilae, huic aquilae, hunc uel hanc aquilam, o aquila, ab hoc uel ab hac aquila, et pluraliter hi uel hae aquilae, horum uel harum aquilarum, his aquilis, hos uel has aquilas, o aquilae, ab his aquilis. Sed tamen scire debes, quod haec promiscua nomina, licet sint incerti generis, sub uno articulo auctores pronuntiant. Alia ex his feminino articulo declarant propter formam et superficiem soni, ut haec aquila, quia nomina in *a* desinentia maxime feminina sunt. Alia uero promiscua masculino articulo manifestant, ut hic coruus et hic passer, quia in has terminationes masculina nomina terminantur. Priscianus dixit: promiscuum, ut talpae et dammae, ut Virgilius primo: Aut oculis capti fodere cubilia talpae. Idem: Cum canibus timidi

1 europa hytalia francia gal ‖ f. 96ᵃ ‖ gallia espania 3 colomella 4 tauella uulpicula diacula ornacula 7 iliaria hoc toria] *Supra p. 92, 12 dicebantur eadem uocabula* 'hiliria' *et* 'historia'. 8 nǒmerum genera 9 item declinantur hec cumuina 11 hii 13 terrigina agricula celicula 14 communę 16 huic aduenae *om.* 17 hii 19 hos has 21 si melius 22 mantipium 23 Cominianus] commun; *cf. Charis. p. 53, 23 K* dixit] diximus 24 promiscuum 25 uel haec uel aquila 26 hii 28 huius promiscua 29 incerto 30 feminina 31 huius aquila in desinentia 32 alii 33 passes ||||||culina Priscianus] *cf. I p. 144, 11* 34 talpe et damne Virgilius primo] *Georgicorum u. 183* 35 Idem] *Ecl. VIII 28*

Digitized by Google

uenient ad pocula dammae. Item Horatius feminine dixit: Et superiecto pauidae natarunt aequore dammae. Item omnia nomina in as desinentia apud Graecos ‖ f. 96[b] ‖ quae genetiuum in *ου* uel in *α* terminant, apud Latinos in ae diphthongon in genetiuo et datiuo desinunt et primae sunt declinationis, ut hic Lysias huius Lysiae; sic hic Aeneas, huius Aeneae, huic Aeneae, hunc Aeneam uel Aenean, o Aenea uel o Aeneas, ab hoc Aenea. Haec ergo Graeca nomina quae apud Latinos in as exeunt, tres species habent: prima est illa nomina, quae i ante as habent et genetiuum in dis terminant, ut Olympias Pythias: nam Olympiadis et Pythiadis faciunt. Secunda species est nomina, quae n litteram in genetiuo addunt, ut Pallas Pallantis, Thoas Thoantis, Athlas Athlantis. Tertia species est in his nominibus Graecis primae declinationis, quae genetiuum in ae diphthongon terminant, ut Aeneas Aeneae, Pythagoras Pythagorae, Lycidas Lycidae, Augias Augiae, quemadmodum Latina nomina a terminata, ut Catilina. Quaedam tamen Graeca nomina s litteram amittunt, cum ueniunt in usum Latinum, ut Nicia Mela: ergo *in* his nominibus consuetudo seruanda est. Item Hebraica nomina in as desinentia primae sunt declinationis, ut hic Elias huius Eliae, sic Iesaias Hieremias Ezechias Abdias Michas Ionas Zacharias Malachias Annanias Azarias Tobias Thomas Mathias Andreas Iudas Lucas et cetera. Item nomina Graeca primae declinationis in es desinentia sic declinantur: hic Orestes Achates Atrides Pelides Priamides Diomedes et omnia patronomica in es desinentia primae sunt declinationis, ut hic Aeneades huius Aeneadae, hoc est Aeneae filius: sic hic Anchisiades, hoc est Anchisae filius. Item Dardanides Dardanidae, Thesides Thesidae et Iliades Iliadae et cetera. Haec autem nomina Graeca in es desinentia primae declinationis secundum Latinos sic declinantur: hic Anchises huius Anchisae huic Anchisae hunc Anchisem uel Anchisen, o Anchisa uel Anchises, ab hoc Anchisa uel Anchise. Sic declinantur et alia nomina, quae diximus, in es desinentia. In a tria monosyllaba Latina indeclinabilia sunt, ut a ka ha. Omnia autem nomina elementorum propria neutra sunt, tam apud nos, quam apud Graecos indeclinabilia. Item scias, *quod* in mobilibus trium generum omnibus singularia feminina et pluralia neutra eandem uocem habent, ut haec prima sacra magna sancta, sic etiam maxima sanctissima sacratissima, et omnia superlatiua sic faciunt et feminina

1 ueniaut damne oratius 2 pauide narunt equore] *Exempla omnia ex Prisciano desumpta sunt.* 3 genetiuum in ai uel i terminant 4 in ę dyptongon desinent 5 lisias lisiai aenias huius aenie hui aenie huic aenie hunc *etc.* 6 uel aeniam o aenia uel o enias 7 huius ergo grmana 8 quae hanc eas habentur et gnegri in dis 9 pyt[h]ias olymphyadis phytiadis 10 nomina qñ 11 athals ath[l]a·l·ntis 12 gricis e dyptongon 13 aenias aenie phythagoras phythagorae licias litiae ugas ugiuę 14 catelena 16 nictia ergo his nominis 17 ębreica 18 isias mic[h]asionas 21 anchates duomides 23 aenides aenide hoc aeniae anchiseades 27 uel anchisem 28 anchisę q; 29 dicimus 30 k elimentorum 31 quod *addidi*






Digitized by Google

sunt ‖ fol. 97ᵃ ‖ superlatiua . . . . . . in singulari numero indeclinabile est et neutrum, in plurali uero numero femininum est et primae declinationis 'hae cepae' 'harum ceparum', quamuis antiquissimi in a quoque singulare feminino genere 'cepa' protulisse inueniuntur. Item diriuatiua nomina sunt in a, a genetiuo secundae declinationis maxime uenientia, ut Priscianus dicit, durus duri duritia, amicus amici amicitia, pudicus pudici pudicitia, laetus laeti laetitia, modestus modesti modestia, maestus maesti maestitia, addita tia et tam paenultima quam antepaenultima ubique correpta. Item alia genetiuo adsumunt a, paenultima i ubique correpta, ut est conuersus conuersi conuersia, sic et controuersus controuersi controuersia, ignauus ignaui ignauia, superbus superbi superbia, uiolentus uiolenti uiolentia, astutus astuti astutia, Italus Itali Italia, Gallus Galli Gallia, Hispanus Hispani Hispania, colonus coloni colonia, Tuscus Tusci Tuscia, Graecus, Graeci Graecia. Item miser miseri miseria. Similiter faciunt nomina tertiae declinationis, quae aliquando accipiunt tia additam ad datiuum, ut tristis tristis tristi tristitia, sic segnis segnis segni segnitia, insegnis insegnis insegni insegnitia et cetera tam paenultima quam antepaenultima i ubique correpta. Aliquando autem nomina tertiae declinationis siue participia, quae una syllaba genetiuo uincunt nominatiuum, adsumunt datiuo a litteram paenultima i correpta, sic faciunt diriuatiua nomina feminina primae declinationis, ut neglegens neglegentis neglegenti neglegentia, prudens prudentis prudenti prudentia, sapiens tis ti tia, misericors dis di dia, iners tis ti tia, inops pis pi pia. Item ius iuris *iuri* iuria, addita praepositione iniuria. Item Caesar ris ri ria. Item nomen nominis nomini addita praepositione ignominia facit. Alia autem nominibus additis syllabis monia sic faciunt diriuatiua nomina primae declinationis feminina in ia desinentia, ut castus casti castimonia, acer acri acrimonia, siue a uerbis ueniunt, ut parco parsi parsimonia, sic queror querimonia i paenultima semper correpta. Item neutra Graeca in a desinentia tertiae declinationis antiquissimi secundum primam declinationem protulerunt et generis feminini erant: Plautus dixit: Nunc *ne* admiremini meum ornatum, quod ego huc processi cum seruili schema, pro schemate. Item Laberius: Pythagoream dogmam doctus, pro dogma posuit. Quidam autem in um huiuscemodi nominum protulerunt nominatiuos ‖ f. 97ᵇ ‖,

1 superlatiua] *Post hoc nonnulla de 'cepe' uocis qualitate interciderunt.* in singula 2 numeri 3 cepe 4 genẽ cẹpa 5 secunda 6 Priscianus] *cf. I p. 119, 9* ami amiticia 7 letus leti leticia 8 mesticia antepeneultima, *corr.* antepena (sic!) 10 contrauersus contrauersi contrauersia 11 uiolenter uiolenti 13 hispanis 14 tustịcia (*puncta add. man. rec.*) 15 accipiunt ia addita a datiuum 16 tristicia signis signes signi signitia 17 insignis *etc.* ceterae 20 adsumun datina in correpta 23 iuris iura, *add.* i *man. rec.* 24 Cesari 25 praepositione] conpositione alius autem 26 disĩuatiua 29 dectis protullerunt 30 genus 31 plastus Plautus] *cf. Priscian. I p. 199, 17 H.* ne *om.* me ornatum 32 scema pro scemate 33 liberius Laberius] *cf. Prisc. I p. 200, 9* pitagoriam quidam autem] *cf. Prisc. I p. 201, 1* 34 protullerunt nominatiu;

Digitized by Google

hoc emblematum emblemati, schematum schemati, toreumatum toreumati, unde frequens usus eorum datiuos et ablatiuos plurales in is terminat, ut his et ab his schematis toreumatis emblematis. Priscianus dicit: in genetiuo primae declinationis quando a poetis per diaeresin, hoc est per scissionem syllabae profertur ae diphthongos, secundum Graecos per a et i scribitur, ut aulai pictai, pro aulae pictae. Virgilius:

Aulai medio libabant pocula Bacchi.

Idem:

Diues equum, diues pictai uestis et auri.

Omnia nomina patronomica in des desinentia primae sunt declinationis, ut Anchisiades Anchisiadae, Aeneades Aeneadae. Veniunt autem patronomica haec primae declinationis a regibus, ut Thesidae Cecropidae, idest Athenienses. Item Aeneadae et Romulidae, idest Romani. Virgilius:

Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.

Item Virgilius dixit:

Praemiaque ingentes pagos et compita circum
Thesidae posuere.

Secundae declinationis quae est agnitio? Haec est: cuius nominatiuus singularis tribus litteris terminatur et sex terminationibus. Inde Priscianus dicit: Secunda declinatio terminales litteras tres habet, r s m, terminationes uero sex, er ir ur us eus um; in er, ut sacer sacri; in ir, ut uir uiri; in ur, *ut* satur saturi; in us, ut magnus magni; in um, ut templum templi; in eus, ut Tydeus Tydei. Sed tamen in nominatiuo secundae declinationis decem differentias, idest decem formas uidemus, hoc est in er in ir in ur in us in ius in eus in uus in vus in um in ium: er, ut puer; ir, ut treuir; ur, ut satur; us, ut doctus; ius, ut filius; eus, ut Orfeus; uus, ut fatuus; vus, ut servus; um, ut donum; ium, ut gaudium. Item quaeritur: uocatiuus singularis secundae declinationis quot terminationes habet? Hoc est quindecim: er ir *ur* us ius eus uus *vus* um ium e ee ei i u: er, ut o puer; ir, ut o uir; ur, ut o satur; o pelagus, o filius uel o fili, o deus, o fatuus, o servus uel o serve, o templum, o gaudium ...... o lignee.....o Orfeu. Inde in Virgilio legitur:

1 emblimati scematum scemati toriomatum toriomati 2 usus] russus datiuus et ablatiuus pularis in his terminaut 3 scematis toriumatis emblimatis Priscianus] *cf. I p. 284, 20:* nisi diuisio fiat in genetiuo poetica, qua frequenter ueteres Romanorum poetae utuntur. 4 per diaris in ho ẽ 5 scisionem e dyptongon 6 aule picte Virgilius] *Aen. III 354* 7 libabat bachi 11 anchiseades anchiseade eniades eniade 12 heside cicropide ant^h^eniensis 13 eniade et mulide Virgilius] *Aen. VIII 648* 14 eniade infertim ruebam 15 Virgilius] *Georg. II 382* 16 primiaque 19 terminantur, u *eras.* Priscianus] *De nomine etc. p. 444, 5 K. (cf. I p. 294. 295 H.)* 22 in ur satur 23 thitheus thithei s. tamen 24 decim 25 idem decim 28 domum gladium: *'gaudium' infra quoque adfertur* queritur 29 quod 30 ur *addidi* vus *addidi* eee i u 31 u ut o sator o filio deus 32 o gaudium] *Terminationum* e ei *et* i *exempla interciderunt, quamobrem lacunas indicaui* in Virgilio] *Georg. IIII 494*

Quis me miseram et te perdidit, Orfeu?

Vocatiuus autem † in dai o ee terminatus inuenitur, sicut in Sedulio legitur: lignee ligna rogas, surdis clamare uideris. Item uocatiuus in us finitus inuenitur, sicut grammaticus dicit: Veteres dicebant o deus reus pius, pro o dee ree pie. Quot genera in er terminantur in secunda declinatione? Vnum genus tantum masculinum. Omnia enim nomina in er terminata masculina sunt, ut hic liber hic pulcher hic puer Menander Alexander et reliqua. Quaedam autem ex his || f. 98ᵃ || nominibus in er desinentibus in secunda declinatione obseruant e in obliquis casibus, ut tener teneri tenero tenerum tener a tenero, et pluraliter teneri tenerorum teneris teneros teneri a teneris. Sic declinatur hic puer, hic gener et omnia nomina in fer et in ger exeuntia obseruant *e* in obliquis casibus, ut hic fructifer belliger et cetera. Quaedam uero non obseruant e in obliquis casibus, ut sacer sacri sacro sacrum sacer a sacro, et pluraliter sacri sacrorum sacris sacros sacri a sacris. Sic declinatur faber fabri, aper apri, caper capri, cancer cancri, socer socri, Alexander Alexandri, Menander Menandri. Est autem unum nomen, quod dicitur liber, quod duas significationes habere uidetur. Dicitur enim liber ingenuus, hoc est a libertate, et dicitur liber uolumen a libro, hoc est cortice arboris, in quo antiqui, antequam chartae inuentae fuissent, solebant scribere, et hoc nomen, quando de libertate dicitur, obseruat e in obliquis casibus et sic declinatur: liber liberi et cetera; quando autem de uolumine dicitur, non obseruat e in obliquis casibus et sic declinatur: liber libri et cetera. Interrogandum est autem, quibus modis discernuntur nomina secundae declinationis et tertiae declinationis in er desinentia? ..... apud Graecos et ante ros habent quinque consonantes, hoc est c d g p t, ut Teucros Alexandros Menandros agros capros Thymbros Antepatros; haec apud Latinos ros in er conuertunt et secundae declinationis sunt. Ita Teucer Teucri, Menander Menandri, Alexander Alexandri, ager agri, caper capri, Thymber Thymbri, Antipater Antipatri. Excipitur imbros: apud Graecos sic dicitur, apud Latinos autem imber, quod tertiae declinationis est; facit enim imber imbris. Et sunt alia dua nomina Graeca, quae dros et gros non in er, sed in us conuertunt apud Latinos, ut Codros

1 miseram fecit te 2 uocatur autem in dai o ee] *Fortasse scribendum*: interdum in ee 3 sordiis quedam a re uideris] *cf. Sedulii lib. I: in eos qui lunam et alia huiusmodi colunt u. 11* 4 uocatur in us gramaticus 5 quod 8 minander 9 in secunde declinationis 10 tenerum tenes 11 declinatus 13 obseruant in 14 sacri sacri 17 minander minandri 19 ingenius 20 corticis arbore, *mutatis uerborum finibus.* antiqua charte inuente 21 obseruat e] obseruantem 23 obseruate declinantur 25 in er desinentia ap' grecus] *Ante* apud Graecos *quae exciderunt, ea secundum rationem in sequentibus obseruatam hoc fere modo suppleri poterunt:* Prima regula est nominum secundae declinationis in er exeuntium, idest illa nomina, quae in ros exeunt apud Graecos etc. 26 quinque] *Sunt reuera sex, sed fortasse b* (*Thymbros*) *addendum erat.* 27 teocros minandros timbros antepatrus 28 latinus 29 teocer teocrius minander minandri 30 timber timbri antepater antepatri 32 ymber 23 tros latinos cadros

congros: non Coder conger facit, sed Codrus congrus. Secunda regula est nominum secundae declinationis in er exeuntium, idest illa nomina, quae per fer aut per ger conposita proferuntur, ex uerbis scilicet fero et gero et diuersis nominibus conponuntur, ut Lucifer Luciferi, dapifer dapiferi, fructifer fructiferi, pestifer pestiferi, aurifer auriferi, ignifer igniferi, signifer signiferi, lignifer ligniferi. Item in ger, ut armiger armigeri, belliger belligeri, corniger cornigeri. Tertia regula est nominum secundae declinationis in er desinentium, hoc est nomina mobilia, quorum masculina in er terminantur et feminina in a et neutra in um. Feminina illa in a desinentia primae sunt declinationis, masculina autem in er et neutra in um secun|| fol. 98[b] ||dae declinationis sunt, ut hic adulter huius adulteri; sic piger pigri pigra pigrae pigrum pigri, sic tener teneri tenera tenerae tenerum teneri, sic prosper prospera prosperum, sacer sacra sacrum, pulcher pulchra pulchrum. Item quarta regula est nominum secundae declinationis in er desinentium: quae s et t ante *er* habent, illa nomina secundae declinationis sunt, ut noster nostri, uester uestri. Excipiuntur *campester* campestris, siluester siluestris, paluster palustris, quae tertiae declinationis sunt, licet s et t habent. Et haec nomina feminina in is et neutra in e faciunt ita: hic campester haec campestris hoc campestre, hic siluester haec siluestris et hoc siluestre, hic paluster haec palustris hoc palustre. Intellege ergo, nomina mobilia quattuor formas habere: prima forma diuiditur in us in a in um, ut gloriosus gloriosa gloriosum; secunda forma mobilium in er in a in um, ut piger pigra pigrum; tertia *in er* in is et in e, ut hic siluester haec siluestris hoc siluestre ....... Sunt autem nomina, quae nec in totum fixa nec in totum mobilia, ut leo leaena draco dracaena gallus gallina. In ir unum genus inuenitur, ut hic uir et ex eo conposita, ut seuir leuir triumuir duumuir, at unum nomen gentile, ut Treuir Treuiri hoc est † ille uus qui manet in treuiri. Nam Gaddir martyr tertiae declinationis sunt. Item ir, quod nomen arcum caeli significat, tertiae declinationis est: facit enim ir iris. De hoc nomine legitur: ir caeli colorosus in quo arcus nimbosus distingitur. Item aliud exemplum *in* Virgilio legitur: Irim misit de caelo Saturnia Iuno. Legitur etiam et iris nominatiuo casu, sicut in Apocalypsi: Et iris erat in circuitu sedis. Quando ergo ir nominatiuus est, genetiuo facit iris, quando autem iris

---

1 Coder] quod er   codros congros   9 masculinia   in u   14 est] eorum   15 desinentia q; s. et te ante habent   17 campester *om.*   paluster paluster palustris   18 hab̄   femi^ni^na   23 gloriosum] *Post haec praue iterantur:* secunda forma mobilium in er in a in um, ut gloriosus gloriosa gloriosum   24 tertia in is   25 siluestre] *De quarta forma siletur, quare lacunam indicaui.*   26 lena   dracena   27 biumuir   28 ad unum   29 gradiar   31 hir hiris   hir cęli significat] *Infra f. 104*[b] *idem exemplum allatum illo* significat *caret, quare omittendum duxi.*   ager nimbosus   32 exemplum uirgilio] *Aen. V 606*   33 hir im   iuna   hiris nomī u⁊   34 apocalipsi] *IV 3*   35 hir   hiris   autem hiris

Digitized by Google

nominatiuo dicitur, iridis facit genetiuo. Inde grammaticus dicit: iris enim et iridis duplici genetino efferuntur. In ur unum nomen masculinum inuenitur in secunda declinatione, ut hic satur, cuius femininum in a desinit et primae est declinationis. *Alia uero omnia tertiae declinationis* sunt, ut hic fur furis et hoc sulphur huius sulphuris. In us in secunda declinatione masculina feminina neutra communia promiscua inueniuntur nomina: masculina, ut hic doctus huius docti; feminina, ut haec Aegyptus; neutra, ut hoc pelagus; communia trium generum, ut hic et haec et hoc specus. Inde Priscianus dicit: nam pecus et specus tam masculini et feminini et neutri generis inueniuntur. Et secundae et tertiae declinationis, ut hic et haec penus, huius peni. Penus autem quando secundae ‖ f. 99ᵃ ‖ declinationis est, communis duorum generum *est*; quando nomen gentis est ......: nam Poenus de Phoenicia dicitur; hinc Virgilius dicit:

Non tam adeo gestamus optunsa pectora Poeni.

Et hoc penus huius penoris et hoc penum huius peni et hoc penu *huius penu*; similiter hic et haec specus huius speci, et hoc specus huius specoris, et hoc specum huius speci, et hoc specu huius specu. Haec duo nomina tres significationes et tres declinationes continent. Item de his duobus nominibus Priscianus dixit: specus et penus tam masculini quam feminini et neutri generis esse auctores probant. Seruio placet hoc specus dici in singulari et in plurali hi specus. Horatius:

Quo me Bacche rapis tui
Plenum? quae nemora et quos agor in specus?

A. Gellius feminino genere dixit: sole medio et arido et flagrante specum quandam nanctus remotam [inueniens] latebrosamque, penetro et recondo me. Ennius:

Tum caua sub monte late specus intus patebat.

Pacuuius:

Aduenio in scrupulosam specum.

---

1 hiridis gramaticus hiris 2 hiridis dupplici] *Scribendum fort.*: ir enim et iris duplici g. e., idest iris et iridis. in ur] *cf. Priscian. de nomine etc. p. 444, 23* 4 alia nero omnia tertiae declinationis *om. Suppleui ex Prisciani l. l.* 5 sulphor 6 ni femina 8 egyptus hec pelagus 9 Priscianus] *cf. I p. 259, 18*: et hic specus quod tam masculinum quam neutrum inuenitur; *ibid.* 23: feminino tamen hoc nomen quoque genere inuenitur. *De 'pecore' cf. l. l. p. 270, 3* 11 penius 13 generum quando penus de phinitia] *Lacunas ita expleas*: per oe non per e scribendum 14 Virgilius] *Aen. I 567* non obtusa adeo gestamus pectora Poeni 15 optonsa pectoro pheni 16 phenoris phenum pheni phenuluius penu *addidi* 17 speti 19 significationis In ter de his 20 Priscianus] *cf. I p. 259, 18 seq. In sequentibus artigraphus non tam uerba quam sententias Prisciani expressit.* 21 plecet hic specus 22 hic specus hotius 23 bache tui amoris plenam inque] *Scriptorem Prisciani codicem glossatum manibus tenuisse uerisimile est.* 25 aggellius] *cf. M. Hertzii adnotationem ad Prisc. l. l. 23* gene 26 inueniens *uncis inclusi, quia uocabuli 'nanctus' glossa est.* latebramque 27 Ennius] *Prisc. l. l. p. 260, 3* 28 cano inter 29 Pacubius 30 crupulosam

Digitized by Google

Dicebant tamen ueteres hi specus et hoc specum et haec speca. Cato: speca prosita, quo aqua de uia abiret, quaerentes inuenerunt. Ouidius masculino genere:

Et specus in medio uirgis ac uimine densus.

Idem: Specus est tenebroso caecus hiatu.

Idem: Et specus in medio natura factus an arte, Ambiguum.

Penus quoque et masculini et feminini et neutri inuenitur. Plautus masculino genere dixit:

Nisi mihi annuus penus ab amatoribus congeritur.

Lucilius feminino:

Magna penus paruo spatio consumpta peribit.

Horatius neutro:

Portet frumenta penusque.

Neutri genetiuus est penoris, ut pecus pecoris. Caesar: propinquos nostros Messalas domo deflagrata penore uolebamus priuare. Hoc penum etiam Afranius protulit dicens:

In penum erile.

Promiscua, ut hic uel haec coruus. Nomina autem masculina secundae declinationis in us desinentia sic declinantur: hic agnus huius agni huic agno hunc agnum o agne uel o agnus ab hoc agno et plurali hi agni horum agnorum his agnis hos agnos o agni ab his agnis. Sic declinatur benignus iustus pius castus ieiunus faustus oportunus auarus criminosus insanus. inimicus amicus firmus bonus altus sanctus et reliqua. Item per duo u hic carduus strenuus nominatiuus indicatiuus imperatiuus et reliqua. Item nomina feminina secundae declinationis in us desinentia in singulari numero sic declinantur: haec abyssus huius abyssi huic abysso hanc abyssum o abyssus ab hac abysso. Sic declinantur haec Aegyptus haec humus || f. 99[b] || haec heremus, et nomina arborum in us desinentia feminina sunt et secundae declinationis, ut haec quercus pinus laurus et reliqua. Nomina autem neutra sic declinantur, ut est hoc uulgus huius uulgi huic uulgo hoc uulgus o uulgus ab hoc uulgo. Sic declinatur hoc pelagus hoc uirus. Asperius dicit: Hoc euidentius sciendum est, quod omnia nomina neutra in singulari numero siue in plurali nominatiuo casu et accusatiuo et uocatiuo unam declinationem habent, ita ut per omnia nomina neutra nec una littera *in* declinationis similitudine casuum ipsorum mutari

---

1 specua pro siti 2 denia habiret quaerentes inueneruut] *Desunt haec uerba in Prisciani codicibus* (*I p. 260, 6 H.*) 3 Ouidius] *Prisc. l. l. 260, 9 seq.* 4 in medio nia uirgis 5 cecus 7 plaustus] *cf. Prisc. l. l. 19* 8 gene 9 ab emptori congerritur. lucius] *Prisc. l. l. 20* 11 spacio 12 oratius] *Prisc. p. 261, 2* 14 caesas] *Prisc. p. 261, 4* 15 mesalas penere 16 afranius] *Prisc. l. l. 7* 20 uel o agni hii 21 hos agnus 23 pro duo[u] 24 cardius strenuus 26 haec habysus huius abysi huic abyso *etc.*] 27 aabysum egyptus 28 umus herimus 29 fema 32 Asperius] *p. 44, 25 huius libri* 36 in *om.* casum mutari

possit. In plurali uero numero nominatiuus et accusatiuus et uocatiuus in nominibus neutralibus in a semper inueniuntur, ut est nominatiuus haec ieiunia, accusatiuus haec ieiunia, uocatiuus o ieiunia. Interrogandum est autem: nomina in us desinentia in secunda declinatione quot formas habent? Idest decem; aliquando enim i ante us habent, ut filius gladius radius et haec nomina duo *i* in genetiuo habent. Inde grammaticus dicit: omnia nomina in ius uel in ium desinentia i duplicem habent in genetiuo, ut hic sobrius huius sobrii, hoc gaudium huius gaudii, et haec nomina masculina in ius desinentia semper secundae declinationis sunt et duo i obseruant in nominatiuo et uocatiuo plurali, ut hi radii et o radii; sic etiam in datiuo et ablatiuo plurali geminata i littera proferuntur, ut his radiis et ab his radiis. Priscianus tamen dixit: inuenimus *veteres* i subtrahere in genetiuo nominum in ius uel in ium terminantium nominatiuum, ut peculi pro peculii, Antoni pro Antonii, tuguri pro tugurii. Vocatiuus autem omnium nominum in ius desinentium minor est una syllaba quam nominatiuus. Hinc Priscianus dixit: Omnis uocatiuus in i desinens una syllaba minor *debet* esse suo nominatiuo, ut Salustius Salusti abiecta us, Virgilius Virgili, Terentius o Terenti. Haec tamen eadem etiam in e proferebant antiquissimi, ut o Virgilie, o Mercurie. Inuenitur unum nomen, quod tam in e quam in i facit uocatiuum, quamuis sit appellatiuum, o filie et o fili uel filius. Alia uero nomina in us desinentia masculina seu feminina conuersa us in e faciunt uocatiuum, ut hic Priamus o Priame, pius pie, myrtus myrte. Est tamen, quando nominatiuo in us terminato pro uocatiuo siue metri siue euphoniae causa utuntur, Lucanus:

degener o populus.

Virgilius in octauo libro:

Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum.

Et haec nomina in ius desinentia sic declinantur: hic filius ‖ fol. 100ª ‖ huius filii, datiuo huic filio, hunc filium, o filius et o fili uel filie, ab hoc filio et plurali hi filii, horum filiorum, his filiis, hos filios, o filii, ab his filiis. Sic declinatur radius sobrius lignarius gladius aquarius consiliarius Ennius Iulius Valerius Terentius Virgilius Tullius Salustius Claudius Antonius Gregorius et cetera. Item aliquando u loco consonantis inuenitur ante us positum et illa nomina secundae declinationis sunt, ut

2 ha e o ieiunia 4 quod 5 Idem decim e ante us 6 duo in gramaticus 7 in us 8 subrius subrii 10 hii 11 litte 12 Priscianus] *cf. I p. 296, 9:* frequenter tamen inuenimus ueteres in huiuscemodi genetiuis, idest geminantibus i, subtrahere alteram ex eis *etc.* inuenimus i, *om.* ueteres 13 in us nominantium 14 peculu pro antoni tego pro tegorii 16 Priscianus] *I p. 303, 9* 18 debet *om.* 18 terrentius ó terrenti 19 haec tamen] *cf. Prisc. I p. 301, 19* antiquissi 20 uirgilię mercurię 21 o filii 23 fatiunt 24 estamen 25 coponie Lucanus] *Phars. II 116* 26 de negero populis 27 Virgilius] *Aen. VIII 77* sin octauo 28 coriuger regnatur 30 uel filię 31 hii 32 subrius 33 innius terrentius saluscius

seruus saluus auus nominatiuus et cetera. Aliquando u ante us inuenitur nec altera transiit, ut arduus fatuus uacuus aedituus. Aliquando participia praeterita t uel s uel x habentia ante us, ut amatus laesus amplexus; aliquando participia futura ...., ut amaturus docturus lecturus auditurus: sic omnia participia praeterita in us desinentia et omnia participia futura, quae in us terminationem finiuntur, secundae declinationis sunt, ut amandus docendus legendus audiendus. Aliquando ciuitatum nomina, ut Adrumetus Adrumeti, Damascus Damasci. Aliquando insularum nomina, ut Tyrus *Tyri* Cyprus Cypri. Aliquando nomina arborum, ut cypressus cypressi, alnus alni et cetera. Sunt autem quinque nomina, ut Priscianus dicit, quae tam quartae quam secundae declinationis sunt, ut quercus pinus laurus cornus ficus. Item Priscianus dicit: de his nominibus arborum sunt alia, quae differentiae significationis causa mutant genera, ut haec pirus hoc pirum, haec malus hoc malum, haec arbutus hoc arbutum, haec myrtus hoc myrtum, haec prunus hoc prunum, et hoc in plerisque inuenis arborum nominibus, in quibus ipsae arbores feminino, fructus neutro proferuntur uel ligna, ut haec buxus arbor, hoc buxum lignum. Virgilius dixit: dant arbuta siluae, cruentaque myrta, cerea pruna; item: uolubile buxum. Excipitur unum nomen, quod est femininum, sed tamen tertiae declinationis est, ut haec abies huius abietis. Item excipiuntur alia duo nomina arborum, quae sunt masculina, ut hic oleaster huius oleastri et hic rubus huius rubi, et unum nomen neutrum hoc siler. Haec autem terminatio, quae in us desinit, tres declinationes continet, idest secundam, ut doctus docti, tertiam declinationem, ut pectus pectoris, quartam declinationem, ut manus manus. In eus quot genera inueniuntur? Hoc est unum genus tantum masculinum, ut Priscianus dicit: in eus desinentia Graeca sunt tantum et masculina, ut Tydeus Tydei Proteus Protei. Quare dixit grammaticus 'Graeca sunt tantum', cum inueniuntur Hebraica nomina in eus, ut Bartholomeus Thaddeus Mattheus? Quia inter Graeca et Latina est regula || f. 100[b] || aput grammaticos, non de Hebraicis nominibus. Quare ergo dixit 'Graeca sunt tantum in eus desinentia', cum uidemus Latina nomina in eus desinentia, ut ligneus igneus nucleus aureus argenteus et

---

1 serum 2 ardus fa[t]uus edituus 3 preterita 4 prae futura] *Excidisse uidetur:* quae in urus desinunt, *uel simile quid, cf. seq.* 6 adrometus adrometi 7 in u silarum 8 Tyri *om.* 9 ceteā 10 Priscianus] *De nomine etc. p. 445, 18* 11 corus 12 Priscianus] *I p. 142, 9* 12 diferentiae 15 mertum 16 hae[c] prunus haec prunum 17 ipse 18 busus 19 Dant] *Verg. Georg. II 520* arbutę silue cruenta te myrta cerea pruna cruentaque] *Verg. Georg. I 306* 20 cerea] *Verg. Ecl. II 53* uolubile] *Verg. Aen. VII 382* 22 huius auies huius auietis dŏo 23 masculinum oliaster oliastri 24 neuter 25 declinationis 26 manus manuus 28 Priscianus] *cf. de nomine etc. p. 446, 2* 29 thitheus thithei protheus prothei 30 cum] eum ebraica 31 thatheus matheus grecam latinam 32 gramaticus ebreicis nom[i]nibus 33 in us 34 in eius nudeus

cetera? Quod ita soluitur: in Graecis nominibus eus una syllaba est.... e, alia syllaba us, ut urceus: hoc enim nomen trissyllabum est, Orpheus autem dissyllabum est. Item nomina Graeca in eus desinentia uocatiuo ...... *Latina* in dua e terminantur, ut o lignee. Item in ium quot genera inueniuntur in secunda declinatione? Duo, feminina et neutra: feminina, ut Glycerium. Inde Donatus dicit: Sunt praeterea alia nomina sono neutra, intellectu feminina, ut Sofronium Fronesium Glycerium. Haec autem tria propria nomina sunt mulierum. Et *neutrum* unum nomen appellatiuum, ut hoc scortum, hoc est meretrix. Hinc Iob dixit: uxor mea sit scortum alterius, et Salomon: pretium scorti uix unus panis. Neutra in um, ut hoc templum templi templo templum templum a templo et plurali templa templorum templis templa templa a templis. Sic declinatur donum sceptrum tabernaculum uerbum holocaustum portentum uotum. Item in ium, ut hoc ieiunium prandium consilium euangelium sacrificium et cetera, et omnia nomina in um uel in ium desinentia secundae declinationis sunt. Sciendum est autem de illo nomine, quod est balineum, quod in singulari numero neutrum est et secundae declinationis, in plurali uero numero femininum est et primae declinationis et sic declinatur: hoc balineum huius balinei huic balineo hoc balineum o balineum ab hoc balineo et plurali hae balineae harum balinearum his balineis has balineas o balineae ab his balineis, et sic etiam et 'porrum' neutrum nomen est et secundae declinationis in singulari numero......, in plurali uero femininum facit et primae declinationis *est*: hae cepae harum ceparum et cetera, quamuis antiquissimi in a quoque singularem numerum feminino genere 'cepa' protulisse inueniuntur. Naeuius: illum di ferant, qui primum holitor cepam. Lucilius: lippus edenda acri assidue ceparius cepa. Frequentior tamen usus 'hoc cepe' protulit, quod in singulari numero neutrum est et indeclinabile. Naeuius: cui cepe edendo oculus alter profluit. Item Varro: multifarie in patellis coquere cepe. Cepicius et cepicium ueteres dixerunt. Scire autem debemus in his terminationibus secundae declinationis, quas diximus terminari in er in ir in us

---

1 eius syllaba est] *Lacunam sic expleas:* in Latinis uero una syllaba est 2 ut torceus trisyllabum 3 uocaī in dua] *Lacunam indicaui, quia Graecorum et Latinorum nominum in eus exeuntium uocatiuos inter se conparari patet: illorum eu, horum ee terminationem esse.* terminatur ligneę meum 6 gligerium Donatus] *p. 375, 27* 7 safronium fronessium gligerium 8 Haec autem tria] Est hoc hium 9 et unum, *om.* neutrum ut haec h' meretrix 10 Iob] *cap. XXXI 10* Salomon] *Prouerb. V 26?* praecium 11 umus 15 euuangelium 17 balineum] bal^le^leneum, *semper* in singulariter 19 baluium ballenii *etc.* 20 plurali e ballenie 21 arum 22 in singulari numero] *Lacunam statui, quia in sequentibus non de porro, sed de cepe agitur* 23 et primum declinationis he cepe 25 feminina genera cępa 26 neuius illam deferunt que holitur 27 cępatum cepa 28 o cepe protullit 29 neuius profulit 30 quoque re cępe 31 dexerunt] *De uniuerso loco cf. Prisc. I p. 203, 15 seq.*

in eus in ius in um in ium in eum, alias esse terminationes de his secun|| f. 101ª ||dae declinationis, hoc est illa nomina in ius uel in eus, in um uel in ium siue in eum desinentia, illa uero nomina in er et in ir et in ur terminata secundum Latinos duarum declinationum, hoc est secundae et tertiae declinationis; nomina uero in us syllabam desinentia trium declinationum sunt, hoc est secundae et tertiae et quartae declinationis. Item animaduertere debemus, quod omnia nomina mobilia duarum declinationum sunt tantum, hoc est secundae et tertiae: nam in prima et quarta et quinta declinatione *non* inueniuntur, hoc est in er in ur in us desinentia; in er, ut tener tenera tenerum, pulcher pulchra pulchrum, niger nigra nigrum, sacer sacra sacrum et cetera; item in ur, ut satur satura saturum; in us doctus docta doctum, magnus magna magnum, sanctus sancta sanctum et cetera innumerabilia, et omnia superlatiua nomina sic faciunt, ut fortissimus fortissima fortissimum et reliqua. Horum masculina et neutra secundae declinationis sunt, feminina uero primae declinationis.

Tertia declinatio quot litteras habet terminales et quot terminationes et quot genera in una quaque terminatione continentur, interrogandum est. Tertia declinatio undecim litteris terminatur, idest uocalibus quattuor a e i o et quinque semiuocalibus l r n s x et mutis duabus c et t; a, ut dogma; e, ut monile; i, ut frugi nihili; o, ut uirgo; l, ut sol; n, ut nomen; r, ut orator; s, ut ciuitas; x, ut hic et haec et hoc felix; c, ut lac; t, ut caput. Quot terminationes habet tertia declinatio? Secundum Claudium septuaginta sex, secundum autem Flauianum quinquaginta duae terminationes sunt. Quid praebuit istam differentiam? Hoc est Flauianus naturam aspexit, Claudius uero ideo terminationes plures posuit, quia aliud est apud eum, quando longae sunt illae terminationes et quando breues. Quinquaginta autem duae terminationes secundum Flauianum hae sunt: a e i o, al el il ol ul, an en in on, ar er ir or ur, as es is os us, ax ex ix ox ux, ac ec, aes aus uis, als alx ans ars abs arx uls anx *unx* ens ebs eps ers emps irps ips ybs ons uns ops ors urbs ubs, in id, in it, in ut, in am, in et, in ud, in im. Sciendum est autem, quod multa nomina inueniuntur, *quorum* nominatiuus singularis

4 latinus declinationis 9 non *addidi* 10 desinentibus pulcra pulcrum 15 secunda declinationum 17 quod, *bis* 18 contenentur 19 litteras idem uocalibus 21 munile 23 oratur x ut ciuitas hic et hoc et haec felix 25 flauius 28 secunde 29 o u al 30 alcs 31 arcx als aux eus epis i^r^ps ips ips ons ops ors ubs uus 32 in im] in um. *In emendando syllabarum terminalium catalogo sequentium exemplorum ordinem ac rationem respexi. Sunt autem terminationes multo plures, quam quot se enumeraturum esse auctor professus erat, sed quas potissimum intellexerit Flauianus ipse, difficile est diiudicatu. Apud Charisium quidem haec habes p. 25, 1:* efferuntur autem ordine litterarum sic, per a al an ans ar ars as ax, per e el en eus er es correptam, es productam, item ex, per il in is ix, per o ol on or os ox, per ul ur us uis ut ux. Item nominatiui, qui in duas consonantes terminantur, uelut Mars Martis, lanx lancis, municeps municipis, neglegens neglegentis hiems hiemis. *Claudii uero Sacerdotis locus non extat in editione Vindobonensi, quae mutilum librum secuta est.* 33 nomina hi ostenent nominatiuus

casus reperitur duplex, 'cum per omnes casus una eademque sit declinatio, ut dicimus sepes sepis *et seps sepis* ‖ f. 101[b] ‖ hebes hebetis et hebs hebetis, preces precis et prex precis, sedes sedis et ses sedis et cetera. Hoc maxime propter metrorum necessitatem pedumque mensurandorum ac temporum positionem accipitur'. Tertiae declinationis quae est agnitio? Haec est: cuius genetiuus singularis in is correptam terminatur, ut hic pater huius patris; datiuus in i productam, ut huic patri; accusatiuus *in em* correptam, ut hunc patrem uel in im, ut hanc nauim; uocatiuus similis est nominatiuo; habet enim tot terminationes, quot nominatiuus; ablatiuus aliquando *in* e correptam, ut ab hoc patre, aliquando in i productam, ut ab hac naui; inuenitur autem unum nomen, quod e producta terminatur, ut ab hac fame. Item nominatiuus et accusatiuus et uocatiuus pluralis in masculino et feminino genere in es productam terminantur, ut hi patres et hos patres et o patres, in neutro autem nominatiuus et accusatiuus et uocatiuus pluralis in a correptam terminantur, item genetiuus pluralis in um correptam desinit, ut horum patrum; aliquando in ium, ut harum nauium; datiuus et ablatiuus in bus correptam, ut his et ab his patribus.

In a igitur desinentia nomina in tertia declinatione Graeca sunt et neutra, ut hoc schema dogma poema emblema †creuima toreuma † teriuma celeuma baptisma charisma aenigma † torecma onoma rhema gramma et cetera. Haec autem nomina Graeca sic declinantur: hoc schema huius schematis huic schemati hoc schema o schema ab hoc schemate et plurali haec schemata horum schematum his schematibus haec schemata o schemata ab his schematibus. Sic declinantur cetera nomina Graeca in a desinentia in tertia declinatione. Sciendum est autem, quod haec nomina diuersas declinationes apud ueteres habuerunt; alii enim alia declinabant: haec schema huius schemae; alii uero sic declinabant: hoc schematum huius schemati huic schemato hoc schematum o schematum ab hoc schemato et plurali haec schemata horum schematorum his schematis haec schemata o schemata ab his schematis, sicut illa nomina secundae declinationis in um desinentia. Inde Priscianus dicit: quidam autem in um huiuscemodi nominum protulerunt nominatiuos hoc emblematum huius emblemati hoc toreumatum huius toreumati hoc schematum huius schemati. Vnde frequens usus eorum datiuos et ablatiuos plurales in is terminat, ut his et ab his

1 repperitur cum per — 5 accipitur *sunt uerba Vergilii Asiani p. 8 Mai, qui tamen pro 'hebes' etc. male exhibet:* Cebes Cebetis et Cebs Cebetis. 2 et seps sepis *addidi* habes ebis et [h]ebs ehitis 7 producta acusatiuus correptam 8 hiuc 9 nominatiuus] terminatiuus 10 aliquando e 13 termina[n]tur 14 hii 15 termina[n]tur 17 arum 20 scema dogma dogma phoema emblima creuima torioma teriuma celinma 21 carisma inecma toreema . rema 22 scema, *semper* 23 huic scemate, *corr.* —ti huius scema 27 abuerunt 28 huius scematum 29 scemate, *corr.* —ti 32 Priscianus] *I p. 201, 1* mum 33 huiuscemodi nominatiuus emblimatum 34 emblimati toriomatum toriomati 35 freques 36 datiuus et ablatiuus terminant

Digitized by Google

schematis toreumatis emblematis. Inuenimus enim, antiquos datiuum et ablatiuum pluralem in is productam proferre in his neutris Graecis a finitis, ut poema poematis et cetera. Laberius uero dixit: 'Pythagoream ‖ fol. 102[a] ‖ dogmam doctus est', quod exemplum ostendit, haec nomina etiam primae declinationis fuisse, sed tamen secundum usum et rationem tertiae declinationis sunt. Inde Priscianus dicit: Neutra uero in a Graeca sunt et tertiae declinationis; genetiui enim Graeci τος in tis conuertunt apud nos, ut hoc poema huius poematis. Quod nos dicimus huius poematis . . . . . Graeci dicunt τῶν ποιημάτων, nos autem dicimus horum poematum τῶν in tum conuertentes.

Quot genera in e terminantur in tertia declinatione? Duo, hoc est femininum et neutrum; feminina propria haec, ut Euterpe Calliope. Item in e correptam omnia nomina Latina desinentia neutra sunt, ut sedile monile luminare praesepe mare rete altare reptile omne sculptile argentile mirabile rationabile cochleare ouile et unum nomen aptoton, hoc est incasuale et indeclinabile in singulari numero, hoc *est* mille, quod nomen commune est trium generum. Dicimus enim mille uiri et mille feminae et mille animalia. Haec autem nomina neutra in e desinentia ita declinantur: Hoc luminare, huius luminaris huic luminari hoc luminare o luminare ab hoc luminari et plurali haec luminaria horum luminarium his luminaribus haec luminaria o luminaria ab his luminaribus, et haec nomina triptota sunt siue in singulari numero siue in plurali, hoc est in e in is in i: in singulari numero, ut luminare luminare luminare nominatiuo et accusatiuo et uocatiuo, et luminaris genetiuo, et luminari datiuo et ablatiuo. Item plurali numero in a in ium in bus, ut luminaria luminaria luminaria luminarium luminaribus.

In i dua nomina neutra Graeca inueniuntur, ut hoc gummi et hoc sinapi, et trium generum communia, ut hic et haec et hoc frugi, et haec frux uel fruges huius frugis facit . . . . . 'frugi homo' posuit. Item hic et haec et hoc nihili, hic et haec et hoc mancipi. Item frugi datiuus est a nominatiuo frux uel fruges, et manicipi a manceps, et nihili genetiuus a nominatiuo nihilum.

De terminatione o. In o quot genera inueniuntur? Quattuor. Id est masculina feminina neutra communia. Masculina propria, ut Scipio Apollo Cato Cicero. Item appellatiua masculina, ut hic leo draco ordo; feminina propria, ut haec Iuno Dido Allecto Manto, et haec nomina propria feminina

1 toriomatis emblimatis 2 in his 3 a finis pohema liberius] *cf. Prisc. I p. 200, 9* phitagoream 4 exemplo 6 Priscianus] *De nomine etc. p. 443, 18 K.* 7 genetiuo graeco τος in tis apud nos conuertit *cod. Bern. 432* 9 huius pohematis] *Graeca forma intercidit.* 10 TωN pohematam TωN in tun 12 quod femiñ et neũ 13 haec] huius euterphe caliope iter in e 14 Laina] latet munile 15 scultile cucliare 16 aptaton incassile 17 hoc mille 18 feminine 19 luminares, *corr.* ris 20 luminare, *corr.* ri 22 tripto[ta] 24 et luminare datiuo 25 Iter plurali 27 due neutrum greca 28 cemmuni 29 frugis facit] *Excidit nomen eius, qui 'frugi homo' posuisse dicitur.* 30 et hi nihili mantipi datiuus est] datiuem 31 mancipia a 36 aleto

Digitized by Google

in o longam Graeca sunt et secundum rationem Graecorum declinantur; feminina appellatiua, ut haec lectio origo fortitudo; feminina propria non inueniuntur excepto uno 'haec Iuno'. Neutra ex communione uenientia, ut octo duo ambo. Dicimus enim octo uiri || f. 102ᵇ || et octo animalia. Item duo uiri duae feminae duo animalia, sic ambo fratres ambae sorores ambo animalia. Commune duorum, ut hic et haec fullo, hic et haec strio, hic et haec papirio, idest auis quae numquam crescit, hic et haec homo, hic et haec latro. Priscianus dicit: hic et haec homo. Sed non dicimus secundum consuetudinem 'hanc hominem', tamen secundum naturam communis generis est. Horum autem nominum in o exeuntium genetiuus singularis aut in onis terminatur, ut sermo sermonis carbo carbonis leo leonis draco draconis et cetera; sic et propria masculina genetiuum in onis mittunt, ut Scipio Scipionis Cato Catonis Cicero Ciceronis Maro Maronis, excepto uno, quod genetiuum in is mittit, ut Apollo Apollinis correpta i paenultima; aut in ionis, ut lectio lectionis oratio orationis et cetera in tio desinentia; aut *in* inis, ut origo originis rubigo rubiginis salsugo salsuginis lanugo lanuginis imago imaginis conpago conpaginis propago propaginis, et omnia nomina in go desinentia feminina sunt et tertiae declinationis et genetiuum *in* inis semper terminant et in nominatiuo casu paenultima producuntur. Inde Priscianus dicit: In go desinentia feminina sunt et tertiae declinationis et genetiuum *in* inis semper terminant et in nominatiuo casu paenultima producuntur. Inde Priscianus dicit: In go desinentia, siue sunt diriuatiua seu primitiua, paenultimam producunt uel natura uel positione, ut compago Carthago caligo sartago rubigo ferrugo aerugo uirgo margo. Sunt autem duo nomina contra regulam, quae nec in onis nec in inis genetiuum mittunt, sed in enis et in nis, ut Anio Anienis et caro carnis, et haec duo nomina feminina sunt; Anio ergo nomen fluminis est; et unum nomen incerti generis in go inuenitur, ut hic uel haec margo marginis. Et omnia nomina in sio uel in tio desinentia feminina sunt et tertiae declinationis et deriuatiua a genetiuis siue participiorum praeteriti temporis siue genetiuis nominum secundae declinationis addita o genetiuo, sed correpta paenultima, ut est conuersus conuersi conuersio, laesus laesi laesio professus si professio, consessus si sio, scissus si sio, missus si sio. Item in tio oratus orati oratio, accusatus accusati accusatio, status stati tio, actus ti tio, munitus

1 grecā 2 le^c^tio[!!] fortudo feminina propria] *Desiderantur uerba*: apud Latinos 3 huius iuno 5 frs ambe 6 cummune 7 crescis 8 Priscianus] *cf. de nomine etc. p. 446, 11; idem I p. 206, 14 H.* 9 tam secđ neutram 15 i ultima i onis lectio ut lectionis 16 in is 17 la^nu^go 19 in is 20 Priscianus] *Apud Priscianum locum non inueni, nisi est I p. 206, 1* 22 in is 23 Priscianus] *I p. 122, 4* 25 chastago 26 ferugo erugo 27 genet̄ nuū 28 et in^n^is amo 31 desinentiam 32 genetiuus sine genet̄ nominum sic̄ decl̄s 34 professi si 35 scisus oratur 36 munitur

ti tio, datus ti tio, nexus xi xio, perfectus perfecti perfectio. Alia nomina inueniuntur in do desinentia feminina deriuatiua tam a nominibus quam a uerbis uel participiis uenientia. Haec quoque aliquando e longam || f. 103ª || et aliquando i longam paenultimam habent, et haec omnia tertiae declinationis sunt, ut acris acredo dulcis dulcedo intercapio intercapedo torpeo torpedo libet libido cupio cupido, item formido formidas formido formidinis. Et omnia nomina in tudo desinentia diriuatiua sunt et feminina et tertiae declinationis u paenultimam longam habentia genetiuo secundae declinationis adiecta tudo, ut rectus recti rectitudo, sic magnitudo celsitudo altitudo rectitudo crassitudo longitudo i antepaenultima correpta. Alia a datiuo tertiae declinationis ueniunt, ut similis similis simili similitudo, sic dulcitudo suauitudo fortitudo. Item testa siue testu facit testudo, quod est corporale; alia enim nomina, quae diximus in tudo, incorporalia sunt. Item hirundo harundo u producta. Haec ergo nomina in o desinentia, ut ait Priscianus, o seruant in genetiuo, exceptis nouem nominibus: hic ordo ordinis, hic cardo cardinis, hic Cupido Cupidinis, quando proprium dei, femininum uero, *quando* ipsam rem, haec cupido cupidinis; hic margo marginis, hic et haec homo hominis, *hic et haec nemo neminis*, Apollo Apollinis correpta paenultima; Anio autem et Anien duplici nominatiuo profertur, genetiuo Anienis; hic turbo turbinis, quando de ui uentorum loquimur; nam si sit proprium, seruat o in genetiuo Turbonis. Item haec caro carnis: et haec carnis nominatiuo antiqui dicebant.

In al correptam quot genera inueniuntur? Duo, hoc est masculina *et neutra*: propria autem *masculina sunt, ut* Hannibal Adherbal Hasdrubal, appellatiua autem in al desinentia neutralia sunt, ut hoc animal ceruical uectigal †crismal tribunal. Excipitur unum nomen, quod masculinum est et in al productam terminatur, ut hic sal huius salis huic sali hunc salem o sal ab hoc sale. Inde Caper dicit: Ille sale aspersus Musarum. Non erit hoc sal et hae sales, sed ἑνικῶς, idest in singulari, erit, quod edimus. Item hi sales pluraliter urbanitatis alicuius, ut: sales intus ei adhaerescunt. Item Priscianus dicit: in al unum nomen monosyllabum masculinum inuenitur, ut hic sal. Terentius dicit: qui habet in se salem. Salustius: neque salem neque alia inritamenta gulae quaerebat. Inueniuntur tamen

1 datus ti tio (ei) ] *An:* deditus dediti deditio? 2 ueniunt 7 formidis in tu desinentia 9 habentiam 10 altitudo] habitudo rectitudo] *Quia 'rectitudo' paradigma anteiuit, aliud uocabulum ei hoc loco substituas, fort.* certitudo 11 a datiuo] ablatiuo 12 li̅ tem testa 14 nomina io 15 Priscianus] *cf. I p. 206 seq.* useruant 16 ᶜardo 17 feminino uero ipsam 18 hominis apollo] *'Nemo' uocabulum, de quo agit Prisc. I p. 207, 2, ob id inserui, quia de nouem nominibus exceptis auctor locutus est.* 19 dupluci 23 hoc est (duo) masculina propria au̅t cauuiual eteriual astruual 25 cernical ceruical uectigal crismal 26 quot 27 hoc salis 28 Caper] *de orthographia p. 2244, 24 P.:* Ille sale aspersus est Musarum, non hoc sal uel sales. Sed hi e sal erit, quod edimus, hi sales pluraliter urbanitates alicuius. sal aspersus 29 et hae sale sed hic enicos 30 quo edimus 31 in tussi adherescunt Priscianus] *cf. I p. 147, 2 seq.* 32 terrentius 33 saluscius 34 gule querebat

uetustissimi etiam neutro genere protulisse 'hoc sal'. Item Priscianus dicit: hic et hoc sal. Cato: ex sale, qui apud Carthaginienses fit. Afranius:

Quicquid loquitur, sal merum est;

etiam hoc sale Ennius:

Caeruleum spumat sale confer|| f. 103ᵇ ||ta rate pulsum
Per mare.

In el correptam duo nomina Latina neutra inueniuntur, ut hoc mel mellis et hoc fel fellis, in qua terminatione propria nomina Hebraica inueniuntur: in el productam masculina, ut Danihel Samuhel Ezechihel Michahel Gabrihel Rafahel. Item feminina propria Hebraica, ut haec Iezabel haec Rachel.

In il correptam quot genera inueniuntur? Duo tantum, masculinum, ut hic mugil, hoc est † punctum faciens; commune duorum generum, ut hic et haec uigil. In il productam unum nomen femininum inuenitur, ut haec Tanaquil, idest nomen feminae; neutrum indeclinabile, ut 'nihil' per apocopam ab eo, quod *est* nihilum.

In ol productam unum nomen Latinum inuenitur, quod singulare est per sublationem ultimae syllabae, ut hic sol huius solis huic soli hunc solem o sol ab hoc sole; quando autem 'soles' in plurali numero dicuntur, dies significat.

In ul duo genera inueniuntur, masculinum ..... et commune duorum generum, ut hic et haec exul, hic et haec praesul; barbara, ut Suthul Muthul, oppida sunt.

In an Graeca propria tantum masculina inueniuntur, ut hic Titan Titanis Titani Titanem Titan Titane. Titan autem sol interpretatur. Item hic Paean, hoc est canticum; hic Vulcan, hoc est ignis; hic Pan, hoc est omne.

In en correptam neutralia nomina terminantur, ut est hoc nomen cognomen numen flumen regimen segmen tegmen semen foramen lumen germen bitumen acumen stamen uimen et reliqua innumerabilia neutra in en desinentia. Haec autem nomina sic declinantur: hoc culmen culminis culmini culmen *o culmen* a culmine, et plurali culmina culminum culminibus culmina culmina culminibus. Item in en dua nomina masculina, ut hic flamen, sacerdos Iouis: et neutro genere dicitur hoc flamen Vulcanale; et hic *pecten* pectinis. Virgilius dicit:

---

1 neutro generis protullisse 2 Priscianus] *I p. 171, 8 seq.* carthagineusis sit affranus 6 ceruleum ratae 8 latina 9 ebreica 11 ebreica 12 zezabel ruchel 13 corruptam 14 punctum faciens] *An* piscium uelocissimus? *cf. Plin. hist. nat. IX 42 (67)* cummune 15 inueniuntur ut haec tanachil 16 feminae] fluminis 17 apo^co^pam quod nihilum in ob productam 22 In uul masculinum] *Masculini generis exemplum desideratur, quare lacunam indicaui, cf. Prisc. I p. 147, 18*: in ul quoque unum reperitur masculinum Latinum 'consul', duo communia, 'praesul' 'exul', et barbara, 'suthul' 'Muthul' 23 ut haec et haec et hac presul 24 opida 26 titannis Titane] titatie 27 pean hic ulcan 29 regmen 32 o culmen *om.* 35 ulcunale hic pectenis Virgilius] *Aen. lib. VII 14*

Digitized by Google

Percurrens pectine telas.

In en productam *masculina* Latina, ut lien rien uel ren et splen splenis, et *feminina Graeca, ut* haec Siren. Item conposita masculina in en a uerbo cano i paenultimam correptam 'habentia ante cen, ut hic tubicen et haec tubicina, hic fidicen haec fidicina, hic cornicen haec cornicina. Excipitur unum nomen tibicen, quod i productam habet paenultimam, debuit enim geminari *i*, a in i conuersa, ut tuba tubicen: sic ergo tibia tibiicen debuit facere. Nec solum i, sed aliae quoque uocales in multis dictionibus sic solent ex duabus syllabis in unam longam transire, ut *bis* iugae bigae, *quadriiugae* quadrigae, bis uni bini, et e contrario una longa in duas breues saepe solet diuidi, ut admittier pro admitti, fieri pro firi uel fire, quod magis analogum est. A pectendo ergo dicitur hic pecten masculino genere. Item a filo filamen, quod per syncopam i flamen dicimus. Omnia || f. 104ᵃ || nomina neutra in men syllabam desinentia in singulari numero tetraptota sunt, hoc est en inis ini ine, et in plurali numero triptota sunt, hoc est ina inum inibus, et haec nomina in men desinentia si a prima coniugatione sint, a longam habent paenultimam, ut solor solaris solamen, *foro* foras foramen, curuo as curuamen, oblecto as oblectamen, purgo purgas purgamen, inrito as inritamen, ligo ligas ligamen, et u productam, si in uo desinit uerbum, *ut* acuo acumen, *fluo* flumen, nuo numen, luo lumen, quo omnia abluuntur, idest purgantur a tenebris. Quae autem i ante men habent, paenultima corripiuntur, ut regimen tego tegis tegimen, species specimen; a uerbis uero quartae coniugationis uenientia i productam habent, ut munio is munimen, lenio lenis lenimen, molior moliris molimen.

In on dua masculina tantum nomina terminantur, ut Memnon Agamemnon Chiron Amfion Zenon Platon: haec propria nomina sunt. Item appellatiua, ut hic canon † elagon gedeon, et indeclinabilia, ut hic Aaron et Sion. In ar correptam tria genera inueniuntur, masculina feminina communia; masculina, ut hic Lar, idest ignis, hic Caesar, hic Arar, idest fluuius. Hinc legitur: Rhodanumque morantem praecipitauit Arar. Neutra, ut hoc far farris: genus est panis, et hoc †innar inuaris, hoc exemplar, †hoc infar. Communia trium generum, ut hic et haec et hoc par, huius paris huic pari, hunc et hanc parem et hoc par, o par, ab hoc et ab hac et ab hoc pari, et plurali hi et hae pares et haec paria, horum et harum et horum parium, his paribus, hos et has pares

1 percurrit pectene teles 2 masculina *addidi* 3 feminina Graeca ut *addidi* syrien 4 correptum 5 tubicena fidicena cornicena 7 geminari a in i si ergo tubia tubicen 8 sed alia 9 iuge loge quadrige 10 bini] bis ii 11 sepe 12 peuten generis 13 a filo] *fort.* a filando sinacopam ·i· 14 in men] biñ 15 hoc est in en 16 in bus in me 17 ut solum foro *addidi* 18 curua as oblecta 19 irritu et u] teu productum 20 uerbum acuo fluo *om.* 22 togo specie 23 coniugationes, *corr.* nis 24 molis 25 in in dua masculina] *I. e. duae masculinorum nominum species* 26 cireon anfion 27 elagon] *An latet:* agon? 28 tre genr̃ 29 cesar 30 legitur] *Lucan. Phars. VI 475* romanumque morentem precipitanit 32 cummunia 34 hii et he 35 parum hös



Digitized by Google

et haec paria, o pares et o paria, ab his paribus. Sic declinantur ab hoc nomine conposita hic et haec et hoc conpar, sic dispar inpar.

In er masculina feminina neutra communia inueniuntur; masculina, ut hic pater frater imber sequester uomer later carcer passer; feminina, ut haec mater haec mulier; neutra, ut hoc cadauer hoc iter uel itiner tuber uer uber papauer laser siler; aer enim et aether masculina sunt, quamquam 'aera' et 'aethera' poetice legitur. Commune duorum generum, ut hic et haec pauper, cuius femininum in a uetustissimi proferebant 'paupera'. Inde Plautus dixit: paupera haec res est. Pauper autem sic declinatur: hic et haec pauper, huius pauperis, huic pauperi, hunc et hanc pauperem, o pauper, ab hoc et ab hac paupere, et plurali hi et hae pauperes, horum et harum pauperum, his pauperibus, hos et has pauperes, o pauperes, ab his pauperibus. Item commune trium generum, ut hic et haec et hoc tuber, idest superbus, et alio sensu dicitur tuber, idest corpus dolore tumens. Vber autem neutrum est et de mammis dicitur, ut in cantico canticorum legitur: meliora sunt ‖ f. 104ᵇ ‖ ubera tua uino. Item mobilia, ut hic alacer haec alacris et hoc alacre, hic acer et haec acris et hoc acre. Sciendum est autem, quod haec nomina in er desinentia in tertia declinatione aliquando obseruant e in obliquis casibus, ut passer passeris *later* lateris carcer carceris pauper pauperis. Aliquando autem non obseruant e in obliquis casibus, ut pater patris frater fratris mater matris.

In ir unum nomen Graecum masculinum inuenitur, ut hic martyr, idest testis, quod nomen femininum in a mittit, ut haec martyra. Inuenitur autem et unum nomen ciuitatis in ir, ut haec Gaddir et illud nomen, quod arcum caeli significat, ut ir iris, sicut legitur: ir caeli colorosus, in quo arcus nimbosus distinguitur.

In or quot genera inueniuntur? Quattuor, idest masculina feminina neutra communia; masculina, ut hic labor hic dolor; feminina, ut haec uxor haec soror haec arbor; neutra, ut hoc marmor hoc robor hoc guttor hoc ebor hoc aequor hoc cor hoc fulgor; fulgor autem et in masculino et in neutro inuenitur: masculinum, quia accusatiuum singularem aliquando in em mittit, ut hunc fulgorem; in plurali autem numero fulgora facit, sicut in Iob legitur: numquid mittes fulgora et cetera. Sciendum est autem, quod omnia nomina o uel or finita masculina et feminina in obliquis casibus o producunt, in neutro uero corripitur o exceptis quinque nominibus, idest memor inmemor decor indecor arbor, in quibus o in

1 declinatur 4 secister carter 6 aeter 7 ethera poetice legitur] poet hic elegitur 9 Plautus] *cf. Prisc. I p. 152, 10* 11 hii et he 15 in cantico] *cap. IV 10* 18 agris agre 19 obliquibus 20 later *om.* 24 feminum 25 gradiir 26 hir hiris sicut legitur] *cf. supra p. 101, 31* hir celi 27 ager nimbosus 28 quod 30 haec marmor 34 in Iob] *cap. XXXVIII 35* fulgora et ibi̅

Digitized by Google

obliquis casibus corripitur. Communia duorum generum in or, ut hic et haec auctor, hic et haec discolor, hic et haec concolor, hic et haec memor, hic et haec inmemor. Haec autem nomina or finita sic declinantur: hic timor huius timoris huic timori hunc timorem o timor ab hoc timore, et plurali hi timores horum timorum his timoribus hos timores o timores ab his timoribus. Conparatiui omnes masculini et feminini; inde Donatus dicit: conparatiuus gradus generis est semper communis, ut hic et haec doctior hic et haec felicior, sic mollior melior. Et haec nomina masculina in or desinentia feminina in ix faciunt, ut doctor doctrix, uiator uiatrix, inluminator inluminatrix. Item neutra in ix, ut ductor ductrix, ut est hoc exemplum: sidus magorum ductrix. Sed haec ratio in uerbialibus nominibus inuenitur.

In ur dua nomina masculina terminantur, ut hic fur furis; aliud correptum, ut hic uel haec turtur: est enim promiscuum. Item neutra in ur inueniuntur, ut hoc murmur: sed hoc nomen et masculinum inuenitur, sicut in actibus apostolorum legitur: factus est murmur Graecorum. Item sulphur sulphuris et hoc robur roboris.

In as quot genera inueniuntur? Quattuor, idest masculina feminina neutra communia ‖ f. 105ᵃ ‖; masculina Graeca, ut hic Pallas Pallantis, hoc est filius Euandri, et gigas gigantis, quod et gigans, ut hic dodrans dodrantis, dicitur per usum. Item masculina Latina, ut hic mas maris, unde maritus diriuatur. Item las, quod et lar dicitur, idest ignis, laris facit. Feminina in as, ut haec ueritas dignitas sanctitas bonitas libertas felicitas castitas. Sciendum est, quod haec nomina Latina tas syllaba finita multas regulas continere uidentur. Prima regula est, quod semper tertiae declinationis sunt; secunda regula, quod semper feminina sunt. Tertia regula est, quod incorporalium rerum uocabula sunt. Quarta regula, quod quaedam ex his aliquando primitiua sunt, ut haec uoluntas, aliquando diriuatiua, ut dignus digni dignitas; sed ea nomina, quae diriuatiua sunt in tas desinentia, quattuor modis diriuantur, hoc est, aliquando a nominatiuo secundae declinationis addita tas syllaba, ut liber libertas; aliquando a genetiuo secundae declinationis ueniunt, ut sanctus sancti sanctitas, addita tas syllaba ad genetiuum; sic uerus ueri ueritas, bonus boni bonitas, nouus noui nouitas, ubique paenultima i correpta. Et notandum, quod quae in genetiuo duplicant i, extremam earum mutant in e euphoniae causa, ut pius pii pietas, medius medii medietas, anxius anxii anxietas, socius socii societas. Aliquando a nominatiuo singulari tertiae declinationis ue-

---

1 communa in hor 3 memor (in *suprascr.*) finita] fermea, r *eras.* 6 Donatus] *p. 374, 17* 8 feli^ci^or si mollior 9 doctior 10 inluminatur 11 doctor doctrix hoc exemplum] *In hymno quodam, quo de magorum stella ducente aduentu agebatur.* 22 ratio] *Fortasse* tantum *post* ratio *excidit.* 14 in ur 16 in actibus apostolorum] *cap. VI 1* 17 sulphur sulphoris (v *suprascr.*) rubur ruburis 20 et hic 24 acc Latina tas] latinitas 26 secunda] sicut 27 in corporalium 31 tas syllabas 35 duplicanti eorum, *corr.* earum motant 36 sotius sotii sotietas

niunt, addita tas syllaba super nominatiuum, ut pauper paupertas, uber ubertas, uetus uetustas; aliquando a comparatiuo ueniunt mutata or syllaba in es et addita tas, ut maior maiestas, † honor honestas; aut a datiuo singulari tertiae declinationis diriuantur addita *tas* syllaba, ut felix felicis felici felicitas, sic capaci capacitas, rapaci rapacitas, tenaci tenacitas, procaci procacitas, adfini adfinitas, infideli infidelitas, celeri celeritas, auctori auctoritas. Neutra in as terminantur, ut hoc uas uasis uasi uas *uas* a uase, et plurali uasa uasorum uasis uasa uasa uasis, et duo indeclinabilia, ut hoc fas et hoc nefas. Et sunt communia trium generum in as, ut hic et haec et hoc primas, hic et haec et hoc optimas, quae a nominibus primus et optimus ueniunt, hic et haec et hoc Arpinas, quae ideo in fine habent circumflexum accentum, quia per syncopam proferuntur. Perfecta enim eorum inueniuntur apud antiquissimos in tis desinentia, ut hic et haec primatis optimatis, hic et haec Arpinatis, et neutra in e desinentia, *ut* ‖ f. 105[b] ‖ hoc primate hoc optimate hoc Arpinate, et ablatiuus in i more eorum nominum, quae in is desinentia faciunt neutra in e, ut ab hoc et ab hac et ab hoc optimati primati Arpinati. Haec autem nomina communia trium generum in as desinentia sic declinantur: hic et haec et hoc praegnas, huius praegnatis, huic praegnati, hunc et hanc praegnatem et hoc praegnas, o praegnas, ab hoc et ab hac et ab hoc praegnati, et plurali hi et hae praegnates et haec praegnatia, horum et harum et horum praegnatium, his praegnatibus, hos et has praegnates et haec praegnatia, o praegnates et o praegnatia, ab his praegnatibus.

In es terminationis quot genera inueniuntur? Idest tria, masculina feminina communia; masculina, ut hic miles militis, hic fomes fomitis, hic trames tramitis, hic gurges gurgitis, hic uerres, quod porcum significat et tunc appellatiuum est. Propria masculina in es productam, ut Achilles Hercules Vlixes, et unum proprium femininum in es productam, ut haec Ceres Cereris. Item feminina appellatiua haec: caedes strages uulpes apes lues clades nubes †comderum palumbes seges merces fames moles suboles cautes. Communia duorum generum, *ut* hic et haec diues superstes sospes hospes heres locuples sonipes bipes tripes quadrupes interpres. Dicitur ergo hic et haec sospes. Tamen legitur 'Sospita Iuno'. Sic hic et haec hospes, et 'hospita tellus' legitur. Item hic et haec antistes, dicitur et antistita. Cicero: postridie sacerdotes

2 a comparatiuo] accs̄ paratiuo motata 3 honor honastas] *An:* potior potestas? 4 addita syllaba 5 capatitas tenati tenatitas 7 uasi uas a uase 12 suncopam 13 eorum] *An:* forma? 14 neutrum in e desinunt hoc 14 carpinate 15 in ore neūr 16 carpinati 17 trum, *corr.* trium 18 prignans huius prinnantis huic prinnanti hunc et hanc prinnantem et hoc prignans o prignans et ab hoc et ab hac et ab hoc prignanti et plurali i et e prignantes *etc., cf. Consentius p. 356, 4 K.* 24 quod trea 26 tramites neres 28 achiles 29 cedes 30 lu[illegible]es (lupes?) nubes comderum palumbes] *Fortasse illud* 'comderum' *corruptum ex* 'com̄ duorum' = commune duorum, *quod habes uersu sequenti, ob librarii incuriam ex inferiori loco huc delatum est.* 31 soboles ut *om.* 32 super^ates 33 legitur] *cf. Prisc. I p. 157, 8* 34 hospita tellus] *cf. Prisc. I p. 157, 6* 35 antestes antestita Cicero] *cf. Prisc. l. l. 11* pustridie

Digitized by Google

Cereris atque illius fani antistitae maiores natu ac nobiles mulieres rem ad magistratus suos deferunt. Communia trium generum in es, ut hic et haec et hoc teres, hoc est rotundus rotunda rotundum, hic et haec et hoc comes a comitando dicitur. Interrogandum est autem, quomodo differunt nomina primae declinationis in es desinentia: aut Graeca sunt aut patronomica, quae genetiuum in ae diphthongon mittunt, ut Anchises Anchisae Aeneades Aeneadae. Nomina autem quintae declinationis i ante s semper obseruant, ut dies glacies pernicies luxories, exceptis tribus nominibus: res spes fides, quae i ante es non habent; et ex contrario pauca nomina in tertia declinatione i ante es obseruant, ut paries aries quies; requies autem ab ea conpositum quintae declinationis est. Nam requiei facit, non requietis. Reliqua autem omnia nomina in es desinentia tertiae declinationis sunt.

In is terminationem quot genera inueniuntur? Idest quattuor, masculinum femininum neutrum commune; masculinum, ut hic panis †renis uermis ignis funis axis ensis mensis || f. 106ᵃ || collis corbis orbis torquis lapis puluis sanguis cinis. Feminina haec cuspis glis lis cassis uestis auis classis uallis puppis cutis securis turris neptis bipennis messis restis sitis uis sedis, quae nomina ita declinantur: uis uis ui uim uis a ui: aliter autem nominatiuo singulari dicunt 'uirus', quod Cominianus dicit, unde uir appellatus. Priscianus uero dicit: haec uis huius uiris, unde in plurali numero uires uirium uiribus uires uires a uiribus. Neutra nomina in is tria sunt indeclinabilia, ut hoc †tresis sexis decis. Communia duorum generum, hoc est masculini et feminini in is desinentia multa sunt, quae neutra in e et aduerbia in ter ex se faciunt, ut hic et haec fortis et hoc forte fortiter, hic et haec mirabilis mirabile mirabiliter, hic et haec leuis suauis regalis dulcis exanguis exanimis, hic et haec omnis et hoc omne, quod aduerbium contra regulam in o, non in er facit, hoc est omnino, non omniter. Incerti generis, ut hic uel haec finis; promiscui generis, ut hic piscis.

In os quot genera terminantur? Hoc est quattuor, masculinum femininum neutrum commune. Masculina, ut hic mos ros flos nepos lepos conpos; feminina, ut haec dos dotis, haec glos gloris, haec cos cotis, haec arbos arboris, quod et arbor dicitur. Neutra, ut hoc os oris et hoc os ossis. Commune duorum generum: hic et haec †tos cos totis, hic et haec sacerdos, hic et haec bos bouis, hic et haec compos.

---

1 ceteris adque illuus antestite maiores natu probatae ac nobiles *Priscianus* 3 hoc est rotundum 5 deferunt 6 aut greca] *Excidisse uidetur* propria in e digtongon 7 enim ades enim-ęcde 9 quae u ante es 11 requies aut 12 nam reliquie 14 in his terminationem quod 15 reni sermis 17 femininae haec cecus pis casis 18 clasis pubpis mesi sis 19 uisedis declinatur uis ᵘⁱuim 20 uirus quod comuianus] *cf. Charis. p. 35, 29 K:* uirus unde uir appellatur 21 Priscianus uero dō] *cf. I p. 249, 9* uir s̃ uiris] haec uis huius uis *Prisc. l. l.* 22 uirum 23 trea tresis sexis decis] *Fortasse scribendum*: tressis sexessis decussis 25 in tes 27 lenis] ciuis 29 promiscui genus 31 in hos quod 33 dos totis

Digitized by Google

In us quot genera inueniuntur? Idest quattuor, masculina feminina neutra communia; masculinum, ut hic lepus. Inde Priscianus dicit: excipitur lepus leporis, quod solum masculinum in us correptam desinens tertiae declinationis inuenitur. Et pignus pignoris, quando de filio dicitur; quando autem de mutuo dicitur, hoc pignus pigneris facit. Femininum proprium in us correptam haec Venus Veneris. Priscianus: ideo Venus Veneris facit, ne si Venus Veni declinaretur, dubitationem haberet genetiuus cum uerbo imperatiuo 'ueni'. Appellatiua feminina in us productam, ut hic seruitus uirtus iuuentus senectus, item haec tellus telluris, haec palus paludis, haec pecus pecudis, incus incudis, eo quod metallum huic incutitur, a uerbo cudo paenultima cu producta. Item hoc pecus pecoris, quod neutrum est: uetustissimi etiam 'hoc pecu' dicebant et pluraliter 'haec pecua'. Hostilius dicit:

Saepe greges pecuum ex hibernis pastibus pulsae.

*Solinus* de Britannia: ita pabulosa, ut pecua, nisi interdum a pastibus arceantur, ad periculum agat satietas. Neutra in us, ut hoc holus holeris foedus corpus pectus *foenus* foenoris et foeneris. Vnde foenero uerbum et foenerator, pignus latus munus sidus ulcus uellus uulnus. || f. 106[b] || Item neutra monosyllaba tertiae declinationis in us desinentia producuntur, ut hoc *ius* iuris tus turis rus ruris crus cruris. Communia duorum generum, ut hic et haec grus gruis, hic et haec sus suis, quod et 'suis' nominatiuo dicitur, ut: suis lota inuoluta uero luto. Promiscuum, ut haec mus muris; commune trium generum, ut hic et haec *et hoc* uetus ueteris, hic et haec et hoc Ligus Liguris de Liguria gentile. Scire autem debemus, neutra nomina tertiae declinationis in us desinentia triformem regulam in genetiuis habere: aut enim in oris terminantur, ut corpus corporis pectus pectoris tempus temporis; aut in eris, ut foedus foederis holus holeris. Item pignus pignoris facit, quando de filio dicitur, et pignus pigneris, quando de mutuo. Aut in uris exeunt, ut rus ruris. Et omnia conparatiua neutra in us desinentia tertiae declinationis sunt, ut plus pluris et maius maioris et melius melioris.

In ax quot genera inueniuntur? Idest tria, masculina feminina communia; masculinum proprium, ut hic Aiax Aiacis, ut est illud: Aiax ferit dolens; feminina, ut haec pax pacis, fornax *fornacis*, *climax* climacis,

---

2 Priscianus] *I p. 264, 6*  4 desines tertia  5 de mortuo dicitor  7 Priscianus] *I p. 269, 21*  facit uesi uenus  10 inuentus  11 metallum huic] melle his  12 uetu*tissimi  13 hoc peiudicabant] *De re cf. Prisc. I p. 270, 8*  14 ostilius  15 iberniis partibus pulsi de brettania, *omisso Solini nomine, quod ex Prisc. I p. 270, 17 suppleui.*  17 arcientur  18 hoc holus] bocholus  oleris fedus  foenus *addidi*  19 foeneratur fenus  monus  ulcus utbus uullus  20 uuluus *corr. Petrus Daniel*  monosillaba  21 hoc iuris  22 duarum  gruis ic  23 luti  24 ut ec  ic et ec uetus  25 ligoris  28 corpus corpero  fedus federis  29 di filio  30 pignoris quande motuo  aut in urus aut exeunt  33 trea  34 iax  35 fornax stemacis

fax facis; communia trium generum, ut hic et haec et hoc fallax uorax contumax rapax audax tenax sagax mendax perspicax efficax uerax; horum omnium genetiuus in cis terminatur. *Haec autem nomina communia trium generum in ax desinentia sic declinantur:* hic et haec et hoc uerax, huius ueracis, huic ueraci, hunc et hanc ueracem et hoc uerax, o uerax, ab hoc *et ab hac* et ab hoc ueraci, hi et hae ueraces et haec ueracia, horum et harum et horum ueracium, his ueracibus, hos et has ueraces et haec ueracia, o ueraces et o ueracia, ab his ueracibus.

In ex quot genera inueniuntur? Hoc est quattuor, masculina feminina communia incerti generis; masculina, ut hic uertex uerticis, uortex uorticis, apex apicis, pontifex pontificis, rex regis, grex gregis, senex senis; feminina, ut haec lex legis, haec †uertex uerticis, supellex supellectilis; communia trium generum, ut hic et haec et hoc opifex, hic et haec *et hoc* duplex, sic triplex quadruplex; duorum generum, ut hic et haec carnifex, hic et haec uindex; incerti generis, ut hic uel haec silex, hic uel haec cortex, hic uel haec rumex.

In ix quot genera terminantur? Tria, hoc est masculina feminina communia; masculina, ut hic calix calicis, pix picis, pulix pulicis; feminina, ut haec radix radicis, meretrix nutrix textrix creatrix; commune trium generum, ut hic et haec || f. 107ᵃ. || et hoc felix.

In ox quot genera inueniuntur? Tria, idest masculina feminina communia; masculina, ut hic ferox ferocis, hic Allobrox Allobrogis, quod nomen ursum significat; feminina, ut haec nox noctis, uox uocis; communia trium generum, ut hic et haec et hoc uelox uelocis, hic et haec et hoc atrox atrocis et ferox et ut alii dicunt .....

In ux quot genera inueniuntur? Tria, masculina, ut hic Pollux Pollucis, quod proprium est, *et appellatiuum,* ut hic dux ducis; feminina, ut haec nux nucis, lux lucis, crux crucis; commune duorum generum, ut hic et haec frux: pro 'frugi' Ennius 'frux homo' posuit; commune trium generum, ut hic et haec et hoc trux trucis. Haec ergo nomina x littera terminata nominatiuo casu quinque regulis uariari uidentur in genetiuis, hoc est alia in cis, alia in gis, alia in lis, alia in uis, alia in nis. In cis autem maxime terminata, ut dux ducis, uox uocis, rapax rapacis et cetera

---

1 falas 2 eficax 3 genetiuum Haec autem nomina — declinantur *addidi similium locorum rationem respiciens. Praeterea in codice uerba u. 9:* In ex quot genera inueniuntur? Hoc est quattuor *ante* hic et haec et hoc uerax *etc. posita sunt.* 6 et ab hac *om.* uerati hii et he 7 ueratia ueratium 8 ueratia, *bis* 10 maď ut hic uertex 13 haec et hic hic et haec duplex 14 ut hic uel haec silex hic uel haec silex hic uel haec uindex incerti generis ut hic uel et haec carnifex hic et haec uindex *etc., uocabulis* uel haec silex — generis ut hic uel *linea inductis* 15 hic uel haec silex hic uel haec silex 16 crumex 17 trea 19 meritrix 21 quod inueniuntur, g *eras.* trea 22 alabrox alabrocis 25 et ut alii dicunt] *Lacunam indicaui. Fortasse scribendum est:* et alia quae similiter dicuntur 26 quod trea pullux pullucis 27 et appellatiuum *addidi* 29 pro fugi Ennius] *cf. Prisc. I 278, 16* 32 alia in cis] alia in sis in his autem 33 dux lucis, *ut fortasse scribas:* dux ducis lux lucis et cetera.....] *Exemplum* 'gis' *terminationis intercidit*

Digitized by Google

.... in lis, ut supellex supellectilis; in uis, ut nix niuis; *in nis*, ut senex senis. Item in tis, ut nox noctis.

In c unum nomen neutrum inuenitur, ut lac lactis. Claudius: c unum nomen contra regulam euphoniae causa terminatum, ut lac, quod quidam nimia quaestione tractauerunt; nam plerique putauerunt 'lact' dici adiecta t. Varro: 'lac non debemus dicere, sed lact'. Caesar: 'nullum nomen duabus mutis terminatur'. Superest, ut sequamur regulam Plauti et dicamus 'lacte', qua terminatione usus est Cato: 'In Italia atras capras lacte album habere'. Sed usus rationem uicit, ut 'lac' potius dicatur iuxta illud Maronis:

Lac mihi non aestate nouum, non frigore defit.

Et remansit illa consuetudo. Priscianus autem dicit: lac...et allec .... etiam haec allex feminino genere Verrius dixit: allecem hanc ..... Hae lactes partes sunt intestinorum, cuius singulare haec lactis.

In ec, ut allec allecis, genus est piscis.

In aes quot genera inueniuntur? Hoc est duo, masculinum et neutrum; masculinum, ut praes praedis praedi *praedem* praes a praede et plurali praedes praedium praedibus praedes. praedes a praedibus. Neutrum, ut est hoc aes aeris aeri aes aes ab hoc aere et plurali haec aera haec *aera* o aera, quod secundum poetarum licentiam uidemus fieri, quia, quicquid mensuratur aut pensatur, pluralem numerum non habet.

In aus pauca nomina feminina terminantur, ut haec laus huius laudis, sic fraus fraudis.

In uis quot genera inueniuntur? Idest duo, masculina et feminina; || f. 107[b] || masculina, ut hic sanguis sanguinis hic anguis hic puluis; feminina, ut haec nanis haec clauis haec auis, et unum in uis syllabam productam, ut haec uis huius uis huic ui hanc uim o uis ab hac ui et pluraliter hae uires harum uirium his uiribus has uires o uires ab his uiribus.

Nunc de nominibus in duas uel tres consonantes desinentibus dicamus.

In als unum nomen masculinum terminatur, ut hic cals huius calsis, ex quo lapidum maceries dealbatur.

---

1 ut supellex ut in nis] in eus in nis *om.* 3 in e unum Claudius] *cf. Claudius Sacerdos ed. Vindob. p. 47, quo quidem loco prorsus diuersa leguntur, cf. praef. 'de locis quibusdam Claudii Sacerdotis.'* 5 quidem nimia questionem tractam̃] *Fortasse rectius scribatur:* quod quidem nimia quaestione tractatum est. 6 Varro] *cf. Pomp. p. 199, 13; A. Mai Auct. class. Vat. Vol. V p. 152 et quos nominauit Keilius ad Cledon. p. 48, 22* 7 sed lac cessar 8 Superest] *cf. Pomp. p. 199, 16* 9 que terminationis est ut Cato] *cf. Charis. p. 102, 9 K.* 10 lactum 11 marones] *Verg. Ecl. II 22* 12 estate desit 13 ulla Priscianus] *cf. I p. 212, 4. 9. 14* dicit lacte et alaece etiam 14 feminina genera uerius 15 hanc haec] *cf. Prisc. I p. 213, 1* parte sunt intestinarum 17 genus] *cf. Prisc. I p. 212, 14:* est autem allec genus piscis 18 in es quod 19 pres praedis predi pres *etc.* 21 hoc eas haec aere haec o aera 22 quot lucentiam 27 anguis] sanguis 28 et e in um syllabam in uis productam] *An potius:* et unum monosyllabum in uis productam? 29 hano uim ha cui 32 terminantur

Digitized by Google

In alx quoque unum nomen inuenitur, ut calx calcis, quod posteriorem partem pedis significat.

In ans quot genera inueniuntur? Idest *tria*, masculina feminina communia; masculina, ut hic adamans huius adamantis, nomen lapidis durissimi. Item hic gigans huius gigantis. Feminina, ut haec glans huius glandis et haec dodrans huius dodrantis, hoc est nomen ponderis nouem uncias habentis. Communia trium generum in ans, ut hic et haec et hoc amans huius amantis; sic stans et ambulans; et omnia participia in ans desinentia, quae semper a prima coniugatione ueniunt, trium generum communia sunt.

In ars dua genera inueniuntur, masculinum, ut hic Mars huius Martis; hic autem Mars pater Romuli dictus est, quem Romani quasi deum adorabant; femininum in ars, ut haec ars huius artis.

In abs dua genera inueniuntur, hoc est masculinum et commune; masculinum, ut hic trabs huius trabis: Hieronymus 'trabis' nominatiuo pronuntiauit, sicut in euangelio legitur: et ecce trabis in oculo tuo. Commune duorum generum, ut hic et haec Arabs huius Arabis, quod est gentile de Arabia diriuatum.

In arx unum nomen femininum, ut haec arx huius arcis huic arci hanc arcem o arx ab hac arce hae arces harum arcium his arcibus has arces o arces ab his arcibus.

In uls unum nomen femininum, ut haec puls pultis.

In anx unum nomen femininum, ut haec lanx huius lancis et unum masculinum, ut hic phalanx huius phalangis.

In unx *unum nomen commune*, ut *hic et* haec coniunx huius coniugis.

In ens quot genera terminantur? Hoc est quattuor, masculinum femininum commune promiscuum; masculinum, ut hic dens huius dentis. Item proprium, ut hic Vfens; femininum, ut haec mens mentis gens gentis bidens bidentis, quod ouem significat, et lens lentis, genus panis legumen est; item lens lendis, animal est. Commune trium generum, ut hic et haec et hoc cliens huius clientis huic clienti hunc et hanc clientem et hoc cliens o cliens ab hoc et ab hac et ab hoc clienti et plurali hi et hae clientes et haec clientia horum et harum et horum clientium his || f. 108ᵃ || clientibus hos et has clientes et haec clientia o clientes et o clientia ab his clientibus: sic declinantur prudens ingens frequens sapiens et omnia participia praesentis temporis in ens desinentia, quae sunt communia trium generum. Duorum generum communia, ut hic et haec libripens, hoc est qui libram pendit.

---

1 in alcs cals 3 inueni$^{un}$tur tria *addidi* 7 untias 12 romoli que romani 13 haec ars hartis 15 hieronimus euuangelio] *Matth. VII 4* 17 haec arabis 19 arcs ut inm nomen arcs 20 arcs artinum 22 plus 24 palanx palangis 25 in unx ut haec coninnex congugis 26 quod 28 hufens 29 ligumen 30 lentis animalem communi 31 cliantem 32 clians clianti 33 he hae clientia 36 omnia a participia 38 librem pendet

Digitized by Google

In ebs duo genera inueniuntur; masculinum, ut hic caelebs huius caelibis, quod nomen significat siue eum, qui numquam uxorem habuit, siue eum, qui eam amisit. Nam caelebs dicitur, quasi caelo aptus; femininum, ut haec plebs huius plebis.

In eps masculina, ut hic princeps, huius principis hic praeceps huius praecipitis anceps ancipitis biceps bicipitis triceps tricipitis. Sed interrogandum est, cur hoc nomen, quod est princeps, una syllaba crescit in genetino ....., ut anceps ancipitis biceps bicipitis. Hoc *ita* soluendum est, quod princeps ex praepositione illa, quae est prae, et a uerbo capio capis conponitur, praeceps uero et anceps et biceps et triceps, quae duabus syllabis contra analogiam crescunt, a nomine, quod est caput, *et quod* est trisyllabum in genetiuo; facit enim caput capitis: capio uero uerbum in secunda persona capis disyllabum est, unde princeps conponitur: nam princeps dicitur quasi primatum capiens. Haec res hanc distantiam in his nominibus praebuit. Antiqui 'ancipes' 'praecipes' 'bicipes' nominatiuo singulari declinabant et alio modo dicebant 'praeceps praecipis'. Ennius: praecipe casu; sic etiam uetustissimi 'supellectis' proferebant a nominatiuo.

In ers duo tantum nomina communia trium generum inueniuntur, ut hic et haec et hoc solers, hoc est solens artem frequenter exercere; item hic et haec et hoc iners inertis inerti hunc et hanc inertem et hoc iners *o iners* ab hoc et ab hac et ab hoc inerti et pluraliter hi et hae inertes et haec inertia horum et harum et horum inertium his inertibus hos et has inertes et haec inertia o inertes et o inertia ab his inertibus.

In emps, ut hic hiemps huius hiemis, item haec siremps huius sirempsis.

In irps, ut hic stirps huius stirpis: quando *ad* hominem pertinet, femininum est; quando autem *ad* arborem, masculinum est.

In ips, ut hic stips huius stipis, hoc est pecunia uel munus significat, quod pauperes petunt, ut est illud: et sedit stipem petens. Aliud autem nomen, quod est stips, genetiuo differt, quoniam stipitis facit, quod nomen significat longum lignum memoriae causa eleuatum.

In ybs unum nomen masculinum inuenitur, ut est hic chalybs huius chalybis, quod nomen aliquod metallum ferreum significat durum, ut est hoc exemplum: uasta fornace liquescit chalybs.

---

1 celeps 2 celepis 3 celeps abtus 4 ples 5 in ebs preceps 6 precepitis piceps picipitis 7 crescis in genetino] *Excidit fortasse:* alia uero duabus 8 piceps picipitis ita *addidi* 10 conponuntur piceps duobus 11 crecunt et quod *addidi* 12 trissyllabum 15 prebuit picipes 16 singulis

Ennius] *cf. Prisc. I p. 281, 9 H.* 17 subpellectis] *cf. Prisc. I p. 279, 15:* uetustissimi tamen etiam 'haec supellectilis' nominatiuum proferebant, *ubi uide adnot. crit. Hertzii.* 19 artemi 20 et ho o iners ab hoc 21 i et e 22 inercia 24 in ems haec sirenis huius siremsis] *cf. Fest. p. 344, 24 M. Plaut. Amphitr. prol. 73* 26 quando homine 27 autem arbori 28 monus, *corr. Petrus Daniel* 29 ut est illud] *Fort. Act. Apost. III 10* 30 defert stipis 31 memoria causa leuatum 32 ibs calibs 33 calibis 34 calibs

In ons quot genera inueniuntur? Hoc est tria, masculina feminina communia. Masculina, ut hic fons fontis hic mons ‖ f. 108[b] ‖ montis hic archons archontis; femininum, ut haec frons frontis et alio sensu frons frondis; commune trium generum, ut est hic et haec et hoc insons huius insontis.

In uns unum nomen proprium masculinum inuenitur, ut hic Aruns huius Aruntis.

In ops quot genera inueniuntur? Tria, hoc est masculina feminina communia; masculina, ut hic Cyclops huius Cyclopis; feminina, ut haec ops opis *opi* opem ops ab ope; communia trium generum, ut est hic et haec et hoc inops huius inopis huic inopi hunc et hanc inopem et hoc inops *o inops ab hoc et ab hac et ab hoc inope et pluraliter hi et hae inopes et haec inopia horum et harum et horum inopum his inopibus hos et has inopes et haec inopia* o inopes et o inopia ab his inopibus.

In ors quot genera inueniuntur? Hoc *est* tria, masculina, ut hic cohors huius cohortis; feminina, ut haec sors huius sortis haec mors huius mortis; commune trium generum, ut hic et haec et hoc concors huius concordis; sic discors discordis uecors uecordis. Vnde concordia discordia uecordia neutraliter plurali numero dicuntur nominatiuo et accusatiuo et uocatiuo, quae tamen nomina et aliter singularia inueniuntur in prima declinatione feminino genere.

In urbs, ut haec urbs huius urbis.

In ubs, ut haec nubs huius nubis et conubs conubis.

In *d* duo nomina neutra, aliud et quid, et ex eo conposita, ut aliquid siquid nequid, quorum genetiuus in ius profertur, ut alicuius sicuius necuius et datiuus in i alicui *sicui* necui. Omnes Graecorum doctissimi haec nomina esse conprobant. Item in *ud, ut* Bogud barbarum nomen regis Maurorum. Item Pudpud, oppidi nomen est: hinc Liuius: et ipse circa Pudpud oram tuebatur.

Item *in t, ut* caput capitis et ex eo conposita, ut sinciput sincipitis et occiput occipitis. Item Nepet nomen oppidi Italici, et git indeclinabile, de quo nomine in Hisaia legitur: numquid in serris triturabitur git.

In am unum nomen commune trium generum inuenitur per omnes casus monoptoton utriusque numeri, sed uariatur in sensu, ut hic et haec et hoc nequam huius nequam et hi nequam et cetera.

---

1 quod trea 3 femininum ut hic sensum 8 quod trea 9 ciclops ciclopis 10 opis opem obs 11 hinc et hanc inopem et huius inops o inopes *mediis omissis* 15 quod hoc trea 16 coortis 18 Vnde concordia] Vt de cordia 20 et uocatiuo dicuntur que tamen 22 in urs ut haec urs 24 in duo aliquid et quid sequid 26 alicui necui omnes grecorum] *cf. de hoc loco Prisc. I p. 213, 7 seq.* 27 item in bogud 28 Pudpud] *cf. Prisc. I p. 214, 4* opidi 30 item caput] *cf. Prisc. I p. 214, 5 seq.* 31 nomn opidi italiqui 32 in hisaia] *cap. XXVIII 27* 35 monobtoton utiusque

Digitized by Google

Item in im unum neutrum proprium nomen uici inuenitur, ut Cim.

Haec autem nomina, quae diximus indeclinabilia, ut frugi nihili fas nefas nugas nequam Suthul Muthul Bogud Pudpud Nepet et git, siue ea, quae secundum regulam nominum, ut aliud quid aliquid siquid nequid et alia similia nomina mobilia, ut quis unus ullus et cetera, quae secundum similitudinem pronominum declinantur, set tamen nomina sunt, ideo et ad tertiam declinationem *pertine*re dicuntur, quia omnia nomina, siue indeclinabilia, siue quae secundum analogiam et regulam non declinantur, tertiae declinationis sunt, sicut et in uerbo omnia anomala uel defectiua uerba, quae nullius coniugationis sunt, tertiae coniugationis fiunt. Scire autem debemus, nomina communia duorum uel trium generum in nominibus tertiae declinationis maxime inueniri in multis termi|| f. 109ᵃ ||nationibus; mobilia uero nomina tertiae declinationis in paucis terminationibus inueniuntur, sicut in his, quae *in er* terminantur, ut hic siluester et haec siluestris et hoc siluestre; item hic campester haec campestris hoc campestre; et in his nominibus, quae in is terminationem terminantur, ut hic et haec mirabilis et hoc mirabile, hic et haec laudabilis et hoc laudabile, hic et haec suauis et hoc suaue et cetera multa sunt. — Item nomina, quae nec in totum fixa nec in totum mobilia sunt, ut rex regina leo leaena leno lena draco dracaena caupo caupona. In secunda autem declinatione multa nomina mobilia inueniuntur in tria genera in his terminationibus, in er in ur in us in eus, desinentibus nominibus; communia autem pauca, ut penus et specus. Et sunt nomina, quae nec in totum fixa nec in totum mobilia, ut gallus gallina filius filia uir uira natus nata deus dea equus equa mulus mula ursus urşa famulus famula. — Item scias, nomina tertiae declinationis ex se aduerbia maxime in ter facere, quae aduerbia diriuantur a datiuo singulari, ut est felix felicis felici feliciter, item constanti constanter forti forţiter procaci procaciter et cetera innumerabilia. Excipitur omnis, quod aduerbium non in er mittit, sed in o; facit enim omnino, non omniter.

Quartae declinationis quae est agnitio? Haec est: cuius nominatiuus singularis duas terminationes habet, hoc est us et u. In us breuem desinit nominatiuus, ut fluctus currus portus manus; genetiuus autem quartae declinationis in us productam terminatur, ut huius fluctus; datiuus in ui, ut huic fluctui; accusatiuus in um est correptam, ut hunc fluctum; uocatiuus in us breuem, sicut et nominatiuus, ut o fluctus; ablatiuus singularis in u longam terminatur, ut ab hoc fluctu. Nominatiuus et accusatiuus et uocatiuus pluralis in us productam desinunt, ut hi fluctus et

1 ut simus] *cf. Prisc. I p. 215, 13* 3 nuges] *cf. Prisc. I p. 155, 23. 239, 3* 6 nominata sunt 7 declinationem redicuntur 14 que terminantur 16 quae in his 17 et haec mirabile laᵘdabilis 20 leo lena dracena cautpon in secunda 21 in trea 25 ęquus ęqua 26 aduerbio interfacere 27 a datiuo] ablatiuus felici felici feliciter 29 omni 31 quarte hoc est 33 quarte

Digitized by Google

hos fluctus et o fluctus; genetiuus pluralis in uum terminatur geminata u littera, ut horum fluctuum; datiuus uero et ablatiuus pluralis quartae declinationis in bus syllabam semper desinit, i syllaba breui paenultima praecedente, ut his et ab his fluctibus, exceptis paucis nominibus u longam paenultimam ante bus habentibus differentiae causa, ut artubus arcubus partubus, ne artibus et arcibus et partibus dicere uideamur. Hinc Donatus dicit: Nam nihil necesse est retinere u litteram et fluctubus dicere, cum artubus necessitate dicamus, ne quis nos artes, non artus significare uelle existimet. Ars enim et arx et pars in tertia declinatione inueniuntur, quae artibus et arcibus et partibus faciunt, et ideo differentiae causa haec tria nomina, idest artus et arcus et partus, in datiuo et ablatiuo pluralis artubus et arcubus || fol. 109[b] || et partubus faciunt. Sed duo nomina euphoniae et differentiae causa inueniuntur, tribus et specus, quae tribubus et specubus faciunt non ratione nec differentia, sed consuetudine. Hinc Pompeius dicit: Sic specubus usurpatur, quemadmodum et tribubus, cum ratio exigeret, ut diceremus tribibus specibus, quippe cum nulla causa esset discretionis, ueluti est artubus arcubus partubus, nequis nos putet artes et partes et arces dicere, quae faciunt artibus arcibus et partibus. Nomina ergo quartae declinationis in us desinentia masculina et feminina hoc modo flectuntur: nominatiuo hic exercitus, genetiuo huius exercitus, datiuo huic exercitui, accusatiuo hunc exercitum, uocatiuo o exercitus, ablatiuo ab hoc exercitu et pluraliter *nominatiuo* hi exercitus, genetiuo horum exercituum, datiuo his exercitibus, accusatiuo hos exercitus, uocatiuo o exercitus, ablatiuo ab his exercitibus. Sic declinantur et alia nomina similia quartae declinationis in us desinentia masculina, ut hic currus portus gradus sinus casus accentus uersus cursus uictus morsus uultus cultus aestus contextus commeatus senatus magistratus lacus quaestus reatus saltus risus tumultus sexus luxus fluctus uisus auditus odoratus gustus tactus foetus ortus occasus obtutus partus ritus status tonitrus uel tonitru specus uel specu. Item feminina nomina quartae declinationis in us desinentia sic declinantur: haec manus, huius manus huic manui hanc manum o manus ab hac manu et pluraliter hae manus harum manuum his manibus has manus o manus ab his manibus; sic declinantur et alia nomina feminina quartae

1 et hos fluctus 2 quarte 3 desiniat peneultima praecidente 5 peneultimam ut bus deferentie 5 artibus arcuuus partuuus 6 et artibus 7 Donatus] *p. 379, 7* 8 fluctibus necessitatem 9 artus non artus exestimet arcs 11 deferentiae trea 13 euphonie et deferentiae 15 deferentia Pompeius] *p. 195, 13 K.* 16 his specus usurpatur admodum et tribus tribubus 17 specibus *deest apud Pompeium Keilii* 18 ueluti est — partibus *desunt hoc loco apud Pompeium, sed cf. p. 194, 17 seq. K.* 19 arces et par[r]tes 20 quarte 24 pluraliter hi 26 quarte 28 cursus] uorsus estus comeatus 29 lucus questus rectus 30 adoratus foetus mutus 31 toni tonitruus 33 huius manuus huic manui haec manuum

Digitized by Google

declinationis in us desinentia, ut haec anus huius anus, haec nurus haec socrus haec tribus haec porticus haec acus haec domus hae idus iduum idibus idus idus ab idibus. Hoc nomen singulariter non declinatur, quia non unum diem, sed plures significat: nam idus per conpositionem sic dicuntur, quasi 'ii dies'. Item quinque nomina feminina sunt, quae tam quartae quam secundae declinationis habentur, hoc est nomina arborum, ut sunt: pinus laurus quercus cornus ficus. Item interrogandum est, quomodo discernuntur alia nomina quartae declinationis participiis similia ab his, quibus similia sunt. Hoc soluendum est: quando nomina sunt quartae declinationis, fixa sunt et fortia, nec mutant syllabas in us in a in um, nec genera, sed unum genus fixum habent aut femininum aut masculinum in us, ut hic uisus huius uisus, quod etiam optutum oculorum significat; quando uero participia sunt similia nominibus in us desinentia, secundae declinationis sunt, ut uisus uisi a uerbo uideo, et mutant genus et syllabas terminantes in us in a in um, ut uisus uisa uisum, similitudine mobilium nominum secundae declinationis. Et hoc sciendum est, quod omnia nomina quartae ‖ f. 110ᵃ ‖ declinationis participiis similia inter has duas declinationes discurrentia, idest inter quartam et secundam declinationem, tres litteras ante us habent, idest x s t, ut luxus uisus auditus, quae tam nomina quam participia et quartae declinationis nec non et secundae sunt et cetera similia. Item scire debemus, quod illud nomen, quod dicitur domus, et quartae et secundae declinationis est; ablatiuo enim singulari domo et genetiuo plurali domorum secundae declinationis est; reliquis autem casibus quartae declinationis est. Hinc Donatus dicit: quaecumque nomina ablatiuo casu singulari o littera fuerint terminata, genetiuum pluralem in rum syllabam mittunt, datiuum et ablatiuum in is, ut ab hoc docto horum doctorum his et ab his doctis: contra hanc regulam inuenimus ab hac domo harum domorum his et ab his domibus, ab hoc iugero horum iugerum his et ab his iugeribus. Sed scire debemus, multa quidem ueteres aliter declinasse, ut ab hac domu harum domuum his domibus et ab hoc iugere iugerum iugeribus. Verum euphoniam in quibusdam dictionibus plus interdum ualere inuenimus, quam analogiam uel regulam praeceptorum. Item de altera terminatione quartae declinationis u finita pauca dicamus. Sunt enim nomina neutra rigida et monoptota in singulari numero, quae huic declinationi adsignantur propter pluralem

---

2 idibus idus idus id̄ adibus (bi *supra* adibus) 3 declinantur 4 si dicuntur 5 quasi hi 7 pinus *etc.*] *cf. Prisc. de nomine p. 445, 19* corus ficus 8 quartae] quinte 10 fixe 14 uideor 15 terminationes 16 secunda 17 participia 18 declinationis discurrentiam 23 secunda 24 Donatus] *p. 378, 30* 27 in his 30 iugerorum *Donatus Keilii* iugerum *Donati cod. Leid. 122.* 32 ab ho ingero 33 quibusdam *deest apud Donatum* 34 inuenimus *om. Donatus Keilii* meminerimus euphoniam *Donati cod. Parisinus 1180* 35 de alte 36 sunt in 37 declinatione

Digitized by Google

numerum eorum, maxime autem propter genetiuum pluralem in uum desinentem geminata u littera, quod est proprium quartae declinationis, ut est hoc cornu huius cornu huic cornu *hoc cornu* o cornu ab hoc cornu et pluraliter haec cornua horum cornuum his cornibus haec cornua o cornua ab his cornibus. Sic declinantur et alia nomina similia neutra quartae declinationis, ut sunt haec: hoc genu hoc gelu hoc tonitru hoc ossu hoc testu hoc ueru hoc specu. In his ergo nominibus neutralibus in singulari numero scire debemus, tres casus esse breues ultima syllaba et tres longos differentiae causa, hoc est in nominatiuo et accusatiuo *et uocatiuo* singulari ultimum u corripitur, ut hoc cornu nominatiuo et hoc cornu accusatiui et o cornu uocatiuo. In genetiuo uero et datiuo et ablatiuo singulari u finale producitur, ut huius cornu huic cornu ab hoc cornu. Priscianus autem in his nominibus neutris ultimum u produci debere in omnibus casibus sine ulla differentia ostendit dicens: 'non *in*rationabiliter dicimus genu cornu gelu in omnibus casibus in singulari numero u litteram produci'. Item scire debemus, *quod* haec nomina neutra quartae declinationis in u desinentia apud ueteres aliquando in um, aliquando uero in us finita inueniuntur. Inde Priscianus dicit: 'in u Latina nomina sunt finita generis neutri ‖ f. 110ᵇ |, ut hoc cornu hoc tonitru hoc genu hoc gelu, quae tamen antiquissimi inueniuntur in um proferentes in eodem genere, ut 'hoc cornum' 'hoc tonitrum' 'genum', et in us proferentes masculino. Lucanus 'cornus' et 'tonitrus' protulit. Cicero autem 'hoc genus' pro 'genu' dixit:

Ad laeuum genus haec nixi delapsa resedit.

Ouidius:

flexile cornum

pro 'cornu' dixit. Lucretius dixit:

saepe gelum, quod continet in se, Mittit'.

Item Priscianus dicit: 'hic tonitrus' et 'hoc tonitru', 'hic cornus' et 'hoc cornu', 'hic artus et 'hoc artu', 'hic angiportus' et 'hoc angiportum', conpositum ab angusto et portu. Item scire debemus, quod genetiuus quartae declinationis *in us* syllabam terminatus, siue masculinum siue femininum nomen fuerit, us syllaba ultima producitur. Inde Priscianus dicit: 'in quarta declinatione genetiuus singularis et nominatiuus et accusatiuus et uocatiuus pluralis idem sunt; quippe in omnibus his casibus producitur us syllaba, ut huius fluctus hi fluctus et hos fluctus et o

2 geminita 3 hoc cornu *om.* 4 cornuam 6 genus hoc estu 8 longas deferentiae 9 et uocatiuo *om.* 13 Priscianus] *cf. I p. 362, 8 seq.* 14 deferentia non rationabiliter 16 quod *addidi* 18 Priscianus] *cf. I p. 210, 14 seq.* 19 gers neum o cornu tronitu 22 Lucanus] *VII 217 et 197* protullit. Cicero] *cf. de hoc exemplo aliisque Prisc. l. l.* 24 at lenum nixi delapsa resedit] telanis sare sedit 27 lucrecius 29 Priscianus] *cf. I p. 262, 1. 4. 17* dixit dicit hic tonitruus ornus 32 in us *addidi* terminata 33 Priscianus] *cf. I p. 363, 27 seq.* 34 nominatas 36 produicitur hii

fluctus'. Item Priscianus dicit: 'omnes autem declinationes, idest prima secunda quarta quinta, producunt extremam syllabam genetiui, ut huius poetae huius docti huius manus huius diei'. Item animaduertere debemus, ut Sergius dicit, quod maiores nostri omnia nomina quartae declinationis secundae faciebant, ut 'huius flucti' et 'huius senati'. Valerius dicit: hoc senati consultum prius factum est. Item Priscianus dicit: 'fructi' pro 'fructus', 'quaesti' pro 'quaestus', 'aduenti' pro 'aduentus' ueteres dicebant, 'senati' pro 'senatus', 'uersi' pro 'uersus'. Terentius dicit:

Nihil ornati nihil tumulti,

pro 'ornatus' et 'tumultus'; idem:

Numquam animum quaesti gratia ad malas *adducam* partes;

idem:

Patrem ut extimescam, ubi eius aduenti uenit in mentem.

Salustius dicit: senati decretum fit, sicut ille censuerat. Item Priscianus de quarta declinatione in minore arte ita pronuntiat: In us correptam s uel t uel x antecedentibus si sint rerum incorporalium uocabula, sunt masculina et quartae declinationis, ut hic risus hic usus huius usus hic tumultus huius tumultus hic metus huius metus hic luxus huius luxus hic sexus huius sexus. Similiter quartae declinationis sunt, quae ex his conponuntur, ut senatus a senibus natu huius senatus et quae cognominatim his prolatis fixa sunt, ut hic magistratus *ἡ ἀρχὴ καὶ ὁ ἄρχων* huius magistratus, hic exercitus *ὁ στρατὸς καὶ ἡ γυμνασία* huius exercitus, hic saltus *ἡ πήδησις καὶ ἡ νάπη* huius saltus. Eiusdem praeterea declinationis sunt quae cum sint fixa, in tus desinunt aliqua consonante in eadem syllaba ‖ fol. 111ª ‖ ante t posita, ut hic fluctus huius fluctus, hic questus huius questus, hic rictus huius rictus. Excipitur lectus *ἡ κλίνη* lecti; nam mustus facit musta. Similiter quartae declinationis sunt, quae per syncopam a supra dictis incorporalibus proferuntur, ut portatus portus, artatus artus; item arcitus ab arceo arcus; sic

1 Priscianus] *Quem hic potissimum Prisciani locum auctor intellexerit, non inuenio.* 4 Seregius] *cf.* [*Sergii*] *Explan. in Donat. I p. 515, 31 K*: maiores nostri omnia nomina quartae declinationis secundae faciebant, huius flucti huius ornati huius senati; hodie quartae sunt tantum declinationis, huius fluctus huius ornatus huius senatus. 5 Valerius] *Hoc exemplum apud ceteros grammaticos non extat.* 6 prior Priscianus] *cf. I p. 257, 21. 23; 258, 3. 7* 7 questi pro questus aduentis 8 sanati pro sanatus terrentius] *cf. Prisc. I p. 257, 20* 11 idem] *cf. Prisc. I p. 258, 1. 4* 12 questi ad mala partes, *om.* adducam idest partem ut exestimes cā 14 adueuti memoria uenit 15 Salustius] *cf. Prisc. I p. 258, 6* sit consuerat 16 Priscianus] *De nomine etc. p. 444, 26 K.* 17 es uel t incorporabilibus 19 tumulus 24 ΚΕΑΡΧωΝ 25 ΦCΤΡaΤωC ΚΕ ΓΥϽϹΝatia 26 ΗΙΤΗΛΗ ce ΚΕnΑΠΗ 28 in edem 29 questus] caestus *Prisc. apud Keilium p. 444, 35* 31 fecit 32 sinagopam portatur 33 item artitus

laqueatus lacus; uultus quoque ipsa res esse uidetur a uolo uerbo, quomodo a colo cultus. Excipitur uentus uenti, quamuis uideatur hoc nomen simile esse incorporali, quod a uenio uerbo nascitur, ex quo conpositum aduentus aduenti. Nec non excipitur sanctus sancti, quamuis c habeat ante tus. Item feminina in us correptam desinentia quartae declinationis sunt, ut haec manus huius manus, haec nurus, haec socrus, haec porticus, haec anus et cetera. Excipitur haec aluus alui, humus humi, et haec domus huius domi uel huius domus, et haec colus huius coli uel huius colus. Alia uero nomina in us correptam desinentia, siue masculina siue feminina fuerint, secundae declinationis sunt: masculina, ut hic bonus huius boni, hic humerus huius humeri, hic somnus huius somni et omnia adiecta mobilia in us desinentia . . . . . . si sint propria uel *appellatiua* Graeca in os apud Graecos desinentia uel arborum nomina, secundae sunt declinationis; propria, ut haec Tyrus huius Tyri, haec Cyprus huius Cypri, *appellatiua* Graeca, ut haec arctus arcti; arborum nomina, ut haec cupressus cupressi, pirus piri, arbutus arbuti, alnus alni. Excipitur unum nomen femininum proprium, quod quamuis in us correptam desinit, tamen tertiae declinationis est, ut haec Venus huius Veneris, ideo ne, si Venus Veni declinaretur, dubitationem haberet genetiuus cum uerbo imperatiuo ueni. In us autem productam desinentia nomina feminina sine dubio tertiae declinationis sunt, ut haec seruitus huius seruitutis: sic senectus iuuentus tellus palus. Neutra uero in us desinentia seu productam seu correptam tertiae declinationis sunt et in ris terminant genetiuo, ut ius iuris, plus pluris, maius maioris, minus minoris, corpus corporis, pondus ponderis, pectus pectoris, munus muneris. Excipiuntur hoc pelagus pelagi, quod Graecum est et interpretatur profundum, et hoc uulgus uulgi, quod et masculinum est, et uirus uiri et pus indeclinabile. Communia uero trium generum in us correptam desinentia tertiae declinationis sunt, ut hic et haec et hoc uetus ueteris, hic et haec et hoc Ligus Liguris, quod est gentile, et duo nomina monosyllaba communia duorum generum, quae producuntur nominatiuo, ut hic et haec sus suis, hic et haec grus gruis: nam mus muris epicoenon est, quod a Graeco μῦς mutauit υ in u longam. Nullum enim nomen Latinum masculinum in us productam desinit. Graeca igitur in us productam desinentia apud Graecos in δος terminantia genetiuum || f. 111[b] ||

1 laceatur a uo uerbo 2 a culo 5 Item feminina] *cf. Prisc. p. 445, 20* 6 murus 7 alius 9 colis Alia uero nomina] *cf. Prisc. l. l. p. 445, 4* 11 humerus] Homerus *Prisc. apud Keilium p. 445, 5* 12 in us desinentia] *cf. Prisc. p. 445, 15*: In us correptam desinentia feminina si sint propria uel appellatiua Graeca etc. 13 appellatiua *om.* grecus 15 ciprus huius cypri grecus ut haec arctus 16 arbustus arbusti 19 nam si Venus Veni] *cf. Prisc. I p. 269, 21* 20 In us autem] *cf. Prisc. de nomine etc. p. 445, 36* 22 Neutra uero] *cf. Prisc. l. l. p. 445, 24* 24 minus minus minoris 26 pilagi 28 et plus Communia uero] *cf. Prisc. l. l. 28* 30 ligoris 32 epices non 33 mis mutauit i nomen] numera |||| 34 Graeca igitur] *Prisc. l. l. 33*

aput Latinos *δος* in dis conuertunt et tertiae declinationis sunt, ut *Οἰδίπους τοῦ Οἰδίποδος* hic Oedipus huius Oedipodis, sic *Μελάμπους τοῦ Μελάμποδος* hic Melampus huius Melampodis.

Hucusque Priscianus de quarta declinatione ista disseruit et in regula quartae declinationis etiam illa nomina in us desinentia, quae ad secundam uel ad tertiam declinationem pertinere debent, ostendit. Hoc autem adnotare debemus, quod nullum nomen quartae declinationis commune duorum uel trium generum aut promiscuum uel incertum inueniri potest, nec neutrum ullum nomen in us quartae declinationis, nisi ea, quae in u terminantur, nec mobilia inter duo aut tria genera in quarta declinatione inueniri possunt, nisi nomina participiis similia, quae tamen fixa et fortia sunt, quando quartae declinationis fuerint, quando autem participia mobilia sunt, sine dubio secundae declinationis fiunt. Item scire debes: in nominibus quartae declinationis aut nullum aut raro inuenies nomen aduerbium a se faciens.

Quintae declinationis nomina quot genera habent et quot terminationes et quot terminales litteras? Omnia nomina quintae declinationis unam terminationem habere uidentur, hoc est es, et unam litteram terminalem s, et unum genus, hoc est femininum. Omnia enim nomina quintae declinationis feminina sunt in es productam desinentia, excepto uno nomine, quod incerti generis esse dicitur, ut hic et haec dies, sed in plurali numero masculini generis, de quo nomine postea dicemus et ex eo conpositum unum masculinum, ut hic meridies huius meridiei. De hac autem quinta declinatione Claudius ita pronuntiat: Quintae declinationis nomina sunt, quorum genetiuus singularis in ei desinit, ut haec species huius speciei: huius nominatiuus huiusmodi semper producitur in ultima syllaba, ut haec acies huius aciei. Hanc nonnulli quintam, nonnulli circumflexam nominant. Nobis tamen quinta adprobanda est propter ordinem et numerum uocalium, quae sunt quinque, a quibus ordinem acceperunt quinque declinationes. Item Priscianus dicit: 'quinta declinatio habet unam terminationem *in* es productam, cuius genetiuus in ei diuisas syllabas desinit, ut hic meridies huius meridiei'. Quintae declinationis quae est agnitio? Haec est: cuius nominatiuus et uocatiuus singularis et nominatiuus *et accusatiuus* et uocatiuus pluralis in es productam semper desinunt, ut haec facies et o facies et hae facies et has facies et o facies; genetiuus autem et datiuus singularis quintae declinationis in ei diuisas syllabas terminantur, ut huius

---

1 latinus ut ẏdẏẏto ẏchuius oyΔẏιΤΟΔΟC hic et pus huius codipodis 2 sic melampos huius melampodis hic melampus huius melampodis 4 deseruit 5 quarta 6 a tertiam 8 inuenire 9 nec num̄ ullum declinatione 11 inueuire 16 quod, *ter* 19 et unum genus et unum genus 22 nomina postea] *cf. p. 133, 12* 24 Claudius] *Non extat hic locus in editione Vindobonensi.* dicimus 23 meridie 27 he acies 31 Priscianus] *cf. de nomine etc. p. 447, 16: 448, 33* terminationem, *om.* in 33 qui est 34 et accusatiuus *om.* 35 desinient 36 et has] et es

faciei et huic faciei. Accusatiuus singularis in em correptam desinit, ut hanc faciem, exceptis monosyllabis spem rem ‖ f. 112ᵃ ‖, quae producuntur. Ablatiuus singularis e producta terminatur, ut ab hoc facie, genetiuus pluralis in rum correptam desinit, datiuus et ablatiuus pluralis in bus correptam terminantur; secundum hanc regulam omnia nomina quintae declinationis declinanda sunt, ut haec species huius speciei huic speciei hanc speciem o species ab hac specie et pluraliter hae species harum specierum his speciebus has species o species ab his speciebus. Sic declinanda sunt et alia nomina feminina quintae declinationis, ut haec facies glacies progenies canities pernicies sanies rabies ingluuies caesaries materies luxuries pauperies superficies series segnities acies requies. Sunt autem alia nomina feminina quintae declinationis, quae, ut ait Virgilius, duplici declinatione gaudent, ut haec materies materiei et haec materia materiae, haec temperies temperiei et haec temperia temperiae, haec caluities et haec caluitia et hoc caluitium. Item haec segnities et haec segnitia, haec laetities et haec laetitia, haec requies et haec requia, haec facies et haec facia. Sed his multa distantia est: nam segnities per consuetudinem dicitur, segnitia autem tantum frigoris; item laetities subiti beneficii est, laetitia uero familiaris. Item requies a labore refrigerii est, requia autem otiositatis est. Item facies ipsa superficies est naturalis, facia autem similitudo in pictura.

Omnia ergo nomina quintae declinationis i paenultimam ante es habent, in quibus omnibus in genetiuo e paenultima producitur, exceptis tribus nominibus, quae non habent i ante es in nominatiuo, ut fides res spes: propterea in his e paenultima genetiui corripitur. Et secundum ueteres plebes nominatiuo dicebatur et quintae declinationis erat; dicebant enim haec plebes plebei; sic fames famei dicebant et ideo, licet modo tertiae declinationis sit fames, tamen ablatiuus singularis e littera producta terminatur secundum regulam et similitudinem nominum quintae declinationis, quae e littera producta terminantur. Inde in libris Felicis legitur: ora fame nec habens quicquam quo rebus egenis. Cum omnia nomina tertiae declinationis, quae e littera terminantur, ultimam e litteram corripiant, omnia ergo nomina in es syllabam nominatiuo singulari desinentia trium declinationum sunt, hoc est primae et tertiae et quintae; sed illa nomina es syllaba terminata tunc primae declinationis

---

5 secundum] sed 8 ab his species 10 canicies inglugies 11 luxories siries signities 12 Virgilius] *cf. A. Maium Auct. class. Vat. Tom. V p. 9. 137*: Sunt et feminina, quae duplici declinatione gaudent, ut materies et materia, caluitia doloris caluitium artis, segnities uitii est, segnitia frigoris, laetities subiti beneficii est, laetitia familiaritatis, requies refrigerii a labore est, requia otiositas. 14 hec temperantia temperantiae 15 o caluitium signities signitia 16 letities leticia 17 fatia signities 18 signitia leticies benefii letitia 19 refrigeri est requies 20 ociositatis facias 22 quinta ante us 26 dicebantur 28 singulari 30 in libris filicis] *Apud Martianum iste locus non extat.* 33 corripiunt singulare

sunt, quando Graeca fuerint et in genetiuo Graeco *ου* fuerint terminata, nos ultimam *ου* in ae diphthongon conuertimus, et hoc maxime in propriis nominibus, ut *Διοσκορίδης Διοσκορίδου* nos dicimus Dioscorides huius Dioscoridae, sic etiam Anchises Anchisae, Achates Achatae, uel si patronomica fuerint es syllaba terminata; tunc enim primae declinationis fiunt, ut Anchisiades Anchisiadae, Aeneades ‖ f. 112[b] ‖ Aeneadae, *Thesides* Thesidae, Dardanides Dardanidae. Inde Priscianus dicit: Omnes minores Thesei Thesidas Graeci appellant, unde et Virgilius secundum Graecam formam Scipiadas dixit. In quo exemplo ostendit, patronomica nomina primae declinationis esse, cum accusatiuum pluralem in as syllabam protulit 'Thesidas', quod est proprium primae declinationis. Item Priscianus dicit: 'Thesidae Cecropidae a regibus dicuntur, idest Athenienses, sicut Aeneadae Romulidae, idest Romani.' Quibus exemplis ostenditur, patronomica nomina in es desinentia primae declinationis fieri debere. Thesidae enim et Cecropidae et Aeneadae et Romulidae nominatiui plurales in ae diphthongon desinentes primae declinationis sunt. Inde Virgilius dixit:

Praemiaque ingentes pagos et conpita circum
Thesidae posuere;

idem: Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.

Alia autem nomina in es desinentia siue Graeca fuerint et genetiuum Graecum in *εος* habuerint, ut *Τέννης Τέννεος*, aut etiam in *δους* genetiuum habuerint, ut *Ἐμμενίδης Ἐμμενίδους*, *εος* uel *ους* in is conuertentia tertiae declinationis fiunt, ut Emmenides Emmenidis Tennes Tennis. Et omnia nomina Latina, quae non habent i ante s, exceptis tribus fides spes res, quae quintae declinationis sunt, alia tertiae declinationis sunt, siue masculina fuerint ut miles gurges, siue feminina, ut merces moles, aut communia, ut teres bipes, siue etiam Graeca fuerint, ut Hercules Achilles, tertiae declinationis sunt. Illa uero nomina i ante es habentia, sicut diximus, quintae declinationis sunt, exceptis IIII, quae sunt tertiae declinationis contra regulam, ut abies aries paries quies, sed uetustissimi quies quiei secundum quintam declinationem proferebant, unde Afranius dixit:

Sollicito corde corpus non potitur nunc quie.

---

2 in ę dyptongon 3 dyoscorydies dyoscorioy discorides discoride 5 syllabe 6 anchiseades anchiseadae aenidas enidae 7 theside, *om.* Thesides Priscianus] *I p. 62, 21* 8 thessei thessidas Virgilius] *Georg. II 170. Aen. VI 843* 12 Priscianus] *cf. I p. 64, 10* theside cicroprime 13 athenensis aeniade romulide 15 citropide et enide 16 in e dyptongon dissinentes 17 Virgilius] *Georg. II 382* 19 idem aeni[a]de] *Aen. VIII 648, cf. Prisc. I p. 64, 12. 65, 1.* 20 infernum 22 in ors ut tenes tenors in tos 23 eymenides eymenidos os uel oys 24 eminides eminidis tenes tenis 27 gurgeus merci 28 ercules 29 hachiles uero nomi 31 habies 32 affranius] *cf. Priscian. I p. 242, 10* 34 solicito

Item:

Conplexa somno corpora operiuntur ac suaui quie dicantur,

*quie* pro quiete dixit. Inde et requies ab eo compositum requiei facit. Scire autem debemus, quod ueteres in his nominibus, sicut Claudius ostendit, genetiuum singularem similem nominatiuo proferebant. Hinc †illius 'huius pernicies' dixit, qui quidem regulam secutus *est*, quam de casibus dant grammatici, quod nominatiuum pluralem *et* singularem genetiuum enuntiant uel sono uel syllabis pares et maxime in femininis quintae declinationis: sic a nominatiuo plurali illum genetiuum singularem formasse uidentur; dicebant enim haec pernicies et huius pernicies. Hoc autem scire debes, quod illud nomen, quod est 'dies', incerti generis || fol. 113ª || in singulari numero inter masculinum et femininum *est*, et alterutrum genus exemplis ostenditur in scriptura, masculinum, ut: hem et erit uobis hic dies in memoriam, et: diem festum celebrabitis illum; et hoc ostenditur in aduerbio ab hoc nomine diriuato et composito, idest hodie, quod nihil aliud significat, nisi ab hoc die. Item in feminino genere legitur, sicut in Virgilio legitur:

Venit summa dies et inreuocabile tempus.

Item in euangelio: die tertia nuptiae factae sunt in Channa Galileae. In plurali autem numero semper masculini generis est, sicut legitur: dies festi uestri conuertentur in luctum et lamentationem: festi dixit masculino genere, non festae; hoc autem nomen sub incerto genere in singulari numero ita declinatur: hic uel haec dies, huius diei, huic diei, hunc uel hanc diem, o dies, ab hoc uel ab hac die, et pluraliter hi dies, horum dierum, his diebus, hos dies, o dies, ab his diebus.

Pronomen quomodo definitur? Donatus definiuit dicens: Pronomen est pars orationis, quae pro nomine posita tantundem paene significat personamque interdum recipit. Item Cominianus et Flauianus pronomen definiunt ita: Pronomen est pars orationis, quae pro nomine posita minus quidem plene, idem tamen significat. Asperius quoque de pronomine ita definiuit dicens: De pronomine uero nihil apertius fieri potest, quam quomodo in Donati arte legimus. Inter nomen et pronomen quid interest? Haec differentia est, quod nomen plena eloquutio est, pronomen uero

---

4 quie] que pro, *om.* quie 5 sicut] sic Claudius] *In editione Vindobonensi non inueni, sed cf. Charis. p. 31, 18:* sed ueteres in hac specie declinationis genetiuum singularem similem nominatiuo dicebant. 7 secutur quam 8 gramatici pluralem singularis 9 enuntiat sillabis 11 ut huius 13 in singulare est *addidi* 14 alterutrum] h'utrum 17 quod] ut 18 Virgilio] *Aen. II 324* 20 in euuangelio] *Ioh. II 1* nuptie facte 21 masculi 22 lamentatione 23 feste 26 in die horum dierum o] ho 27 diffinitur, *fere semper* Donatus] *p. 379, 23* 28 pene 29 personam quam communianus Cominianus et Flauianus] *cf. Charis. p. 157, 24 et Keilii adnotationem.* 31 que pronominum 32 Asperius] *Huius libri p. 48, 8.* 33 aperti

Digitized by Google

semiplena. Haec pars † de nominae peodens inuenta est, ne iteratio nominis fastidium crearet, ut est: laudate dominum de caelis, laudate eum in excelsis. In conpositione ergo huius partis ostenditur, quod officio nominis fungitur: ita enim dicuntur hae duae partes orationis, idest nomen et pronomen, sicut curator et procurator, consul et proconsul, pugnator et propugnator. Sicut enim praenomen dicitur, eo quod nomini praeponitur, ita pronomen appellatur, eo quod nomini subponitur uel postponitur. Non enim nascitur haec eloquutio, hoc est pronomen, nisi ante praemisso nomine, ut est: 'Virgilius scripsit Bucolica, ipse scripsit Georgica'. Item Flaccus dicit: uidimus ex Hebraeis uirum elegantem et admirati eum sumus atque amplexi. Non enim iterum dixit 'uirum admirati', sed 'eum'. Item Virgilius Maro pronomen definiuit, cum dixit: pronomen est subministratoria pars orationis, quae quidem absque nominis amminiculo infirma uidetur esse, sed nomen ‖ f. 113ᵇ ‖ illius uel maxime eget adiumento. Cur autem pronomen uerbum praecedit, cum uerbum omnium partium egregium sit, cuius dispensatione atque indicio omnis Latinitatis status perficitur et ornatur, quam principalem partem orationis cuncti astruunt? Nam licet in ordine praeesse nomen admittat, tamen in positione quaestionum principatum tenet, cui aduerbiorum coniunctionumque agmina omne ius suum dederunt. Hac ergo ratione pronomen a nomine secernere noluerunt, sicut nec socius uel minister a rege uel principe secernitur. Quaeritur ergo: inter nomen et pronomen quid interest? Virgilius Maro ostendit dicens: Inter pronomen autem et nomen hoc interest, quod pronomen conparatione carens personam habet, ut ego tu ille; nomen autem persona abiecta conparationem recipiat, ut carus carior carissimus. Vnde Claudius in definitione nominis dixit: Nomen est pars orationis cum casu et significatione sine tempore et persona. 'Pronominis autem proprium est', sicut Priscianus ostendit, 'pro aliquo proprio nomine poni et certas significare personas'. Pronomini quot accidunt? Sex. Quae? Qualitas genus numerus figura persona casus.

---

1 de nominae peodens] *An latet:* de 'nomine' et 'pro' dicta ideo —? 2 celis 4 offitio haec due orationes 5 curatur procuratur 6 pugnatur propugnatur praenomen] pronomen 7 nominis nominis 9 bocolica 10 ebreis 12 Virgilius Maro] *Non extat hic locus apud Maium neque in epistulis neque in epitomis.* 16 Cur autem] *cf. Virgilii Epitom. IX p. 137 Maii:* Nunc aliud quaestionis imminet genus, cur etiam pronomen uerbum praecedit, cum uerbum omnium partium egregium sit. *Quae secuntur, cum hoc loco minime consentiunt.* precedet 17 adque inditio 18 stratus 20 questionum 22 iussuum dedunt 23 sotius 24 secreatur queritur 25 Virgilius Maro] *Hunc locum apud Maium non inueni, nisi forte p. 29 uerba:* cum pronomen comparationem habere non possit *huc referenda sunt.* 27 nomen aut 29 Claudius] *Non extat is locus in editione Vindobonensi.* 31 Priscianus] *cf. I p. 55, 13* 32 alico 33 quod accedunt genus genus

Digitized by Google

Sed tamen Plinius Secundus grammaticus, sicut Sergius ostendit, reprehendit eos, qui dicunt personas accidere finitis pronominibus, ut ipsud accidens aliud sit atque illud, cui accidit. Hinc Plinius ipse dixit: sed scire debemus huiusmodi definitores non tam in ratione errare, quam in ordine uerborum, ut dicerent personas pronominibus accidere, cum dicere debuissent, finita pronomina non recipere quasi aliunde personas. Numquam enim inueniuntur sine personis accidentia. Igitur uniuscuiusque partis *natura* per sua accidentia rationabiliter agnoscitur et intellegitur. Accidentia autem litterae et pedum et omnium partium orationis qualitates uocantur. Nam qualitas dicta est, qua intellegitur unaquaque res, qualis sit: nulla res est, quae qualitate careat. Nonnulli ergo putant, quia accidentia partium extrinsecus accidunt, hoc est ex omnibus accidentium ad potestatem et intellectum partium, sed falluntur hoc putando. Nam non omnia accidentium ad potestates partium idem collegunt inseparabiliter. Interrogandum est autem: qualitas pronominum quot diuisiones habet? Idest duas. Inde Donatus dixit: qualitas pronominum bipertita est: aut enim finita sunt pronomina aut infinita. Probus uero quattuor diuisiones qualitatis pronominis ostendit dicens: aut enim finita sunt pronomina aut infinita aut minus quam finita ‖ f. 114[a] ‖ aut possessiua. Sed tamen Probus subdiuisiones posuit minus quam finita et possessiua. Quae sunt ergo finita pronomina? Sine dubio illa sunt, quae recipiunt certam personam, ut ego tu ille; infinita autem sunt pronomina, quae non recipiunt personas, ut quis quae quod. Sed tamen, sicut grammatici ostendunt, qualitas pronominum quindecim diuisiones habet. Sunt enim pronomina alia finita, alia infinita, alia minus quam finita, alia possessiua, alia subiunctatiua, alia gentis, alia ordinis, alia numeri, alia ad aliquid finita, quae dicuntur possessiua, alia ad aliquid infinita, alia qualitatis, alia quantitatis, alia demonstratiua, alia relatiua, alia magis demonstratiua. Sunt ergo pronomina finita, sicut diximus, tria: ego tu ille; alia infinita praepositiua, ut quis qualis quantus quotus; alia subiunctatiua, ut is talis tantus totus; alia minus quam finita, ut iste ipse. Sed ipse pronomen aliquando finitum inuenitur, aliquando in minus quam finitum cadit. Tunc ergo finitum est, quando praesentem personam demonstrat, ut ego ipse, qui locutus sum; tu ipse, qui dixisti; ille ipse, qui dixit.

---

1 pleuius secuudus gramaticus, *cf. Cledonius p. 50, 8; Pompeius p. 201, 5* seregius] *Is locus in Sergii scriptis, quae quidem edita sunt, non extat, cf. praef.: 'Sergiani cuiusdam commenti fragmenta inedita'.* 2 accedere 3 accedens adque accedit. hinc pleuius] *Hic Plinii locus aliunde nobis non innotuit.* 4 difiuitores 5 accedere 8 accedentia 9 natura *addidi* accedentia accedentia 10 littere qualitatis 11 qua] quam 13 accedentia *etc.*, *semper* ex om[l]nibus 14 a potestatem nam nomina 15 et potestates 16 quod 17 Donatus] *p. 379, 26* 18 Probus uero] *Instit. art. p. 131, 25. cf. Pomp. p. 200, 12 K.* 20 Sed tamen Probus subdiuisiones posuit minusque finita et possessiua *bis posita sunt librarii neglegentia* 22 qua recipiunt 24 gramatici 25 qualitatis 30 trea 33 finita inuenitur

Digitized by Google

Sicut est: ego ipse, Virgilius, qui quondam gracili modulatus auena. Item minus quam finitum, quando de absente dicitur: 'Virgilius scripsit Bucolica, ipse scripsit Georgica'. Alia pronomina gentis sunt, ut cuias nostras et cuiates nostrates, de quibus Priscianus dicit: pronomina sunt communia trium generum et tertiae declinationis, ut hic et haec et hoc nostras nostratis et hic et haec et hoc uestras uestratis. Nostras ergo et uestras communia sunt trium generum. Item cuias pronomen praepositiuum, sicut Virgilius ostendit, ut: 'cuias est iste homo'; subiunctatiuum autem pronomen est nostras et uestras. Dicimus enim: 'nostras est iste homo'. Verbi gratia, si me interrogas de Latino: 'cuias est', aut de Mauro, dico tibi: 'nostras est iste Latinus', 'uestras est iste Maurus'. Item Paperinus dicit de his pronominibus: 'cuiatia sunt haec mancipia?' respondemus: 'nostratia sunt'. Item Virgilius de his pronominibus dixit: sunt pronomina secundum utrumque numerum, quae per quattuor casus declinantur, ut cuias cuiatis et nominatiuo plurali cuiates et cuiatia et accusatiuo plurali cuiates; sic etiam nostras nostratis et nostrates nostrates. Hinc legitur *in* Virgilio: nostras omnis familia, nostrates quoque pecora euadent imminentia hostilium pericula. Garrinus quoque grammaticus inquit: nostrates salutate fratres, quia et nostrates uos salutant. Terentius quoque dixit: cuias gens et cuiates populi ‖ f. 114[b] ‖ litteris tam prompte dediti sunt, quam Tusci, quorum natura fertur ab infantia usque ad caniliam sapientiae soli studere et nihil aliud amare, quam semper philosophari? Et iterum Virgilius de his pronominibus tractauit dicens: 'sunt pronomina ignota, quae multifarie defectatiua sunt;

---

1 ego ipse] *Fueruntne igitur, qui notissimi uersus principium 'ipse ego' esse uellent?* condam modolatus 3 bocolica 4 Priscianus] *cf. I p. 586, 5* 5 communa 8 propositiuum Virgilius] *Non extat is locus apud Maium.* 12 pauperinus] *cf. A. Maii auct. class. Vat. tom. V p. 27 not. 3 ex Gainfredo excerptum:* Paperitius ait: cuiatia sunt ista mancipia? respondemus nostratia. Sed Virgilius dicit quod cuias et nostras excepto nominatiuo utriusque numeri reliquos non habent casus, ut cuias et nostras et pluraliter cuiates nostrates. 13 respondit nos nostra|||tia Virgilius] *cf. A. Mai p. 27. 28:* Est etiam pronomen secundum utrumque numerum per quattuor casus declinandum, duos scilicet nominatiuos singularem et pluralem, duos aeque accusatiuos, ut nostras nostrates, cuias cuiates. 14 ᵘtrumque 15 cassus cuias as cuiatis nominatiuum 16 ciuates 17 nostram nostratis 18 in *om.* Virgilio] uirgł o, *cf. Mai p. 28* 19 ostilium] hostium *emend. Petrus Daniel* Garrinus] Gabritius *Virgilius Maii* 20 gramaticus incit 21 tertius] Terentius *Virgilius Maii* cui ageus 22 qua prumᵖte 23 ab infantiae annis sapientiae studere soli *Virgilius Maii* 24 sapientie 25 philosophale, *corr.* ali Virgilius] *cf. epitome IX p. 138 Mai.:* sunt pronomina ignota, quae multifarie defectiua sunt; nonnulla enim solo nominatiuo flectuntur, unde est uspiam. Sunt quae tribus casibus flectuntur cuium cui cuio, cuia cuiae cuiam. Sunt quae tetracasibus declinantur, ut helus helius heli helium; helia helius heli helam; helum helius heli helum. Sunt quae pentacasibus utuntur, ut eccum ecci ecco eccum eccum; ecca eccae eccam ecca ecca; ellum elli ello ellum ello. Sed plurali carent. 26 defectatiua] *Hinc corrigas Virgilium Maii p. 27:* Sunt pronomina quibus declinatio affectatiua uel commutatiua asseritur.

Digitized by Google

quaedam enim duobus casibus tantum, quaedam tribus, alia quattuor casibus, alia uero quinque casibus declinantur. Sunt enim quae excepto utriusque numeri nominatiuo reliquos non habent casus, ut nostras nostrates cuias cuiates; sunt item, quae tribus casibus flectuntur, ut cuius cuii cuio, item cuia cuiae *cuiae* et cuium cuii cuio. Sunt uero, quae tetra casibus declinantur, ut helus helius heli helum. Item hela helius heli helam et helum helius heli helum. Sunt etiam, quae penta casibus utuntur, ut eccus ecco eccum ecce ab ecco: hoc masculinum est; femininum autem ecca, datiuus eccae, accusatiuus eccam, uocatiuus ecca, ablatiuus ecca: sed haec plurali numero carent'. De his etiam pronominibus Donatus memorabat dicens: sunt pronomina, quae per omnes casus non declinantur, ut eccum eccam ellum ellam cuius cuia cuium cuiates nostrates. Alia pronomina sunt ordinis; praepositiuum, ut quotus; subiunctatiuum, ut totus. Alia pronomina sunt numeri, ut quot tot; alia ad aliquid infinita, ut cuius cuia cuium; alia ad aliquid finita, ut meus tuus suus uel illius: haec etiam possessiua dicuntur. Pompeius uero ostendit, quare dicuntur possessiua, cum dixit: Possessiua ideo dicuntur eo quod nos possidere aliquid ostendunt: quando enim dico meus, me aliquid possidere ostendo; sic et quando tuus, te aliquid possidere demonstro, et quando dico suus, illum aliquid possidere manifesto. Haec autem pronomina possessiua quattuor modis enuntiantur: aut enim ex utraque parte singularia sunt, ut meus pater, tuus pater, suus pater; aut ex utraque parte pluralia, ut nostri patres, uestri patres, sui patres; aut intrinsecus singularia, extrinsecus autem pluralia sunt, ut mei fratres, tui fratres, illius fratres; aut intrinsecus pluralia et extrinsecus singularia, ut noster pater, uester pater, suus pater. Sed hic aliqua quaestio oritur, ut Virgilius Maro dixit: cum dicimus meus tuus suus noster uester, quaeritur, quam tertiam personam hic ponere debemus plurali numero. Nulla enim ratio in hoc loco inuenitur, qua tertiam personam iterum resumi inreprehensibiliter posse uel debere quis dicat. Nonnulli tamen pro quodam sola|| f. 115[a] ||tio scribentium ac legentium tertiam personam illam, quam in singulari numero

1 quedam  2 cassibus, *sic semper hoc loco*  Sunt enim] *cf. Gainfredum apud Maium p. 27 not. 3*: sed Virgilius dicit quod cuius et nostras excepto nominatiuo utriusque numeri reliquos non habent casus, ut cuias et nostras et pluraliter cuiates nostrates. *Hic igitur locus non ad epistolas, sed ad epitomas Virgilii pertinebat.*  4 cuius cui  5 iter cuia cuię et cuium cui cui  6 hęlus hęli hęli helim] *Vbique 'ellus' etc. legendum, cf. infra Virgilii Asiani excerpta codicis Bernensis 123 f. 21[a]*  7 hęlum haelius haeli haelium  8 haeccum hęcco hęcco hęcco ab hęcco  9 hęcca datiuus hęcce accusatiuo hęccam uocatiuus ecce ablatiuus ecco  10 carant  Donatus] *p. 380, 30*  14 autem totus  17 Pompeius] *p. 203, 27 K.*  18 possedere  19 enim doco mea aliquid possedere.  21 manifesto] *Pompeii uerba paululum uariata sunt.*  27 questio  Virgilius Maro] *cf. p. 25 ed. Maii.*  29 queritur  30 Nulla enim] maxime cum nullam rationem hoc loco inueniant, qua seruent tertiam personam nec praesumi irreprehensibiliter possit uel debeat *Virgilius Maii.*  31 inrehensibiliter  32 ad egentium  33 quam in singulari *etc.*] pro qua pluralem posueramus *Virgilius Maii*

Digitized by Google

posueram, id est suus, communem esse definiunt inter singularem et pluralem numerum, ut dicant sic: meus tuus suus noster uester suus. Sicut in Deuteronomio legitur: quia deus suus uendidit eos. Sunt etiam alia pronomina qualitatis, ut qualis talis; alia quantitatis, ut quantus tantus; alia demonstratiua, quae rem praesentem significant, ut hic et haec et hoc; alia relatiua, quae rem absentem notant, ut is ea id; alia demonstratiua conposita, ut eccum et eccam, hoc est *ecce eum* ecce eam. Item ellum, idest ecce illum, sic etiam ellam, hoc est ecce illam. Haec ergo pronomina nihil uerius possumus dicere, nisi magis demonstratiua: ecce enim aduerbium demonstrandi non congruit nisi rei, quae potest demonstrari, ex quo aduerbio haec pronomina conposita sunt eccum et ellum: est enim aduerbium demonstrantis.

Genera pronomina quot sunt? Donatus ostendit dicens: genera pronominum sunt eadem fere, quae et nominum. Quid ergo significat illa particula 'fere'? Qualem differentiam ostendit? Sine dubio significat, quod non sunt tot genera in pronomine, quot in nomine sunt. Nam in nomine omnia genera sunt, idest masculina feminina neutra communia et incerti generis et epicoenon, in pronomine autem epicoenon non est nec incertum genus, alia uero genera omnia habet. Inde Pompeius dixit: Genera pronominum sunt haec: omnia enim pronomina aut masculina sunt aut feminina aut neutra aut communia aut omnis generis; masculinum pronomen est, ut quis: hodie enim ita dicimus 'quis uir' in masculino genere, apud maiores autem nostros indifferenter inuenimus hoc pronomen. Dicebant enim 'quis uir' et 'quis mulier', omnino milies, non semel positum in feminino genere inuenitur. Apud Terentium habes hoc forte quarto aut quinto positum 'quis', cum de muliere loqueretur. Hinc scriptum est:

Quis tu es mulier qui me hoc nuncupasti nomine?

Ergo est hodie masculinum pronomen quis, femininum quae, neutrum quod. Communia duorum generum, ut qualis talis: dicimus enim interrogando 'qualis uir' et 'qualis mulier', dicitur respondendo et subiungendo | f. 115[b] ‖ 'talis uir' et 'talis mulier'. Commune trium generum, quod omne genus dicitur, ut ego tu: dicit enim uir 'ego', dicit et mulier 'ego', nec non et mancipium dicit 'ego'. Sic etiam secunda persona communis

1 sus 2 dicam si||| 3 in Deuteronomio] *XXXII, 30* 4 nindedit sicut etiam 5 aliquantitatis 6 significat 7 hi sea 8 ecce eum *om.* 9 uirius 10 demonstratiuum 11 regi 12 est enim aduerbium haec pronomina conposita sunt eccum et ellum est enim aduerbium demonstrantis 13 Donatus] *p. 357, 8* 15 deferentiam 16 quot non quod in 18 epiceuon epyceuon 19 Pompeius] *p. 206, 17 K.* 23 hodie ita dicimus ut quis masculinum sit pronomen, apud maiores *etc. Pompeius* qui is uir 24 indeferenter 25 dicebat] Dicebant enim *om. Pompeius* 26 positum — inuenitur *om. Pompeius* femino 27 terrentium 28 Hinc scriptum est] *cf. Pomp. p. 206, 27 K.* 29 tuus mulier nunc cupasti 30 Ergo est — 35 nec non et mancipium, *cf. Pomp. l. l. 29–32* 32 respondeno

Digitized by Google

trium generum est: dicitur enim 'tu uir' 'tu mulier' et 'tu mancipium'. Nullum autem pronomen epicoenon idest promiscuum uel incertum inuenitur. Numeri pronominum quot sunt? Idest duo; singularis, ut iste; pluralis, ut isti. Inde Pompeius dicit: In pronominibus sunt etiam numeri duo, singularis, ut hic; pluralis, ut hi. Sunt etiam numeri communis; quomodo dicimus in nominibus nubes manus dies, sic etiam in pronominibus inuenitur communis numerus inter singularem et pluralem, ut qui: et de uno possum dicere 'qui uir' et *de* duobus et de pluribus 'qui uiri'; sic etiam 'quae mulier' 'quae mulieres' uel 'quae mancipia'. Dicitur etiam dualis numerus in pronomine, ut uter uterque, sed haec *alii* nomina, *alii* uero pronomina propter similitudinem declinationis protulerunt.

Figurae pronominum quot sunt? Hoc est duae. Quae? Simplex, ut ego ille ipse hic quis quot qualis. Conposita pronomina sunt, ut egomet illeipse, hicine, quisquis, quodpiam, qualiscumque et cetera. Pompeius de figura pronominum et de conpositione ita pronuntiat: 'sicut diximus in nominibus, quoniam ea nomina, quae ex duobus nominatiuis conposita fuerint, ex utraque parte declinantur, ut praetor urbanus praetoris urbani et cetera, sic eques Romanus equitis Romani utraque parte declinatur, quoniam utraque parte nominatiuus est; ea uero nomina, quae ex nominatiuo *et* quolibet alio casu conposita fuerint, ea parte declinantur tantum, qua fuerit nominatiuus casus, ut praefectus equitum, tribunus militum siue tribunus plebis, haec ex prima parte, hoc est ex nominatiuo, qui est praefectus et tribunus, declinantur, equitum autem uel militum siue plebis in conpositione indeclinabilia *sunt*; item senatus consultum: hoc nomen conpositum posteriore *parte*, qua nominatiuus est, consultum declinatur, facit enim senatusconsulti senatusconsulto et reliqua. Senatus ergo, quia et genetiuus est, sic currit per omnes casus sine declinatione'. Haec inuenimus et in pronominibus: sunt enim pronomina, quae utraque

2 epycenon 4 Pompeius] *p. 206, 33* 6 communes quomodo] quod in omnibus 7 magnus 9 et duobus 10 uel qui mancipii] *Pompeii ipsius uerba in codicibus paulo aliter se habent neque dubitandum, quin is Pompeii codex, quo excerptor usus est, bonitate reliquos antecedat, cf. praef.: 'De Pompeii grammatici codicibus'. Apud Pompeium igitur haec habes p. 206, 34 seq.:* sunt etiam numeri communis. Legimus etiam in nominibus; quomodo dicimus nubes dies, sic etiam *etc., p. 207, 3*: possum dicere qui et de duobus et de pluribus, qui uir et qui uiri, quae mulier et quae mulieres. 11 dualis] de aliis 16 hic me Pompeius] *p. 207, 17*: nam diximus in nominibus, quoniam ea nomina, quae ex duobus nominibus conposita sunt, ea parte declinantur, qua est nominatiuus; et inuenitur nomen quod utraque parte declinatur: praetor urbanus utraque parte declinatur, quoniam utraque parte nominatiuus est. 19 declinari 20 equiti 22 nominatiuo quolibet declinari 23 cassus 24 tribunus militum tribunus militum 25 hoc est ex nominatiuo qui est praefectus equitum tribunus militum siue tribunus plebis haec ex prima parte hoc est ex nominatiuo 26 sunt *om.* 27 parte *addidi* declinantur 28 sanatus consultum, *corr.* -consulti sanatus consulto sanatus ergo 29 sine declinatione] *cf. de toto hoc loco etiam Pomp. p. 179, 3 seq.* 30 Haec inuenimus] *cf. Pomp. p. 207, 21*

Digitized by Google

parte declinantur, ut quisquis *cuius*cuius *cui*cui quemquem o *quisquis* a quoquo et pluraliter quiqui quorum*quorum* quibusquibus uel quisquis quosquos o *quiqui* a quibusquibus. Apud Ciceronem inuenitur sic declinatum 'cuicuimodi est' et apud Terentium ita inuenitur: 'quemquem naucta sis'. Item sunt pronomina, quae priore tantum parte declinantur et posteriore non declinantur . . . . . . quis uero declinatur ‖ f. 116ᵃ ‖. Item Virgilius Maro dixit: quorundam pronominum compositiones aut praeponuntur, ut aliquis siquis; aut subiunguntur, ut quidam egomet. Multa siquidem pronomina conponuntur, ut egomet tumet hicce haecce hocce quisquis quaequae quodquod uel quicquid, quisnam quaenam *quodnam*, quislibet quaelibet quodlibet, quiscumque quaecumque quodcumque, quisque quaeque quodque, quispiam quaepiam quodpiam uel quidpiam, quisuis quaeuis quoduis, quisquam quaequam quodquam. Item Virgilius iterum de pronominibus conpositis dixit: ego pronomen finitum conpositiones duas recipit; uel cum illud duplicatur, ut egoego, uel cum met syllabam recipit, ut egomet; sic tutu tumet, sese semet. Sunt item pronomina interrogatiua conposita cum aduerbio interrogandi ne, ut hicine haecine hocine; sic enim dicimus hicine, quasihicne, haecine haecne, hocine hocne. In Deuteronomio legitur: haecine reddes domino? quasi dixisset interrogando 'nonne haec reddes domino?' Item Iram rex Tyri ad Salomonem dixit: haecine ciuitates, quas dedisti mihi? Est autem unum pronomen conpositum ex duobus corruptis, ut idem, idest is et homo. Inde Isidorus dixit: 'is homo' conpositum 'idem' facit. De hoc pronomine etiam Donatus dixit: Nam idem; quod constat ex duobus corruptis conpositum, cum producitur, masculinum est 'īdem'; cum corripitur, neutrum est 'ĭdem'. Nec non Pompeius de hoc pronomine ita pronuntiat: Item pronomen est utriusque numeri commune et utriusque generis, idest masculini et neutri, sed temporibus et pronuntiatione discernitur. Idem si uolueris corripere, neutrum est, ut ĭdem tempus, ĭdem mancipium. Priscianus: tria tantum inter se pronomina conponuntur, iste hic, ut istic istaec istoc; is uero cum aduerbio conponitur, ut idem, quod significat is et demum, ex

1 ut qui quis cuius cui quemquem  o a quoquo  2 quorum  3 o a quibus quibus  cyceronem] *cf. Pomp. p. 207, 32*  4 terrentium] *cf. Pomp. l. l. 29*  inueniuntur  6 declinatur  declinantur] *Lacunam expleas secundum Pompeium p. 207, 35*: ut est illud quispiam, piam non declinatur  7 Virgilius Maro] *Non inueni apud Maium.*  10 hicque  haecque hocque  11 quoduam *om.*  14 Virgilius] *p. 25 Mai.*: Hoc tamen pronomen expositiones duas recipit *etc.*  16 met et  17 tute *Maius*  18 neut hicinę  20 deuteronomio] *XXXII, 6*  21 none hac reddas  22 haecines] *Reg. I 9, 13*  23 idem idem is  24 isydorus dorus] *De hoc Isidori loco, qui in originibus non extat, cf. praef.: 'De Isidoro grammatico'.*  his homo  25 Donatus] *p. 380, 22*  28 Pompeius] *p. 208, 1*: pronomen est utriusque generis, idest neutri et masculini, sed temporibus *etc.*  30 Idem si uolueris] *cf. Pomp. p. 208, 4. 5, unde non dubium est, quin ante 'si uolueris' lacuna statuenda sit.*  31 Priscianus] *cf. I p. 589, 11 seq.*  trea  32 item se  is uero] in suo

Digitized by Google

quibus conponitur femininum eadem et neutrum idem i correpta, quae in masculino producitur, in neutro autem corripitur: inde geminatur conpositio identidem.

Personae pronominum quot sunt? Hoc est tres. Quae? Prima persona, quae de se loquitur, ut ego; secunda, ad quam prima loquitur, ut tu; tertia persona, de qua quis loquitur, ut ille; sed persona prima et secunda generis communis sunt, hoc est trium generum, tertia autem persona ille masculini generis est, femininum autem in a mittit illa et neutrum illud. Hoc autem pronomen finitum tertiae personae, quod est ille, aliquotiens in minus quam finitum cadit, ut est in Virgilio:

Ille ego qui quondam fragili modulatus auena.

Pompeius dixit: si ille finitum pronomen est, quid opus fuerat, *ut* inter ‖ f. 116b ‖ poneretur ego? Inde ostendit hoc ipsum pronomen, quoniam non satis finitum est. Ergo ista sunt duo praecipue finita pronomina, ego et tu. Ipse uero et ille et idem minus quam finita sunt.

Casus pronominum quot sunt? Sex, sicut et nominum: nominatiuus hic, genetiuus huius, datiuus huic, accusatiuus hunc, uocatiuus *o hic*, ablatiuus ab hoc, et pluraliter hi horum his hos o *hi* ab his. Sed non omnia pronomina per omnes sex casus declinantur: inuenitur enim pronomen, sicut Pompeius dicit, ubi unus casus desit, idest uocatiuus, ut ego mei mihi me a me. Plerique interponunt o, ut ego mei mihi *me* o a me, ut hoc ipsum o articulus sit uocatiui casus; tamen falsum est docente Astyagio: non potest fieri, ut o pronomen sit uocatiui casus, quoniam uocatiuus singularis debet aliquid differentiae habere a uocatiuo plurali. Omnis enim articulus per omnes casus necesse habet in singulari numero aliter declinari et aliter in plurali, ut puta hic huius huic hunc o ab hoc, hi horum his hos o ab his. Hi omnes casus in singulari et plurali numero inter se ipsos diuersi sunt. E contrario in isto uocatiuo, qui facit 'o Turni' siue 'o tu' et 'o uos', idem articulus est. Et idcirco illud etiam sequendum est, ut hoc dicas, o interiectionem aut certe aduerbium esse, quod iungatur uocatiuo casui. Ceterum articulus uocatiui casus non potest dici. Item habes pronomen, ubi non inuenis nominatiuum et uocatiuum, ut est sui sibi se a se. Quattuor casus habet utriusque numeri communes, nominatiuum autem et uocatiuum non habet. Inueniuntur etiam aliqua pronomina, quae omnino non habent nisi singulos casus, ut cuius cuia cuium: in his pronominibus nec nominatiuus inuenitur nec aliquis

---

3 idemtidem 5 ad quam] aliquam ut tui 8 genus 9 teriia 11 condam modolatus 12 Pompeius] *p. 202, 30* 13 ut *om.* 15 due praecipua 16 ide 17 quod 18 o hic *om.* 19 o ab non omnia] nomina 21 Pompeius] *p. 209, 1* 22 mihi o 24 astiagio] *cf. Pomp. l. l. 5* uocati 26 Omnis enim] *cf. Pomp. l. l. 14 seq.* 29 e contrario] *cf. Pomp. l. l. 13* 30 Et idcirco] *cf. Pomp. l. l. 21* 32 potest] est 33 Item habes] *cf. Pomp. l. l. 26* 35 Inuenitur] *cf. Pomp. p. 210, 14* 36 quod

Digitized by Google

alius, nisi genetiuus tantum: cuius enim genetiuus singularis est, ut cuius filius est . . . . . . ipsius filius; sic quando dico 'cuia est filia', genetiuus singularis est, tale est ac si dicam 'illius filia'. Item cuium genetiuus singularis est, ut in Virgilio:

Dic mihi Damoeta cuium pecus an Meliboei,

nouo more introductus est iste genetiuus, quoniam *a* regulis recessit, quia nullus genetiuus inuenitur in a aut in um terminatus in nomine uel in pronomine aut in participio exceptis his 'cuia cuium'. Nec putes alium esse casum, nisi genetiuum: ergo, sicut dictum est, inuenitur pronomen, ubi genetiuus solus, ut cuius cuia cuium. Inuenitur accusatiuus tantum ceteris deficientibus, ut est eccum eccam ellum, nec possumus inuenire alios aut umquam possumus dicere eccus ecci ecco. Quamuis apud ueteres haec pronomina declinata inueniuntur, hoc est cuius uel cuia aut cuium tribus casibus, ellus uel ella aut ellum tetra casibus, sic etiam eccus aut ecca siue eccum penta casibus ueteres declinabant, ‖ f. 117[a] ‖ sed modo unius casus est pronomen.

---

1 genetiuum 2 filius est] *Lacunam sic fere expleas:* tale est ac si dicam, *cf. seq.* 3 cuium] cuius 4 in Virgilio] *Ecl. III 1* 5 damueta 6 ore quoniam regulus, *corr.* -lis 7 terminatum 8 participia putas 9 casus 10 inuenitur] *cf. Pomp. 210, 30* 11 dificientibus possimus 12 aut umquam possumus] aut quid possum *cod.* numquid possumus *Pompeius Keilii* eccius uel eccus 13 inueni[un]tur 14 eccum 15 siue ellum 16 unius casus] in us unum sunt. *De postremis cf. Virgilium Asianum p. 138 Mai.*

# IIII

# PRIMAE EXPOSITIONES SERGII DE PRIORIBVS DONATI GRAMMATICI VRBIS ROMAE.

|| f. 140b || Oratio est oris ratio, idest oris eloquutio, Eloquutionis significationes octo sunt tantum; quicquid loquimur, VIII habet significationes, plus non habet. Dic quod uis de his octo: inuenies aut nomen aut pronomen aut uerbum et cetera. Vt puta si dicas 'uolo ire ad forum et uidere amicum', uolo uerbum est, ire uerbum est, ad praepositio est, forum nomen est, et coniunctio est. Ideo ergo definitae ita sunt eloquutionis nostrae partes VIII, *quia*, quicquid loquimur, VIII habet significationes. Quare ita uocatae sunt, dico. Nomen dictum est hac ratione, quod res uniuersas nobis notas significat. Nulla enim res est, quae nomen non habeat, unde scire possumus, quo *modo* uocetur . . . . . nisi audiremus. Ergo singularum est rerum notitia. De nomine pronomen nascitur. Quare autem pronomen dictum sit aut uerbum, suis locis dicemus. Nomen quid sit, nemo sic definiuit, quemadmodum Donatus ait: Nomen est pars orationis cum casu corpus aut rem proprie communiterue significans. Nullum enim nomen potest sine casu inueniri, idest sine casuum declinatione. Nomen aut corporale aut incorporale. Corporale est, quod uideri et tangi potest, ut puta scamnum et alia: et uidetur et tangitur et corporale est. Incorporale autem est, quod nec uidetur nec tangitur, ut puta pietas iustitia dignitas. Sed philosophi aliter disputant.

---

*Cod. Bern. 207 f. 140b—148a* *Titulus sub calcem fol. 140a is est:* incipiunt pmae exptiones serg. de porib; donati grāmatici urbis romae; *fol. 140b man. rec. saec. XV scriptum est:* prime expoēs sergii de porib donati. 1 Oratio est] *cf.* [*Sergii*] *explan. in Donatum p. 487, 23 seq. K.* eloquutiones 6 difinitae eloquutiones ure 7 quia *addidi* 10 quo uocetur nisi audiremus] *Lacunam indicaui, quia auctor:* 'quod non sciremus nisi nomina audiremus' *uel simile quid scripsisse putandus est.* 12 dicemus] dūs 13 Donatus] *p. 373, 2* 14 propriae communiterne 19 filosophi

Praeterea omne nomen aut proprium est aut appellatiuum. Singulorum hominum proprium; appellatiua, quae multarum *rerum*, ut arbor domus templum et alia. Ergo nos docemus et in hac definitione, nullum esse nomen, cui haec non tria accidunt, ut casum habeat, *et* aut corporale sit aut incorporale, *et* aut proprium sit aut appellatiuum, ut puta Achilles: ecce habet casum et uidetur et tangitur *neque* multorum, *sed singulorum* proprium est.

Nomini quot accidunt, idest per quot partes nomen indicatur? Proprie dicimus accidere illa, quae ad tractatum pertinent, idest partes sex: per qualitatem per conparationem per genus per numerum per figuram per casum. Qualitas est, quae ostendit nomen, utrum proprium an appellatiuum; aliud non licet. Si de proprio, fiunt partes quattuor, et de appellatiuo fiunt partes XXVII.

Conparatiui gradus sunt III: positiuus conparatiuus superlatiuus. Positiuus, ut doctus; conparatiuus, ut doctior; superlatiuus, ut doctissimus. Isti sunt gradus conparationis, sed positiuus uarias ha|| f. 141[a] ||bet regulas: aut in us exit, ut doctus; exit in a, ut docta; exit in um, ut doctum; exit in is, ut docilis; exit in e, ut docile; exit in ans, ut amans; exit in er, ut piger niger. Varias regulas et multas habet. Conparatiuus duas tantum regulas habet: exit in or et est communis generis, ut doctior; exit in ius et est neutri generis, ut doctius clarius mirabilius. Superlatiuus uero III habet regulas: aut in us exit, ut doctissimus; aut in a, ut doctissima; aut in um, ut doctissimum.

Quae nomina conparantur? Appellatiua, quia propria non possunt conparari nec appellatiua omnia. Non enim possumus dicere arbor arborior arborissima, homo homonior homonissimus. Ergo uidenda sunt, quae recipiunt conparationem. Quae significant qualitatem aut quantitatem. Quot? Quattuor sunt species tantum, quae qualitatem et quantitatem significant, ex quibus tres qualitatis et una quantitatis. *Qualitatis* ergo species quae sunt? Ab animo a corpore extrinsecus. Omnia enim, quae ab animo trahuntur, recipiunt conparationem, ut stultus stultior stultissimus, sapiens sapientior sapientissimus. Item, quae a corpore sumuntur, recipiunt conparationem, ut niger nigrior nigrissimus, candidus candidior candidissimus.

Quae extrinsecus a fortuna, *ut* aut pauper sit aut diues aut honoratus: et ista recipiunt conparationem, ut mendicus mendicior mendicissimus, honoratus honoratior honoratissimus, honestus honestior honestissimus. A quantitate ergo species a mensura: longus latus altus paruus. Absque istis IIII partibus nulla res recipit conparationem.

2 rerum *addidi* 3 difinitione 4 haec non tres ut] aut et *addidi* incorporale aut 6 achilis etē tangitur multorum ergo proprium est 8 quod accidunt 16 conparationes, *corr.* -nis 20 comuni 24 quia] quae 25 arbior arbissima (or *suprascr.*) 28 q IIII sunt 29 qualitatis *addidi* 35 ut *addidi* honeratus

Conparatiuus cui casui seruit? Ablatiuo sine praepositione. Raro hic **D o n a t u s** tractauit. Dicit enim conparatiuum tres casus habere: aut ablatiuum aut septimum casum aut nominatiuum; aut ablatiuum, ut doctior ab illo; *aut* septimum, *ut* doctior illo. Inter ablatiuum et septimum hoc interest, quod ablatiuus habet praepositionem, septimus non habet, ut 'melior a te' ablatiuus, 'melior te' septimus. Aut nominatiuum cui conparatiuus non iungitur, nisi interposita 'quam' particula, ut 'doctior hic quam ille', 'doctior Cicero quam Vergilius'. Sed nisi interponas 'quam', non potes iungere nominatiuo. Haec est mira loquutio, ut conparatiuum septimo casu ponamus, ut doctior illo.

Superlatiuus || f. 141$^{b}$ || cui iungitur? Genetiuo tantum plurali. Sed si possit genetiuo singulari iungi, an non, **i n s e c u n d a a r t e** considerabimus.

Genera nominum quot sunt? Quattuor, masculinum femininum neutrum commune, ut hic magister haec Musa hoc scamnum. Commune est, quoties masculinum et femininum unum casum habent, *idest* nominatiuum, similem. Omne genus est, *quando* nominatiuus casus tria genera suscipit, ut hic et haec et hoc felix. Epicoenon est, *idest* promiscuum, ut aquila coruus, quod duorum generum est. 'Canem' quoque si dixerim esse duorum generum, generis tamen communis est, quod articuli demonstrant. Quid ergo intererit inter commune et epicoenon? Hoc interest: commune id erit, ubi uisu discernuntur sexus, ut hic et haec canis: pro qualitate generis adiungo illa pronomina, quam uisu discerno. Epicoenon autem erit, quod uisu discerni non potest. Nam si uideam aut aquilam aut coruum aut piscem aut mustelam, discernere non possum: idcirco ubi uisu non discernimus sexum, epicoenon dicimus.

Praeterea et illud est discretionis, quod, si fuerint nomina communis generis, diuersos habent articulos; si epicoeni generis, unum articulum tantum, ut hic et haec canis: epicoenon non possum dicere, quomodo, si 'aquila' aut masculini aut feminini fuerit generis, tantum 'haec' aquila dico et non licet mihi mutare articulum. Nam si mutauero, incipit esse commune.

1 Raro hic Donatus] *His uerbis auctor significare uult, Donatum multo plura praecepisse, quam quae ipsis illis uerbis (p. 355, 12) contineri uideantur; primo enim de ablatiuo ipso sine praepositione, hoc est de septimo, eum cogitasse, p. 355, 12; deinde de ablatiuo cum praepositione iuncto, hoc est de eo casu, qui proprie dicatur ablatiuus, eum egisse, p. 375, 4: denique de nominatiuo, p. 375, 11.* 3 docior 4 aut *addidi* ut *addidi* 6 ablatiuo aut nominatiuum] aut nm̄ 9 Haec est mira loquutio etc.] *Miratur auctor, ni fallor, Donatum in arte I de septimo, qui dicitur, casu solo agere, cum in arte II ablatiui insuper et nominatiui mentio fiat.* 11 ḡtiuū 12 genetiuum singularem consideraumimus 15 comune, *sic fere semper* 16 idest *addidi* 17 quando *addidi* nominatiuus casus] nomen id cas̄ 18 epoecenon, *semper* idest *addidi* 19 tamen] tm̄ 23 $\overset{ad}{\text{iungo}}$ quam] quae 27 preterea comuni 28 ararticulos erisenon id unum 29 quomodo] qm̄ 30 tantum] ut

Numeri sunt duo, singularis ut 'hic magister', pluralis ut 'hi magistri'. Quod autem alii putant, in secunda arte uidebitur. Figurae accidunt duae, simplex et conposita. Simplex est, quae natura uenit; conposita, quae ex arte descendit, ut puta: felix naturale est: conpone illud, infelix: clarus praeclarus, uoco reuoco. Quoties res est una, simplex dicitur et naturalis; quoties ex duabus rebus constat, conposita. Hae figurae modis IIII fiunt: ex duobus integris, ut suburbanus: 'sub' praepositio, 'urbanus' nomen est. Ex duobus corruptis, ut efficax: 'ef' pro e, 'ficere' pro facere corruptum est. Ex integro et corrupto, ut insulsus: 'in' praepositio, 'sulsus' pro salsus. Ex corrupto et integro, ut nugigerulus: 'nugi' corruptum, 'gerulus' integrum est.

Casus VI sunt: nominatiuus et cetera. Sed nolo tractare et dicere, quot sunt casus uel quare ita uocati uel positi sunt: nam in altera arte dicturus sum, quod nominatiuus et uocatiuus recte appellantur. Ablatiuus singularis regit casus pluralis numeri genetiuum datiuum ‖ fol. 142ᵃ ‖ et ablatiuum. Plurales quomodo tres uel quattuor casus declinentur, ablatiuus docet singularis, qui utique quinque uocalibus litteris terminatur; a, ut ab hac Musa; e correpta, *ut* ab hoc pariete; *e* producta, ut ab hac specie; i, *ut* ab hac puppi; o, *ut* ab hoc docto; u, *ut* ab hoc cornu. Ex ablatiuo ergo colligimus, qualis debeat esse genetiuus et datiuus et ablatiuus pluralis. Nam si *in a* aut in o terminatur ablatiuus, addita rum facit genetiuum pluralem, ut puta ab hac Musa harum Musarum, ab hoc docto horum doctorum; datiuum et ablatiuum in is: his et ab his doctis, his et ab his Musis; et si e fuerit, uaria ratio est. Nam aliquando corripitur, aliquando producitur. Si uero correpta, tolle ablatiuo ipsam e et addis um uel ium et facis genetiuum pluralem, ut puta ab hoc patre horum patrum, ab hac clade: tollo e et pono ium et facio genetiuum pluralem 'harum cladium'. Si e producta fuerit in ablatiuo, addita rum facit genetiuum pluralem, ut ab hac specie: addita rum facio genetiuum pluralem 'harum specierum'. Sed siue correpta siue producta fuerit, datiuum et ablatiuum in bus mittit, ut patrum patribus, specierum speciebus. Scito autem, unde potes colligere, quando in ablatiuo e corripitur et quando producitur, deinceps collige genetiuum singularem. Nam si genetiuus e habuerit ante ultimam litteram, ablatiuus longus est, ut haec species haec res *haec spes* huius speciei rei spei. Aliter in ablatiuo breuis est, ut ab hoc patre, quando non habet genetiuus e, sed i, *ut* huius patris. Si in ei genetiuus exeat, in ablatiuo producitur; si aliter, corripitur. Si i habuerit ablatiuus singularis, addis ium

1 hii 5 preclarus 6 haec 8 efficax efficere et facere corruptum est 15 plurales genetiuo datiuo et ablatiuo 16 quomodo id tres 17 uocales 18 correpta ab hoc pariete producta 19 ut *ter addidi* pupi 20 genetibus 21 in a *addidi* 22 genetibum 29 rum et facio 32 quam in ablatiuo 35 haec spes *om.* 36 quando non *etc.*] aliter ñ (*corr.* qñ) habet genetiuus si e sed huius patris si in e id genetiuus exeat i ablatiuus producitur aliter si corripitur 38 singularis] si non

Digitized by Google

et facis genetiuum pluralem, ut ab hac puppi harum puppium; datiuo et ablatiuo in bus, *ut* his et ab his puppibus. Si u fuerit ablatiuus terminatus, addo um et facio genetiuum pluralem, ut ab hoc fructu horum fructuum, datiuum et ablatiuum in bus, *ut* his et ab his fructibus.

Illud scire debes, quod omne nomen, quod est in rerum natura, in quinque declinationes cadere potest; aut ae diphthongon habet in genetiuo singulari, ut poeta poetae; aut i, ut puer pueri; aut is, ut pater patris; aut us, ut fructus huius fructus; aut ei, ut species speciei.

Scire quoque debes, quoniam quaecumque nomina aut Graeca aut Latina inuenies, quae ab istis declinationibus non flectuntur, uere non subiacent regulis et ana|| f. 142[b] ||logiam non seruant † et quicquid nobis prodest scire hoc praeter nimium conpendium..... Nam cogita, quanta sunt nomina in rerum natura. Tamen quodcumque nomen inuenio, naturaliter in istis declinationibus continetur.

Igitur quando tibi proponitur nomen, nihil aliud quaeras, nisi genetiuum: ad similitudinem nominis datur declinatio. Nam quomodo *unum* nomen declinatur, sic omnia eiusdem formae, ut puta in ae desinit *poeta* genetiuo huius poetae: sic et omnia dicuntur, quorum genetiuus in ae exit, ut Anchises Anchisae Anchisae Anchisam Anchisa Anchisa, quomodo poeta et Musa secundum ipsam regulam declinatur. Sed quod inuenimus apud auctores 'hunc Anchisen', istius regulae Latinae non est, sed Graecae. Poeta enim Vergilius probat, qui, *ut* uult, modo utitur Latina declinatione, ut:

Anchisa generate, deum certissima proles

et:

Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo;

modo regula Graecae declinationis, ut:

Anchisen facio certum remque ordine pando.

Tu autem, qui orator non es, quid uis declinare Graece, cum habeas Latinam declinationem? Tamen si uis Latine, hunc 'Anchisam' aut 'Orestem' dicis; si Graece, 'Anchisen' aut 'Oresten'. Quomodo autem sunt tota Graeca, tota Latina, alia inter Graecam Latinamque formam, in secunda arte tractabitur.

2 in bus his 4 in bus his 6 diptongon in genetiuum singul 9 greca 11 et quicquid] *Locus corruptus et lacunosus ita emendari atque refici possit:* sed quamquam nobis prodest scire hoc, propter nimium conpendium omittendum est; nam cogita 13 quaecumque nm̄ 15 quando] qm̄ praeponitur 16 unum *addidi* 17 poeta *addidi* 19 ancises *etc.* 21 ancisen ¡ grecae 22 qui ut] quo utitur] ut ita 24 Anchisa] *Verg. Aen. VI 322* ancisẹm generate facite dm̄s regula modo greca declinationis ut certissima prole adorat et coniugium ancisim ueneris dignitate super 26 coniugio] *Verg. Aen. III 475* 28 Anchisen facio] *Verg. Aen. III 179. Quem Vergilii locum ideo in textum recepi, quia ex eorum numero, in quibus Graeca eius nominis forma usus est, nullus magis congruere uidebatur cum misellis loci corruptissimi reliquiis (facio certum = facite, ordine = adorat).* 29 grece 30 ancisam 31 ancisen greca 32 grecam



Digitized by Google

## DE PRONOMINE.

Pronomen quid est? Pronomen hac ratione uidetur dictum, quod fungitur officio nominis, ut sit pronomen res posita pro nomine. Et scias, quomodo pronomen fungitur officio nominis. Si ita dicas: 'Cicero scripsit sectas Verrinas, ipse scripsit sectas et Philippicas', ecce 'ipse' pronomen et positum eo loco, ubi possit nomen poni. Ergo ne nominis iteratio fastidium procrearet, pro illo nomine 'Cicero' pronomen 'ipse' positum: 'ipse scripsit Philippicas' et tantum hoc significat nomen, ac si dixeris 'Cicero'. Ideo dictum est pronomen, quod loco nominis esse potuit: ubi nomen esse potuit, ibi positum est pronomen . . . . . . Nam si hoc 'ipse' significat pronomen, quod significat nomen 'Cicero', quasi una pars orationis et non debuit discerni. Sed hoc interest, quod nomine posito plena est eloquutio, in pronomine non est plena. Nam quando dico 'Cicero scripsit Verrinas', plena est eloquutio; quando dico 'ipse scripsit Philippicas', semiplena.

Pronomini quot accidunt? Quae etiam nomini absque una re. Conparatio accidit nomini, pronomini autem numquam. Persona accidit pronomini, nomini numquam. Qualitas genus numerus figura casus utrique communia || f. 143ª ||.

Qualitas pronominum in quas diuiditur partes? Omne nomen aut proprium est aut appellatiuum, sic omne pronomen aut finitum aut infinitum. Quod est finitum? Quod definit personam nec patitur nos errare, sed constringit ad unam significationem. Quando dico 'ego', numquid potes ipsum uel istum uel alterum intellegere? Quando dico 'tu', quid intellegas alium nisi te solum? 'Ille' sine dubio intellegendus est.

Finita ergo pronomina ista sunt tantum: ego tu ille, quae definiunt certas personas. Prima persona 'ego' semper finita est, 'ille' uero tertia persona aliquando non finita est. Nam si praesens sit ille, de quo dicitur, tunc 'ille' pronomen finitum est. Si autem de absente sit relatio, 'ille' erit infinitum, ut puta, siquis potest et 'ille et iste' esse.

Ideo dicitur infinitum pronomen, quod non definiuit certam personam; ergo ista est qualitas, quae diuidit pronomina: aut finita facit aut infinita, sed finita III sunt, reliqua omnia infinita dicuntur.

De genere. Accidit genus masculinum quis, femininum quae, neutrum quod, commune ex duobus generibus: qualis uir qualis mulier, talis uir

2 pronomen ac   5 scribsit id sectas uarrinas ipse scribsit rectas et philipsicas sectas] *An Graecum τόμος interpretatus est? cf. praef.*   8 scribsit philipsicas   10 *Post* est pronomen *nonnulla de aequo nominis et pronominis iure intercidisse uidentur, quibus pronomen inmerito inter octo partes orationis uersari auctor contenderat.*   11 quod] quae   14 scribsit uerrinas   15 scribsit philipsicas   19 communia] *Secuntur in codice uerba*: nomen pronomen hii sunt ex ordine, *quorum sensum non expedio.*   22 quod] quae   quae difinit   26 difiniunt   29 tunc] hoc   31 quod] quae   difiniuit   33 IIII, *corr.* III

Digitized by Google

talis mulier; ex tribus generibus, ut puta hoc dicere: tu uir tu mulier tu mancipium.

De numeris. Numerus accidit singularis hic, pluralis hi.

De figura. Accidit figura, ut in nomine, sic etiam in pronomine simplex et conposita. Simplex, ut quis; conposita, ut quisquis quispiam quisnam.

Accidunt personae. Sunt personae, quae finita pronomina. Accidunt casus pronominibus, sicut et nominibus. † Id pronomen in nota nec adiectio et nolo tractare nec declinare, sed tantummodo hoc dico: hoc debet fieri, illud debet fieri, et non dico, quare sic declinatur.

Dicimus pronomina aut finita aut infinita esse. Finita sunt illa tria, ut ego tu ille. Infinita uero pronomina IIII species habent; aut infinita sunt aut minus quam finita aut articularia aut possessiua. Infinita dicuntur, quae penitus non definiunt personam, ut puta quis quae quod: haec infinita sunt.

Minus quam finita, quae medium aliquid habent inter finitum et infinitum: minus significant a finito, plus significant ab infinito, ut puta 'ipse': quando 'ipse' dico, neque scis, de quo dicam † uel de arte, neque iterum licet tibi uagari: 'ipse sit uel ille', sed ad eum referes ipsam rem, qui iam notus est, ut puta: 'Vergilius scripsit Bucolica, ipse scripsit Georgica', qui 'ipse' sine dubio Vergilius est, quod, quando dicimus 'ipse scripsit', pro nomine positum 'Vergilius' non potes referre ad Ciceronem aut ad Salustium, sed ad illud, cuius nomen proprium nomi | fol. 143ᵇ || naueras. Hoc possimus de illo pronomine tractare: hoc est minus quam finitum, quoties pronomen refertur ad nomen praemissum: 'Cicero scripsit, ipse etiam hoc fecit'. Numquid 'ipse' possum intellegere pro Cicerone 'Vergilius'. Pendet a superiore nomine. Hoc est ergo pronomen minus quam finitum: commemorationem facit eius personae, de qua iam locutus est.

Articulare dicitur, quod declinatur cum nomine et cum pronomine; *cum nomine:* hic Aeneas huius Aeneae; cum pronomine declinatur: hic ipse huius ipsius.

Possessiua, quae nos aliquid possidere significant, ut meus tuus noster uester et alia. Istae sunt species omnium pronominum. Omnia pronomina aut finita sunt aut infinita. Finita sunt, ut ego tu ille etc.

---

3 de numeribus hii 9 nec] cum tantomodo 10 declinatio 11 tres 14 paenitus difiniunt quisque quod 17 a finito plus significant *in marg. suppl. m. I* 19 referres 20 scribsit bocolica scribsit, *semper* 22 positus non potest 25 finita, *corr.* tum refertur et nomen promissum 27 pendit 28 comemorationem fecit persone 31 cum nomine *addidi* cum pro nomine 35 ut ego tu ille] *Sequitur pronominum XXI enumeratio secundum Pompeium p. 201, 30 seq.*

Digitized by Google

## DE VERBO.

Pars ista utilis est. Nam quo frequentior est, *qua* in Romana lingua utimur, eo magis utilis, sed modice est in hoc loco dictum: 'Verbum est pars orationis habens tempus et personam casu carens'. Nihil uerius est, *quam* quod uerbum et tempus et personam habet simul et casu caret. 'Lego' quando dico, tempus praesens et persona prima: nullum enim uerbum est, ubi non tempus et persona simul sunt; casus nullus. Qua ratione fit, ut simul sint tempus et persona et casu careat. Nam si habeat casum, participium fit; si habeat solam personam, fit pronomen. Ergo si tempus et persona simul sit et casu careat, tunc est uerbum. Ceterum si separes aut tempus aut personam, aut participium fit aut pronomen. 'Lego' utrumque tempus et personam et nullum casum habet. Verbum autem dictum est hac ratione, quod lingua aerem uerberet et inde nascitur elocutio. Sed pronomen de uerberato aere et motu linguae similiter fit. Et quare specialiter ista pars sibi hoc nomen adsumpsit? Hac ratione, quia in elocutionibus frequenter hoc utimur: inuenies enim multa uerba et uix unum nomen et pronomen, ut puta si feceris elocutionem, ut ante praedictum est, 'uolo ire ad forum et uidere amicum': 'uolo' uerbum est, 'ire' uerbum est, 'ad' praepositio est, 'forum' nomen est || f. 144ᵃ |, 'et' coniunctio est, 'uidere' uerbum est, 'amicum' nomen est. Vides, quot uerba praeposita inueniuntur et uix unum nomen et alia pars orationis. Ergo quod frequenter hoc utimur, principale hoc nomen accepit, ut puta dicere 'oratio de suppliciis'. Numquid illic tantum de suppliciis loquitur, sed *et* de auaritia dicit et libidine. Sed quod frequenter de suppliciis loquitur, ideo appellauit 'de suppliciis'. Ergo non quod solum pars ista motu linguae et uerberato aere fit, ideo dictum est uerbum, sed quod ipsa praecipue utamur; in tantum autem uerbum, ut hodieque dicamus: 'uerba facit in senatu': utique *si* loquimur, et nomine et participio et omnibus partibus orationis utimur, sed ab illa, quae frequentior est, appellatur oratio *uel* eloquutio. Verbo accidunt VII, qualitas coniugatio genus et cetera. Qualitas uerbi in duas diuiditur partes, in modos et in formas. Modi sunt, quemadmodum casus nominum; quemadmodum dicimus hic Aeneas huius Aeneae, quod flectitur hoc nomen per casus, sic etiam uerbum per modos flectitur.

Aliter enim modus indicatiuus, qui et pronuntiatiuus est, aliter imperatiuus, aliter optatiuus, aliter coniunctiuus et cetera. Ergo quot sunt

2 qua *addidi* 3 eo quod magis dictum] dicitur 5 quam *addidi* 8 fit] sit 9 fit] facit *bis* 10 cetera 11 fit] facit quod] quae 14 fit] sit 15 Hac] et quia in elocutionibus frequenter] qu'ae locutionibus qu'a frequenter 16 multa] IIII 17 et pronomen] *Malim* aut, *sicut et infra 21* aut alia pars ut ante praedictum est] *p. 143, 4* 23 diceretur de supplicis, *sic semper* numquid] *cf. p. 149, 26* 24 et *addidi* quod] quae 25 ergo quod non 26 fit] sit 27 autem] hoc ut hod quae 28 si *addidi* et nomen et participium 30 uel *addidi* 31 uerbi 32 dicimus *in margine* 36 coniunctatiuus, *sic semper*

Digitized by Google

in uerbo modi? Pronuntiatiuus imperatiuus coniunctiuus, per quos casus sunt uerborum. Sunt autem modi plurimi, idest indicatiuus imperatiuus promissiuus optatiuus coniunctiuus infinitiuus inpersonalis et gerendi; VIII modi sunt, sed modo de solis V tractat, non de omnibus VIII. Nam et isti † et genera uel sunt modi et semper sunt.

Indicatiuus: per ipsum indicamus, quae agimus, ut puta: quid facis? expono dormio lego scribo et alia; indico tibi, quod facio. Imperatiuus, per quem imperamus, ut puta: lege expone, ab imperando. Optatiuus, cui aduerbium optantis addimus: · utinam legerem res, utinam dicerem res. Quoniam coniungitur uerbo ista particula, hinc dicitur modus optatiuus.

Coniunctiuus modus est, non quod sibi 'cum' adiungat: cum legero cum dixero, sed quod iungit sibi aliquid uerbum ad premendam eloquutionem suam, ut puta 'cum legero, indigeo': adhuc pendet; 'cum dixero, faciam dormiam'. Ergo nisi addas aliud uerbum 'faciam', illud pendet. Ideo dictus coniunctiuus, quod sibi addit alteram eloquutionem ad premendum sensum; si hoc non esset, et optatiuus, qui habet 'utinam', debuit et ipse dici coniunctiuus.

Infinitiuus modus, ‖ fol. 144[b] ‖ quod non definiat certas personas, ut puta legere: nescis, quam personam significat, utrum primam an secundam an tertiam; de uerbo, quod habet secretas personas, et intellegis, quod illic diuiduntur personae III, ut 'legere uolo' 'legere uis' 'legere uult', illae personae mutuandae sunt. Ideo ergo dictus est infinitiuus modus, quod non definit personas certas.

Isti sunt modi, de quibus tractauit diuidende Donatus uel Sergius.

Inter infinitiuum et inpersonalem hoc interest, quod infinitiuus neque per modos currit neque per tempora, et adhibito uerbo patescit, ut dixi 'legere uolo' 'legere uis' 'legere uult'..... uel *in* indicatiuo tertia persona *siue in actiuo* siue in passiuo siue in deponenti siue in coniunctiuo uel in optatiuo.

Inpersonalis et per modos et per tempora decurrit, ut legitur legebatur et deinceps, et addito pronomine patescit, non uerbo, quomodo infinitiuus, ut puta legitur a me a te ab illo. Isti sunt V modi, de quibus tractauit Sergius: indicatiuus imperatiuus optatiuus coniunctiuus infinitiuus. De illis autem III inpersonali et gerendi et promissiuo postea uidebimus.

Formae sunt: qualitas diuiditur in duas partes, in modos et in for-

---

3 promisiuus 5 et genera uel] et generales? 7 quid, *corr.* quod *m. II* 9 optantis] hortantis legerem . rés 10 hinc] tunc 12 sed quod — cum dixero *add. m. II* 13 pendit 14 alium illa pendit 17 ipse dici] ipsi dari 18 non difiniat 19 quam] quae 21 diuidunt 22 mutandae 23 quod difiniat, *corr.* difinit 25 inter finitum quod finitiuus 26 adhibeo 27 uel indicatiuo *etc.*] *Haec ad definitionem inpersonalis pertinent, quare lacunam indicaui.* 28 siue in actiuo *addidi* 30 currit, *suprascr.* de *m. II* legatur, *suprascr.* eb *m. II*

mas. Diximus de modis, nunc de formis dicamus, quemadmodum istae formae intellectum tenent. Quid significant, uerbis ab ipsis formis cognoscimus: aliud est enim uerbum lego, aliud lecturio, aliud lectito, aliud calesco. Hae sunt formae et reuera habent quandam naturalem rationem. Omnis enim homo, qui uult aliquid agere, necesse est, ut hanc naturalem rationem sequatur. Primo enim secum cogitat; cum cogitauerit, incipit; cum inchoauerit, conplet; cum conpleuerit, si bona res fuerit, frequenter illam inpetit. Sic ergo dicuntur prima meditatiua, secunda inchoatiua, deinde perfecta, quarta frequentatiua, ut puta 'lecturio' non 'lego', sed 'legere uolo', 'scripturio' idest 'scribere uolo', 'esurio' idest 'edere uolo'; omnia ista meditatiua sunt. Inchoatiua, quae nos aliquid initiare ostendit, idest facere uel dicere, ut puta 'calesco' non est 'caleo', sed 'calere incipio', 'feruesco' 'feruere' incipio. Perfecta, ubi plenus est sensus, ut lego: nihil amplius habet, per quod quaeras ulterius, nec meditatiua est nec inchoatiua, sed perfectio et absolutio. *Frequentatiua*, quae nos saepe aliquid *facere* ostendit, *ut* 'lectito' saepe lego, 'cursito' saepe curro, 'dictito' saepe || f. 145a || dico. Haec est qualitas uerborum, quae diuiditur in modos et in formas.

De coniugationibus. Sic sunt coniugationes, quemadmodum declinationes nominum V sunt: prima declinatio in ae diphthongon genetiuum singularem mittit, secunda in i, tertia in is, quarta in us, quinta in ei. Quomodo ergo istae regulae regunt nomina, sic istae coniugationes uerba; iisdem legibus penitus plane quinque, quae ibi ostendunt coniugationes, sunt, quibus omni modo quaerendae sunt: tempus numerus modus persona *syllaba* siue littera.

Coniugationem ergo sic quaere tempore praesenti, numero singulari, modo indicatiuo, persona secunda, et in litteris uel in syllabis in actiuis uerbis et neutralibus, in passiuis, communi et deponenti. Quid est hoc, quod dico: 'amas' prima coniugatio? Nam coniugationes istae per litteras demonstrantur. Si a habuerit, prima est; si e, secunda est; si i, tertia est. Et quare prima est illa, quae *a*? Rationabilis est; nam quando dicimus istas uocales, quam primam, idest uocalem nominamus, nisi a, secundam e, tertiam i? Prima recte dicitur coniugatio, quod habet primam uocalem; secunda coniugatio, quod secundam uocalem; tertia, quod tertiam uocalem. Dixi quinque rebus inueniri coniugationes: tempore numero modo persona syllaba uel littera. Ecce amo as a habet: respice ad ea, quae

2 quod 4 ac sunt 5 agere *addidit m. II* hanc] hoc 6 enim *addidit m. II* 7 incoauerit 8 inpetit] repetit? Sic] si 10 scribturio esurio id 11 id facere 14 per quot 15 frequentatiua *addidi* sepe, *semper* facere *et* ut *addidi* 16 dicato 17 hec 19 diptongon genetiuus singularis 22 hisdem 24 syllaba *addidi* 26 uel in syllabis] *Post haec repetendum fortasse* in litteris, *et uersu sequenti ante* in passiuis: in syllabis 28 iste 30 illa est quae rationabilis] *fort.* et quare prima est illa? Quod rationabilis est 31 id uocalem 33 quae secundam tertia quae 34 coniugationum tempore numerum 35 uel syllaba littera

diximus et inuenies tempus personam numerum singularem modum indicatiuum litteram, ubi apparet coniugatio: ante litteram, quando actiua est; si passiuam facies, ante syllabam repperies a, amor amaris. Ergo si a fuerit, primam coniugationem facit; si e, secundam, ut doceo doces; si i fuerit, tertiam facit, unam littera correpta, ut lego legis, unam producta, ut nutrio nutris. Et unde intellegimus, quando correpta et quando producta? Primo modo imperatiuo: si in e miserit in praesenti tempore, correpta est; si in i, producta est. Secundo modo unde cognoscimus? De passiuo uerbo in secunda persona tempore praesenti modo indicatiuo. Si in passiuo e fuerit, correpta est; si i, producta est, ut puta lego legis, fac passiuum: legor legeris, et cum ante nouissimam syllabam e habet, ergo correpta est. Nam si i haberet, i produceretur, quomodo nutrio nutris, fac passiuum: nutrior nutriris, seruauit i: ergo quando e fit, correpta est; quando i seruat in passiuo, producitur. †Tertia coniugatio producta differentia est infinitiuo ‖ f. 145[b] ‖ modo; si paenultima syllaba i habuerit, producitur, ut nutrio nutris, fac infinitiuum nutrire, et cum ri longa est, et producitur syllaba. Sic ergo colliguntur coniugationes.

Prima est, quae a habet, ut amo amas; secunda, quae e habet, ut doceo doces; tertia, quae i habet correptam, ut lego legis, aut productam, ut nutrio nutris. Et quid opus est scire coniugationes praeter indicatiuo modo tempore futuro? †Nam inter coniugationes tantum uariae sit; a prima coniugatione et secunda in bo exit semper, amo amabo doceo docebo. Prima et secunda indicatiui modi futuri temporis in bo mittit. Tertia correpta in am semper, ut lego legam; tertia producta futurum uaria regula facit: aliquando in am et in bo simul, aliquando in bo tantum [aliquando in am et in bo]. Quando i ante o habet in prima persona indicatiui modi, ut puta nutrio audio: i ante o habet; ergo quod i ante o habet, futurum tempus et in am et in bo *mittit, ut puta* dicere 'audio audiam audibo': dixeris 'audiam', recte dicis et 'audibo', 'polio poliam polibo', 'nutrio nutriam nutribo'. Si i autem non habeat prima persona, sed e, idest ante o, futurum tempus in bo tantum mittit, ut puta 'eo ibo' 'exeo exibo': 'exeam' non possumus dicere. Hac ratione colliguntur coniugationes.

De generibus. Genera uerborum V: aut actiua aut passiua aut neutra aut communia aut deponentia. Actiua addita r faciunt ex se passiua, ut

---

1 persona numero singulari modo indicatiuo 2 ante *in margine* quando] quae 3 passiua 5 litteram correptam productam 7 modo *manu II in marg.* 10 puta] puto 12 habůerit 14 producetur Tertia coniugatio *etc.*] *Fortasse scribendum est*: Inter tertiam coniugationem productam et correptam differentia est in infinitiuo 15 penultima 19 correpta producta 21 Nam inter *etc.*] *Fortasse:* nam in tertia coniugatione tantum uarietas est 24 correpta *in marg.* 25 uarie 26 *Verba:* aliquando in am et in bo *per dittographiam orta uidentur.* in prima persona — ante o habet *in marg.* 27 indicatiuo (i supra o) modo (i supra o) 28 mittit ut puta *addidi* diceret 32 ac ratione

Digitized by Google

'lego legor'; at contra sublata r redeunt in actiua. Ab agendo dicta sunt actiua, a patiendo passiua. Nam neque actiua esse possunt, quae passiua non faciunt, neque passiua, quae in actiua non redeunt. Quod si aliqua ex ipsis non fecerint, iam neutra dicuntur, ut puta 'nato', quod non facit 'nator', neutrum est. 'Loquor' autem, *quod* non 'loquo' facit, deponens dicitur. Illa enim uerba neutralia actiuorum formam sequuntur, deponentia passiuorum. Est etiam uerbum, quod commune dicitur, quod et agentem et patientem significat et unam declinationem passiuam tantum habet: 'osculor criminor'; quando dico 'osculor', et agentem et patientem significo: 'osculor te', 'osculor a te'. Et unde discernimus? Casibus. Si enim accusatiuum iungas, agentis erit, si ablatiuum, patientis.

De numeris. Numerus singularis, ut lego, pluralis, ut legimus.

Figura simplex est aut conposita, ut lego neglego.

Tempora V ‖ f. 146ᵃ ‖ in uerbis: praesens praeteritum inperfectum perfectum et plusquamperfectum futurum. Praesens, quod agitur, lego. Inperfectum, quod agebatur quidem, sed conpletum non est, ut legebam. Perfectum, quod paulo ante conpletum est, ut legi; plusquamperfectum, *quod* olim conpletum est, ut legeram; futurum, quod imminet, ut legam.

Personae sunt tres, lego legis legit legimus legitis legunt.

## DE ADVERBIO.

Aduerbium est pars orationis, quae adiungitur uerbo. Ideo dictum aduerbium, quod sine uerbo numquam potest esse, ut puta 'cras' aduerbium, item 'hodie', sed nihil per se significat, nisi addas uerbum etiam, ut puta: 'cras faciam', 'iam dicam'; dico enim et facio uerba sunt. Ergo quod numquam sine uerbo, dictum est aduerbium.

Aduerbio accidunt III, significatio conparatio figura. Significationes multae sunt, quas habemus in arte. Sunt enim aduerbia loci hic illic et omnia illa, quae sunt in arte.

Conparationis III sunt gradus: positiuus conparatiuus superlatiuus ..... quod ea aduerbia, quae conparationem recipiunt, in positiuo gradu duas regulas habent, in conparatiuo unam, in superlatiuo unam.

In positiuo aut in e exeunt aut in r; in e, ut docte clare; in r, ut dociliter faciliter. Conparatiuus in us, ut docilius facilius clarius celerius et reliqua. Superlatiuus exit in e, ut doctissime excellentissime. Sed dicimus, quod positiuo duae regulae sunt: quaeritur, quando in e exeunt, quando in r, ut in arte secunda Donati habemus. Quae aduerbia

---

4 fecerint] fuerint 5 quod *addidi* facit *in marg.* 6 actiuorum] aeque, *suprascr.* aequam 7 nerbo 8 ut unam 12 numeri singularis 13 conpositum 14 presens preteritum 15 presens 16 ut legebam] *Pro hoc in cod. habetur* conplere lectionem 18 quod *ante* olim *addidi* legerem (a *suprascr.*) 29 superlatiuus] *Post hoc uerbum excidit, ut* notandum *uel* sciendum *uel* scias *uel simile quid.* 30 possitiuo 31 habet 36 Donati] *cf. p. 386, 1*

Digitized by Google

conparationem recipiunt? Quae dicuntur uenire a nominibus. Quae conparantur in nominibus? Diximus IIII species, quibus fit conparatio, ab animo a corpore extrinsecus a mensura, et in aduerbiis similiter ea recipiunt conparationem, alia nulla, ut puta ab animo: docte doctius doctissime, a corpore: nigre nigrius nigrissime, a fortuna: ‖ f. 146ᵇ ‖ misere miserius miserissime, a mensura: breuiter breuius breuissime. Ea aduerbia sane recipiunt conparationem, quae ducuntur a nominibus, *quae* conparatione non carent. Si enim sunt nomina aut participia, a quibus descendunt aduerbia, quae non recipiunt conparationem, neque aduerbia, ut puta 'Tullianus' aduerbium facit 'Tulliane', et quod non possumus dicere 'Tullianus Tullianior Tullianissimus', quod conparari non potest, *quod* tamquam proprium est, sic aduerbium non conparatur. Non enim dicimus 'Tulliane Tullianius Tullianissime'. Ergo ea aduerbia recipiunt conparationem, quae originem ducunt a nominibus conparationem recipientibus. — Accidit figura: simplex ut docte, conposita ut indocte.

De significatione. Aduerbia locolia: alia de loco, alia ad locum, alia per locum, alia in loco; *in loco*: hic sum illic, ad locum: huc illuc, de illo loco: hinc exeo, sed extra locum: illinc, per locum: hac illac. Quare dico, quod frequenter fiunt soloecismi, ut si dicas: 'uado ibo et ago nescio quid'. 'Vado' ad locum est, 'ibo' in loco. Et quomodo potest iungi uerbum, quod ad locum significat, aduerbio, quod in loco est? 'Intus' et 'foris' in loco est; 'intro foras' ad locum. 'Quo pergis? intro'; 'ubi es? intus'. Similiter 'quo uadis? foras eo'; 'ubi es? foris'. Sed 'intus' et 'foris' non solum in loco, sed etiam de loco, ut puta 'ubi fuisti? intus'; 'ubi fuisti? foris'. Iterum de loco 'unde uenis? intus'; 'unde uenis? foris uenio': non dicimus 'de foris' aut 'de intus'. Nulli enim aduerbio additur praepositio; 'intus' et 'foris' similiter et in loco et de loco proferuntur.

## DE PARTICIPIO.

Participium dictum est quasi particapium, quod partes capit; hoc enim partes a nomine, hoc habet a uerbo, ut puta 'amans' participium duo habet a nomine, duo et a uerbo habet. Amans generis omnis, sed hoc participium a nomine duo accipit, genera et casus. Nam quando dico aut 'hic amans' aut 'hoc amans', genus est; casus, quod facit 'hoc amans huius amantis'. A uerbo tempus et significationes accipit. Nam 'amans' tempore praesenti aliud est, aliud est 'amaturus'. A uerbo significationes, ut puta 'amatus' passiuo, uel *quae* de ‖ f. 147ᵃ ‖ ceteris uerbis inueniuntur. Ergo a nomine duo habet, genera et casus; a uerbo tem-

7 a nominibus conparatione non carent] *Possis etiam* carentibus *scribere* 10 ut pute tullius 11 tullius tullianior tĩnus quod quod *addidi* 14 conparationem] conparatiuum 17 alia in locum hic sum 19 solocismi 22 intro foras] intro eo 24 ubi puta 33 geñ est casu 34 significationis 35 presenti aliud est amans aliud 36 quae *addidi*

pus et significationem, ab utroque numerum et figuram. Numerum enim et nomen accipit et uerbum.

Participio accidunt VI, genus casus tempus significatio numerus figura. Genus aut masculinum est aut femininum aut neutrum aut commune, idest omne; ex duobus generibus numquam inueniuntur. Aut masculinum, ut doctus; aut femininum, ut docta; aut neutrum ut doctum; aut commune trium generum, ut hic et haec et hoc legens: ceterum ex duobus generibus *non* inueniuntur. Omne participium tempore praesenti trium generum est, ut dixeram. Omnia participia IIII sunt. Omne praesens in ans et in ens, ut amans docens; omne praeteritum in tus, ut amatus; omne futurum in rus et in dus, idest passiuum commune neutrum, ut amaturus amandus.

Significationes participiorum a generibus uerborum sumuntur, quarum V sunt: actiua passiua neutra communia deponentia.

Ab actiuo II sunt, praesens et futurum, ut legens lecturus; a passiuo II sunt, praeteritum et futurum in tus et in dus, ut scriptus scribendus; a neutro II, sicut ab actiuo, praesens et futurum, ut stans staturus; a deponenti III, praesens praeteritum et futurum, ut loquens locutus locuturus: 'loquendus' enim nemo dicit; a communi IIII, praesens praeteritum et II futura, ut criminans criminatus criminaturus criminandus. Et quare a communi uerbo IIII participia ratio exigit? Quoniam commune uerbum et agentis et patientis uim tenet. Vnde et actiui uerbi et passiui participia tenere necesse est. Accidit etiam et numerus singularis, ut hic legens, pluralis ut hi legentes Figura simplex, ut legens; conposita, ut relegens.

## DE CONIVNCTIONE.

Coniunctio pars orationis est dicta, quod stringat orationem et teneat, ut si dicas 'ego et ille ire uolumus'; non possumus dicere 'ego ille', sed interposita ista particula 'et' conexione coniungit et ligat. Coniunctioni accidunt potestas figura ordo. Potestas coniunctionis V species habet: aut copulatiuae aut disiunctiuae aut expletiuae aut causales aut rationales. Copulatiuae sunt, quae et sensum copulant, ut puta 'ego et tu eamus'. Non solum uerba coniuncta sunt, sed et sensus significatur. Dicimus enim 'ego et tu', non 'ego aut tu'. Disiunctiuae, quae uerba disiungunt, sed sensum copulant, ut est 'aut'. Nam quando dico 'aut ego aut tu', uerba quidem dis|| f. 147b ||iuncta sunt, *sensus tamen copulatur.* Nam qui dicit 'ego aut tu', non dicit 'utrique eamus', sed 'unus e duobus'.

---

1 numerus 2 accepit et uerbo 8 non *addidi* presenti 9 presens 10 in tus praeteritum, *suprascr.* IIII 11 in rus, *suprascr.* IIII in dus, *suprascr.* IIII idest passiuum *etc.*] *Cur neque actiuum neque deponens commemoratum sit, nullam causam uideo*; *itaque illa nomina excidisse dixerim.* 15 presens 16 preteritum scribtus 17 presens 24 hii 31 quae et sensum] *fortasse*: quae et uerba et sensum, *cf. seq. et Seruii comm. p. 418, 7 K.* 32 significant 35 sensus tamen copulatur *addidi*

Digitized by Google

Expletiua coniunctio, quae addita ornat, detracta . . . ., ut est si dixero 'ad domum uade saltim': 'uade ad domum' ornabit eloquutionis sensum et ponderis aliquid addet †minus ·i· ac si dixisset: 'magnum est tibi etiam domus tua † tantum, dum omnis tua substantia distracta est praeter domum tuam'.

Causalis est, quotiens de causa loquitur. Causa est haec, 'si debeo occidere illum, aut *ut* tollam ei hereditatem aut *quod* inimicus mihi est: hunc si occidero, et carebo inimico'. Ideo dicitur causalis, quod eo tempore ponitur, quando de causa loquimur.

Rationalis, quando aliquid loquimur de ratione. Longe enim aliud est causa, aliud ratio, idest quo quid conpellor facere. Causa est, quae nos trahit ad faciendum. Ratio est modus faciendi, idest *quo* quid efficiatur, ut puta 'inimicus meus est; occido illum propter hereditatem': haec causa; 'sed solus debeo occidere; uereor, si non *solus* debeo occidere, ne deprehendar': haec non causa, sed ratio est.

Ergo quando de ratione loquimur, rationalem ponimus coniunctionem; quando de causa, causales coniunctiones. Sed scire debes, quod licet nobis pro rationalibus coniunctionibus uti causales; pro causalibus numquam uti rationales. Rationalis est igitur, ubi est ratio; causalis est, si ubi est causa; †igitur potest poni si ubi si non potest poni; igitur ubi est causa, coniunctionem rationalem non potes ponere; quod si ubi est ratio, causalem ponere potes. Et quare? Quod, quando utimur de ratione, iam praecessit causa; quando de causa utimur, non statim sequitur ratio. 'Occidam, ut tollam hereditatem', *causa est*; si autem dico: 'sed solus debeo occidere illum, ne deprehendar', ratio est. Ideo ubi est ratio, utimur et causa; ubi est causa, non statim utimur ratione, quod potest causa poni sine ratione, ratio autem, nisi causa praecesserit, non potest dici. — Coniunctio simplex 'nam', conposita 'namque'. Accedit et ordo. Sunt coniunctiones, quae semper praeponuntur; . . . . . sunt mediae, quae communes dicuntur. Praeponuntur, ut ast at, ut: 'at pater omnipotens', 'ast ego', quod medium numquid possimus dicere 'pater at omnipotens'. Ergo 'ast' numquid medium est. Quae postponuntur? Autem que: 'ego

1 ditracta ut est 2 uado saltim ad^d^omum ornauit eloquutionem 3 addit minus · i · ac si dixisset] *Locus corruptus ita fortasse refingi possit*: Expletiua coniunctio, quae addita ornat, detracta minuit, ut est si dixero 'ad domum uade saltim': ornabit eloquutionis sensum et ponderis aliquid addet, detracta autem minuet, ac si dixisset *etc.* aetiam 4 dum om̃ 7 illum ad tollam aut quod] at̃ 8 haec et] ã 10 aliud] aliquid 11 conpellim 12 quo quid] q 14 si non debeo 15 † haec 19 rationabiles rationabilis est idest ratio igitur causalis est 20 igitur potest *etc.*] *Loci foede corrupti sensus is est*: igitur causalis potest poni, si ubi ratio est, rationalis uero, si ubi causa est, non potest poni 21 causa] causalis rationabilem non potest ponere qui si ubi est rationabilis 22 potest 24 occidam attollam hereditatem sed solus debeo occidi illum ne deprehendar si autem dico solus occido ratio est 27 nisi] sine 28 simplex] sem̃ 29 proponuntur] *Post hoc excidisse uidetur*· sunt quae semper postponuntur *uel simile quid.* 30 preponuntur at pater] *Verg. Aen. VI 592* 31 ast ego] *Verg. Aen. I 46* 32 numquid medium est] quod medium sunt autem quae

autem facio', nemo dicit 'autem ego facio'. 'Inousque Palaemon': nemo dicit 'que Inous Palaemon'. Quomodo illae semper praeponuntur, sic istae post semper ponuntur; quae mediae sunt, et postponi possunt || f. 148ᵃ || et anteponi: 'igitur hoc fac', 'fac igitur'; mediae pro arbitrio dicentis aut praeponuntur aut postponuntur.

## DE PRAEPOSITIONE.

Praepositio est pars orationis dicta, quod in loquendo praeponitur, ut puta 'apud amicum' possum dicere, 'amicum apud' non possum dicere; sic aduersum inimicos; 'ante templum' dico, 'templum ante' non dico. Eo quod in loquendo praeponitur, dicta praepositio. Praeterea praepositio casus tenet accusatiuum et ablatiuum. Et quae sunt accusatiui *casus*, tantum casum accusatiuum regunt, ut puta 'apud amicos': nemo dicit 'amicis'; et quae sunt ablatiui casus, ablatiuum solum regunt, ut 'ab inimicis'.

Sunt aliae praepositiones, quae dicuntur mediae: modo seruiunt accusatiuo, modo ablatiuo. Et quando debent seruire accusatiuo, quando ablatiuo? Aliquando tunc accusatiuo, quando mutatio loci; tunc ablatiuo, quando permansio, ut puta si dicas 'eo in forum', nisi mutationem loci feceris, ire non potes. Ergo quando mutatio est accusatiuum regunt; quando permansio, ablatiuum casum: non mutationem significant, sed locum: 'in templo sum', 'in foro sum'. Necesse est, ut, quando mutatio sit, teneatur accusatiuus; quando remansio sit, teneatur ablatiuus.

Sunt aliae VI praepositiones, quae numquam segregantur ab aliis partibus orationis neque separari possunt, ut di dis re se am con. 'Conduco *tibi*': nemo potest dicere 'con tibi duco'; dicimus 'recipio illum', nemo 're illum cipio', 'secubo *ab illo*', *nemo* 'se ab illo cubo' similiter. Ideo dicuntur loquellares praepositiones, quod semper loquutioni adhaerent, et ut eloquutionem faciant, cuicumque particulae cohaerent semper: 'reformidans' erit participium, 'reuocator' erit nomen. Omnibus partibus iungitur, ita tamen, ut non amputetur.

## DE INTERIECTIONE.

Interiectio est pars orationis, quae sensum mentis exprimit, si laetus an non, ut si dicam heu uch attat papae; laetantis, ut uach; aliquoties dolentis, ut oh. Et omnia, quae confusa uoce proferuntur ad exprimendos affectus. Item interiectiones non habent propria nomina, sed pro qualitate sentientis *uel* uolentis agnoscuntur, si aut dolore uel laetitia proferuntur.

---

1 Inousque] *Verg. Aen. V 823* doctusque palemon 2 quae doctus palemon ille 3 iste 9 sic] sed 10 preterea 11 accūs tantum cas̄ accus̄ 20 ablatiuo casu 22 remansio] *Supra bis* permansio *positum erat.* 24 conduco] tibi *addidi* 25 dicimus] domnum 26 secubo se illum cubo 27 quod temp̄ adherent et ad eloquutionem faciunt 28 articulae coherentur. Semper 33 atat, *suprascr.* uup papae, *suprascr.* amre 34 confusaę exprimendus afectus 36 sentientis uolentis agnoscuntur si autem dolorem uel laetitiam.

# V

# PETRI GRAMMATICI EXCERPTA.

Hoc opus, exiguo quod cernis tramite, lector,
Iam Petrus domini fecit amore sui.
Plurima, quae procerum tribuit purganda cylindro,
Ordine sunt forsan non bene dicta suo.
Te flagito, precibus, lector, si flecteris ullis,
Vt dicas clarus: 'Petre miselle uale!'
Omnipotens dominus caeli terraeque creator
Lectorem foueat nocte dieque pium!

Hic sunt prata meis, si credis, plena rosetis:
Sume rosas manibus, carpe refectus iter!
Qui cupit, ecce bibat nostro de gurgite lymphas
Vescaturque cibis me tribuente libri!
Desinat infandas mentis seruare tenebras,
Desinat et uerbis bella ciere suis!
Pacificus seruet, quae textus littera monstrat,
Rex quoniam Christus pacifer ipse fuit.
Sumere nam flores si torua fronte superbos
De his exspectet, fessus ad ima ruat!
Iam sit uera salus, iam sit concordia sancta,
Iam resonent castis uerba beata modis!

DE SIMILITVDINE PRIMAE LITTERAE AETATI HOMINIS HOC EST INFANTIAE.

Sciendum est autem cui littera similis esse uidetur uel quam similitudinem habet. Littera dicitur similis esse infanti, quia per uarias aetates

*cod. Bern. 522 f. 68*[b]. *Versus non in initio, ut fere fit, sed in fine opusculi collocati sunt.* v. 1 exigue quod certus *Sinnerus catal. mscr. Bern. I p. 443* 3 quo *cod.* procerim *cod.* cilindro *cod.* 4 benedicta *Sinnerus* 5 praecibus *cod.* 11 limphas *cod.* 17 superbus *cod.*

*cod. Bern. 522 saec. IX—X f. 1*[b]*—2*[b] 21 LITTERE IN·TIAE (fan *suprascr.*)

et per incrementa usque ad perfectam aetatem crescit. Sic et littera, quae per syllabas et partes orationis usque ad integram et perfectam orationem crescere uidetur. Inde Virgilius Maro dixit: Littera est uelut quaedam legendi natiuitas, unde et eius incrementa infantuli e matris utero prorumpentis aetatibus aequiperantur: ut enim infans dicitur, qui loqui nescit et paruulus, qui parua gressuum molimina nititur habere et puer, quando pubescit, adolescens autem, cum proceritate corporis adolescit, iuuenis uero, cum in iuuentute adultat, coniugio armis ceterisque liberalibus studiis iam dignus, at uir, cum omnium sensuum consiliorumque nanciscitur uirtutem, ita etiam littera ab ipsis cerae characteribus usque ad cassorum compositionem hosce ordines directat, siquidem infans appellatur, cum artem non sonat, paruula uero, cum syllabarum glutine paulatim graditur et puerula, cum pedum mensuris crescit, adolescentula, cum poetica metra per uersuum carminula sufflat, at iuuencula, cum casuum uerborumque quandam intellegentiam capescat, uirgo, cum cassorum, ut dixi, compositionem plenissime doceat.

DE TRIBVS MATERIIS QVIBVS CONSTAT LITTERA SICVT ET HOMO TRIBVS SVBSTANTIIS CONSISTIT.

Est igitur uera similitudo litterae in homine; sicut enim homo tribus consistit, corpore et anima atque spiritu, sic littera tribus constat, figura nomine et potestate. Inde Virgilius dicit: Et ut aliquid intimatius aperiam, littera mihi uidetur humanae conditionis esse similis: sicut enim homo plasto et afflatu et quodam caelesti igne consistit, ita et littera suo corpore, hoc est figura animam habens, in sensu, hoc est in potestate: spiridonem uero . . . . ., hoc est in superiore contemplatione habere uidetur.

3 Virgilius] *p. 130 Mai* 5 ae matris aequiperatur || comparatur *Maius* 7 qui parua g[illegible]olumina nititur habere || cum parua gressuum molimina nititur imprimere *Maius* 9 cum iuuentute *Maius* coniugis armis 10 lib^eralibus || coniugio admiscetur atque liberalibus studiis iam dignus fit *Maius* ad uir 11 manciscitur uirtute || uirtutem nanciscitur *Maius* 12 cere carecteribus ad casorum compositione || ad quassorum compositionem *Maius* 13 hosque ordinis | hosce ordines *Maius* infans appellatur cum signis dun.taxat characsandis per ceras gammulis eisdem indiget *Maius* 14 paruola uel || uero *Maius* 15 glutinae || conglutine *Maius* puerula *om., add. Maius* 16 cum poetica metra *Maius* || per pauca metra 17 sofflat *Maius* adiuuencula 18 quoddam || quandam *Maius* capiescat *Maius* casorum || quassorum *Maius* 19 perdocet *Maius* 24 Virgilius] *p. 130 Mai* 25 aperiem 26 et afflato || et affla *Maius* 27 ita et littera hoc est suo corpore figura || suo corpore hoc est figura arte ac dictione uelut quisdam compaginibus . . . . uuta est *Maius: cetera apud Maium desunt.* 28 *Ante 'hoc est' nonnulla excidisse uidentur.* spiridonem] *Hanc uocem ipse Virgilius finxit, cf. p. 100, 3 Mai.*

Digitized by Google

## DE QVATTVOR CAVSIS QVAE EFFICIVNT VOCEM ARTICVLATAM.

Quattuor sunt officia secundum Augustinum, quae articulatam efficiunt uocem, hoc est aer lingua dentes labia. Non enim extra os, sed intra uox gignitur. Inde Priscianus dicit: 'Hoc autem ostendit etiam ipsius palati pulsus et linguae uel labiorum, ex quibus uox articulata efficitur, sed in leuibus exterior fit pulsus, in asperis interior, in mediis *inter utrumque supradictorum locum.*'

. . .

Oratio dicitur elocutio quasi oris ratio, eo quod ore et ratione consistat. Oratio et unaquaeque ars liberalis dici potest. Oratio dicitur et liber solerti studio editus. Quid est oratio? Oratio est structura uerborum cum plena significatione sensus. Quaerendum est, orationis genera quot sunt? Quinque. Est enim copulata et ligata in metris, absoluta in prosa, allocutiua in epistolis, disputatiua in dialogis, relatiua in historiis. Interrogandum est, oratio quibus modis dici potest? Secundum Augustinum duobus: quando aliquid rationabiliter loquimur, uel quando pro peccatis uel pro uita deum rogamus. Scire debemus, quis primum apud Graecos studium orationis inuenit. †Seron. Apud Latinos quis? Appius, qui contra Pyrrum studio orationis libros conposuit. Hoc breuiter de oratione dixisse sufficiat. Transeamus ad artium etymologiam et discutiamus, unde ars dicta est, uel ubi proprium locum teneat, aut si id sit, quando cogitatur, quid est, quando scribitur aut quando in opere cognoscitur, an aliud aliquid. Scimus enim, quod inter liberalium artium disciplinas ars grammatica prima est. Vnde scire debemus, quare ars dicta sit. Ars dicta est ab artu, idest a constringendo, eo quod artis praeceptis cuncta constringat. Quid enim artius esse potest uel strictius, quam quando sex casibus et tribus coniugationibus tota Latinitas coartatur? Vel certe ars dicta conprehensio praeceptorum ad utilitatem usus commodata. Sciendum est, quod ars proprium locum tenet in mente, cum cogitatur. Nam quando conscripta fuerit, species, non ars nominatur.

. . .

Modo uideamus, quare dixit 'cum casu' tantum et reliqua eius accidentia tacuit; quod hoc studuit Donatus dicere, esse cum nomine, quod nomini semper accidit. Nullum enim nomen inueniri potest sine casu,

---

2 Augustinum] *Non extat neque apud Keilium neque apud Weberum.* 4 Priscianus] *cf. I p. 20, 12* 5 ex quibus — efficitur] *Haec desunt apud Priscianum.* 6 exterior sit 7 inter utrumque supradictorum locum *om.*

*Cod. Bern. 207 = A; 522 = B* 8 *A f. 148*[a]; *B f. 4*[a]. oratio dñ A elocutio *om.* B consistit B 12 sunt, *corr.* sint B 14 quibus modis oratio B agustinum A 17 grecos AB apius AB 18 pirrum, *corr.* pyrrum A 19 aethimologiam AB 21 quod est B 22 quia B 25 constringatur AB 26 choartatur B 27 conpraehensio B 28 quia B 29 conscribta A 30 *A f. 149*[a]; *B f. 5*[b]. accedentia B 31 quia B 32 accedit B



Digitized by Google

ut uel unum casum non habeat et ideo reliqua tacens dixit: 'cum casu', quod semper casus nomini accidit.

. . .

Interrogandum est, utrum possit propria qualitas in appellatiua qualitate inueniri et appellatiua in propria, an non potest. Ecce 'Vergilius' propriae qualitatis nomen est: quando dico 'Vergilium', quod est proprium, intellego et poetam, quod est appellatiuum, et iterum, si abiero ad domum Ciceronis et dixero: 'quid facit orator?', per hoc nomen appellatiuum, quod est 'orator', intellego Ciceronem, quod est proprium.

. . .

Aliquando conparatiuus a superlatiuo conparatur, ut est: 'Achilles Hectore fortissimo Troianorum fortior fuit.' Sed de his gradibus et de formis eorum multa dicenda sunt, quae, ne longo stilo onerosa uideantur, breuitatis causa omittimus.

. . .

Est et epicoenon, idest promiscuum, quod sub una significatione marem et feminam conprehendit, ut passer aquila mustela miluus. Incerta enim sunt et ideo quouis genere declinabis. Nam possumus dicere 'hic aquila' et 'hunc aquilam', 'hic passer' et 'hunc passerem'; 'haec aquila' et 'hanc aquilam', 'haec passer' et 'hanc passerem', quamuis passer masculino genere frequenter legatur, sic et de mustela et de miluo et certe S e r g i o, qui super partes D o n a t i fecit tractatum, ea placuit epicoena dicere, in quibus sexus non discernitur uisu. Sunt nomina, quae 'semigenia' dicuntur, idest alterius generis sunt in singulari numero et alterius in plurali et ideo 'semigenium' dicitur, quod ex parte est neutri generis et ex parte masculini, ut est caelum, quod sic declinatur etc. Huic similia sunt *hoc* porrum et hi porri, hoc forum et hi fori. Et est nomen, quod in singulari numero est masculini generis, plurali uero est neutri, quod est locus et declinatur sic etc. Et alia similia, sed quod nos in hac uariatione nominum nunc morari non oportet, quod in superficio tantum discurrimus ad expositionis ordinem, post hoc opus, si domino placuerit, reuertamur. Numeri nominum sunt duo etc.

. . .

Ex duobus corruptis, ut efficax. Corrupta ideo dicuntur, quod fuerant integra. Non enim corrupta esse possunt, nisi rumpantur integra.

---

1 kasum B  2 quia casus nomini semper accedit B  3 *A f. 149*ᵇ; *B f. 8*ᵃ. 4 uirgilius AB  5 uirgilium B  6 habiero B  9 *A f. 150*ᵃ; *B f. 9*ᵃ. Achillis A achillus, *corr.* achillis B  10 haectore AB  11 quia ne B  honerosa B  12 çomitimus A  13 *A f. 150*ᵃ; *B f. 9*ᵃ. epoecenon A epiceñ B  19 Sergio] *cf. Seruii comm. in Don. p. 408, 10*; [*Sergii*] *explan. in Don. I p. 494, 4 et huius libri p. 145, 23—26*  epicena AB  21 simigenia AB  22 simigenium AB  quia B  23 declina||tur B  24 hoc *om.* AB  hii AB  ferrum A  hii AB  ferri A  25 singulari, in *eras.* B  26 declinabitur, bi *eras.* B  quia B  27 quia B  superfici||e B  30 *A f. 150*ᵇ; *B f. 10*ᵇ. quia B  31 integra *om.* A

Efficax dicitur quasi effectum capiens, sicut municeps munus capiens: ruptum est 'effectus' et 'capiens' et factum est 'efficax' nomen conpositum ex duobus corruptis.

. . .

Quare dictus est nominatiuus? Quod per illum nominamus, quem uolumus uel quem ratio exigit in locutione, ueluti si quis me interroget: 'quis tibi dixit hanc causam?', respondebo: 'Vergilius mihi dixit': ecce nominatiuus est. 'Cato mecum locutus est': ecce nominatiui casus sunt, quod in elocutione mea nomina eorum expressi. Sed quaerendum est, quare nominatiuus casus dicatur, cum sciamus, quod casus dicti sunt a cadendo. Et uerum est, quod nomen cadit de nominatiuo in genetiuum et de genetiuo in datiuum, de datiuo in accusatiuum, de accusatiuo in uocatiuum, de uocatiuo in ablatiuum, et unde in nominatiuum cadat, non inuenimus, et si aliunde in nominatiuum non cadit, sicut de nominatiuo in alios casus, cur ergo nominatiuus 'casus' dicitur? Hoc dico, sicut maiorum auctoritate didici. Nominatiuus casus dictus est, non quod ex alio in eum cadat nomen, sed quod ille in alios casus nomen cadere faciat et quod in genetiuum cadendi ipse sic 'casus' appellatus sit. Hoc de nominatiuo casu dixisse sufficiat: plura, si uita comes fuerit, super hoc nos dicturos credentes.

. . .

Antiqui doctores, quod non habebant ablatiuum casum, a datiuo ducebant regulam, idest, si datiuus singularis ae diphthongo uel o terminatus fuisset, postea datiuum pluralem in is mittebant; quod si i datiuus singularis terminatus fuisset, pluralem datiuum in bus terminabant. Sed et posteaquam ablatiuus casus repertus est, etiam ab ipso datiuo in illum, idest in ablatiuum, regulam ducebant. Modo uero contempta illa ratione ab ablatiuo regulam ducimus. Modo de declinationibus nominum dicendum est, ut scire ualeamus, una quaeque declinatio quot genera conprehendat. In prima igitur declinatione quattuor genera inueniri possunt: masculinum, ut poeta propheta proreta nauta satrapa et alia multa, quae appellatiua esse probantur; et sunt propria huius declinationis masculini generis, ut Nerua Galba Aquila, qui fuit orator, Tucca et multa alia. Femininum, ut Musa terra aqua herba stella et reliqua; feminina uero propria huius declinationis inueniuntur, et luna Roma Pisa Mantua Cremona et reliqua similia.

. . .

2 ruptus AB 4 *A f. 151*ᵃ; *B f. 11*ᵃ quia per B 5 me *in ras.* B 6 uirgilius B 8 quia B expressi||| B 9 quia B ad cadendum B 10 quia B genitiuum B 11 de datiuo uero B et de accusatiuo B 13 cadat, *corr.* cadit B 14 casos B 15 dedici B ex alio ||||||||| (casu?) B 16 sed quia B 17 ipse sit casus appellatus B 18 comis AB, *cf. Alcuini artem p. 2086, 32 P*: uita comite 20 *A f. 151*ᵇ; *B f. 13*ᵇ quia B 21 datiuo singulari AB diptongus A dyptongus B 23 terminata fuissent AB 24 postea cum B aetiam B 29 prureta A 31 galua AB



Digitized by Google

. . . . . ablatiuus ab hoc Aenea. Huius nominis accusatiuum secundum Graecam declinationem alii in an mittunt. Nam Romani poetae 'Aeneam' dixerunt.

. . .

Prima declinatio tribus litteris terminalibus finitur: a s et m, et septem syllabis finalibus terminatur: ta, ut poeta; sa, ut Musa; am, ut Adam, Abraham; cha, ut Pascha; na, ut manna; as, ut Aeneas; es, ut Anchises, et si forte amplius potuerint inueniri, non contra dicimus. Has nos posuimus, sicut a uiris eruditissimis manet conpertum.

. . .

Possunt inueniri nomina in hac declinatione propria neutri generis, an non? Possunt, ut est aurum argentum ferrum plumbum triticum, pluralem numerum non habent. Si fuissent appellatiua, pluralem numerum habuissent, sed quod plurali numero non sunt subiecta, propria sunt. Quamuis et bonum possit aurum inueniri et sordidum, et bonum ferrum et deterius, tamen plurali numero non seruiunt.

. . .

Da conposita nomina huius declinationis. Ensifer ignifer signifer pennifer furcifer setiger cristiger plumiger.

. . .

Honorificabilitudinitas nomen est appellatiuae qualitatis generis feminini etc. quod declinabitur sic etc. — ab his honorificabilitudinitatibus. Sic declinantur almitas beatitas ciuitas magnanimitas claritas obscuritas et reliqua.

. . .

Sunt et neutri generis nomina tertiae declinationis, quae diuersis syllabis terminantur, quae nunc declinando percurrere utile non uidetur. Facili enim ratione legentium poterunt mentibus apparere. Sed tamen unum generis neutri, quod a conparatiuo gradu deduci uidetur, de quo exigit utilitas, ut dicamus, sed prius declinatio communis generis, quod ex se neutrum non facit, ostendatur, ut est sacerdos etc.

. . .

---

1 *A f. 152*ᵃ; *B f. 15*ᵇ grecam AB 4 *A f. 152*ᵇ; *B f. 17*ᵃ 5 fiuialibus B terminatur am ut adam, *ceteris omissis* A 6 ca ut pasca B 7 ancises A 9 *A f. 153*ᵃ; *B f. 19*ᵃ 12 sed quia B 13 bonus, *corr.* bonum B 15 *A f. 153*ᵃ; *B f. 19*ᵇ 16 forcifer A sitiger AB christiger B lumiger AB 17 *A f. 154*ᵃ; *B f. 21*ᵇ appellatiuae, *corr.* -iue (!) B 18 honorificabilitudinitatebus, *corr.* -ibus B. *Eius uocabuli monstrosa informitas in carmine aliquo occurrit codicis Bern. 416 post Euacis de gemmis opusculum in paginae margine scripto saec. XIII:*

Dignus (*cod.* dignis) honorificabilitudinitatibus esto
Manducauerunt Constantinopolitani:

*qui uersus cum ludendi causa ficti esse uideantur, prior fortasse ex Petri loco expressus est, nisi iam Petrum illum uersum nouisse statuas.* 19 alnitas B 21 *A f. 154*ᵇ; *B f. 23*ᵇ. 22 sillabis A 23 aparere A 24 genus neutrum B comparatiuo B deduci *om.* A

· Et sciendum est, quod una littera terminali finitur quinta declinatio et quattuor syllabis finalibus terminatur: es dis res pes; es, ut facies; dis, ut fidis, quod non 'fides', sed 'fidis', ut Priscianus uult, dicitur, sed tamen genetiuo 'fidei' facit; res, ut res rei; pes, ut spes spei etc.

. . .

## DE PRONOMINE.

. . . . . Pronomen ideo dicitur, quod pro nomine ponitur et officio nominis fungitur, unde et pars inferior dicitur minusque demonstratiua. Non enim eandem uim obtinet, quam nomen, sed ante praemissi nominis uestigium sequitur et quale nomen praecesserit, tale et pronomen sequetur, sicut cum dico: 'Troiani Sicania litora iustrant, illi Lauinia arua ceperunt': ecce 'Troiani' nomen est pluralis numeri, quod praecedit, et 'illi' pronomen est pluralis numeri, quod sequi uidetur, et ideo loco nominis ponitur, ut iteratio nominis fastidium non generet.

. . .

Qualitas pronominum in quo est? Bipertita est, hoc est in duabus partibus diuisa. Quomodo 'in duabus partibus' diuisa? Quod secundum Donatum aut finita sunt pronomia aut infinita .... Secundum Probum uero qualitas pronominum quadripertita est: finita et infinita, minus quam finita et possessiua. Omnia pronomina iuxta maiorum traditionem XX et unum sunt, finita tria etc. Quaecumque alia extra haec reperta fuerint, aut ex his conposita sunt aut ex his diriuantur. Videamus nunc de singulorum pronominum declinatione, quae aut qualis sit, et in quantum possumus, disseramus.

. . .

Quaeritur, cuius linguae pronomen sit 'ego'. Graecae. Quomodo? Latine dicitur 'met'. Quid horum fuit apud antiquos, 'ego' an 'met'? Met. Quare ergo nunc 'ego' sit, quod est Graecum pronomen, cum potuisset 'met' Latinum pronomen in Latina manere regula? Quid opus fuit, ut proiceretur 'met' et adderetur 'ego'? Haec ratio est. Apud antiquissimos 'met' fuit, sed posteri grammatici uidentes, quod in pronomine nulla alia pars erat ab m inchoans in t desinens, *non* rectum illis uisum est; *itaque* eo quod 'met' regulam continere sola non potuisset, expule-

---

1 *A f. 155*[a]; *B f. 26*[a] quia B Terminatur autem una littera s et IIII syllabis finitis idest es dis res et pes, es ut glacies, is ut fidis, res ut res, pes ut spes *ars anonyma cod. Bern. 207 f. 115*[a] 2 syllabis *om.* A finialibus B 3 quia non B Priscianus] *cf. I p. 242, 5, quem locum Petrus male interpretatus est.* 4 res rei species speciei AB 6 *A f. 155*[a]; *B f. 26*[b] quia B pro *om.* A 8 obtenet B praemisi A 9 tale pronomen B sequitur A 11 coeperunt AB 13 generetur B 14 *A f. 155*[b]; *B f. 27*[b] hoc est *om.* A 15 in duabus partibus, *om.* diuisa B 16 Donatum] *cf. p. 357, 5* p[illegible]bum B Probum] *cf. instituta art. p. 131, 25 K.* 17 quatripertita B 23 *A f. 156*[a]; *B f. 28*[b] grece A grecae B 24 latinae B 25 grecum AB 29 inc[h]oans B non *addidi* 30 itaque *addidi* contenere AB

Digitized by Google

runt 'met' et posuerunt 'ego' Graecum pronomen reliquis casibus in declinatione pristina permanentibus.

. . .

. . . . . (*hic*) pronomen est minus quam finitum tunc, cum notam personam demonstrat, ut si dicam: 'Iulianus amicus meus uenit cum multis hominibus et salutauit amicos suos; hic mihi adduxit bonum nuntium.'

. . .

(*In fine pronominis*) . . . . Haec de pronomine dictasse sufficiat; reliqua doctioribus nobis dictanda relinquimus.

## DE VERBO.

. . .

Imperatiuus modus ideo dicitur, quod per eum officium inperantis ostenditur, idest, quod in eo nostra inperatio continetur, ut 'lege'. Hunc quidam mandatiuum dixerunt, quod secundae personae imperatur, tertiae uero personae magis mandare, quam imperare dinoscitur, ut 'legat'. Cognosce, quod mandatum ad tertiam personam magis fit, quam imperium.

. . .

Coniunctiuus modus ideo dicitur, quod modo coniungitur indicatiuo, ut eius sensus impleatur. Non enim potest plenum sensum habere, nisi coniungantur ei uerba indicatiui modi . . . . . Alii putauerunt minus intellegentes, quod ideo diceretur coniunctatiuus modus, quod coniungitur illi particula 'cum', sed haec suspicio respuenda est. Si ob hanc rationem coniunctatiuus diceretur, et optatiuus 'coniunctatiuus' dici potuit, quod coniungitur illi 'utinam' optantis aduerbium.

. . .

## DE ADVERBIO.

Aduerbium est pars orationis, quae adiecta uerbo significationem eius aut conplet aut minuit, ut 'iam faciam', 'etiam non faciam'. Dictum autem aduerbium quasi ad uerbum positum. Nisi enim haec pars uerbum secuta fuerit, plenitudinem suae significationis in se non habet. Ita, ut cum dicimus 'cras' 'heri' 'nudius tertius' 'bene' 'male' 'sapienter' 'docte': haec aduerbia sunt, sed sine ui uerbi uim contextae orationis non habent. Adiecta uero uerbo plenitudinem sui intellectus ostendit hoc modo: 'cras faciam', 'heri perfeci', 'olim feceram', 'bene constitui', 'male conpositum

---

1 grecum AB 2 pristina *om.* A 3 *A f. 157*[a]; *B f. 31*[a] 6 *A f. 158*[a]; *B f. 35*[a] de pronomae dicta||||sse B dictum esse A 9 *A f. 160*[a]; *B f. 41*[a] imperantis B 10 quia in B imperatio B contenetur B 11 quidem A quia B 13 quia B a tertiam A maius fit A 14 *A f. 160*[a]; *B f. 41*[b] coniunctatiuus B quia B 16 coniunga[n]tur A 17 quia B 20 obtantis A 22 *A f. 164*[a]; *B f. 55*[a]: *accedit C = ars cod. Bern. 207 (A) f. 123*[a], *de qua cf. praef.* orationis *om.* AC 23 complet A explanat et aut complet C 26 et nudus tertius C 27 sine uim uerbi A sine uerbo C contexte AB habet C 28 adiecto C hoc modo ita ut cum dicimus C 29 perfici C perficiā A

Digitized by Google

est', 'sapienter dixit', 'docte constituit'. Item Sergius dixit: Aduerbium dictum est quasi uerbo adiectum siue adiungens uerbum: adiuncta enim haec pars uerbis plenum suae significationis uigorem demonstrat.

. . .

Haec pars de uerbo pendens a nomine magis, quam a uerbo oriri uidetur et a grammaticis dicitur 'omne dictum', ut Cominianus dicit: Partes orationis ubi non sunt, in aduerbium transeunt, sicuti cum dicimus 'toruum animal', 'toruum clamat', 'forte tempus', 'forte egit' et reliqua. Vides in hac significatione, quod, cum uerbo adiungitur, tunc aduerbium est et de nomine in aduerbii significationem transire uidetur. Aduerbio accidunt tria: significatio conparatio figura.

Significationes aduerbiorum multae sunt. Aut enim aduerbia loci sunt, ut hic illic huc illuc hac illac istic istac foras foris intro intus ultra citra.

Aut aduerbia temporis, ut hodie heri cras nudius tertius nudius quartus pridie †pipisi olim dudum pridem protinus nuper nouiter et cetera.

Aut numeri, ut primum primitus ter quater quarties quinquies sexies septies octies nouies decies uicies tricies etc. — centies.

Aut ordinis, ut primum secundum prime secunde primitus ultime nouissime †acte uete inde deinde deinceps hinc dein proceps †procidu hactenus.

Aut negandi, ut ne neue nec nihil nusquam numquam neque nullatenus †nepteni et cetera.

Aut interrogandi, ut quur quare quamobrem pro quare †ubse utrum ne nonne quomodo et cetera.

Aut similitudinis, ut ceu quasi sicut sicuti uelut ueluti †sic sambe.

Aut qualitatis, ut docte bene pulchre magne mire et cetera.

---

1 seregius dicit B Sergius] *Non extat in editis Seruii uel Sergii commentariis, cf. tamen* [*Sergii*] *explan. I p. 509, 25; uide praef.* 2 adiecto C nerbo C 3 nerbis, *om.* plenum C uerbis plenam B uerbi plenam A 4 rigorem AB demonstrant C 5 *A f. 164ª; B f. 55ᵇ; C f. 123ᵇ* 6 gramaticis A cum inianus B cūminianus AC] *Non extat apud Charisium cf. praef.: 'De Charisii excerptis Bernensibus'. De sententia cf. Seruii* [*Sergii*] *comm. p. 439, 22* 8 torne clamat C et reliqua *om.* C 9 uidis AB quia B iungitur BC 10 aduerbi A 11 accedunt AB tres A 13 hic istic illic B istic illic istac A hac illac istac illac foris foras iuī intus B foris foras BC intro] inter ABC 14 ultra utra A 15 heri *om.* A cras nuper nudius B nudus tertius C 16 pipi · si · olim B pippi si C pridem iam diu protinus nouiter et ceī B protenus C 17 ter] tres AC tries B quinquities C quinties AB sexties BC 18 uiṭies (c superscr.) A cencies A centies. Aut negandi ut non ne nephe nec — nepte · ni et ceī. Aut adfirmandi ut etiam quin quinni. Aut demonstrandi ut en ecce ecca atte ette fane. Aut optandi ut utinam (*lacuna*). Aut ortandi ut ʰeia · o · a · aae. Aut ordinis ut primum secundum primae secundae primitus ultimae nouissimae · acte · uete · inde — actenus. Aut interrogandi ut cur B 19 primae secundae ABC ultimae nouissimae ABC 20 actae uetae C hinc dehinc C 21 actenus AB actinus C 22 neue] nephe ABC 24 pro quare C procere AB up se B 26 ueluti uelut A sic sambae B sic sambe et cetera C 27 pulchrae bene magnae mirae B

Digitized by Google

Aut quantitatis, ut multum paruum longe breuiter ample minute mediocre.

Aut dubitandi, ut forsan forsitan fortasse.

Aut personalia, ut mecum tecum secum illiscum nobiscum uobiscum quamquam aliis magis pronomen, quam aduerbium fieri placet.

Aut uocandi, ut heus huu oe ae.

Aut respondendi, ut heu ae oi.

Aut separandi, ut seorsum separatim remote.

Aut hortandi, ut heia oa a ae.

Aut demonstrandi, ut en †atte ette fane ecce ecca.

Aut iurandi, ut Edepol Castor Hercle medius fidius.

Aut eligendi, ut immo potius alioquin et cetera.

Aut congregandi, ut una simul pariter.

Aut prohibendi, ut ne neue †nesi nete.

Aut euentus, ut forte fortuitu.

Aut conparandi, ut magis tam.

Aut infinita, ut ubi quando.

Aut finita, ut hic modo.

Aut aequandi, ut tantundem tantidem et cetera.

Scias autem aduerbia loci duas species habere: aut enim in loco, ut intus foris, aut ad locum, ut intro foras. Dicimus enim 'intus sum' et 'foris sum', 'intro eo' et 'foras eo'. Sed iuxta alios aduerbia localia quattuor species habent: in loco et de loco, ad locum et per locum. In loco, ut 'hic sum', 'hic fui', 'hic mansi', 'hic sedeo', 'illic steti', 'illic fui', 'ibi fui', 'ibi sedi'. De loco, ut 'intus exeo', quasi de intus, 'foris uenio', quasi de foris. Per locum, idest intra eum locum 'foras exeo' 'intro uado'. Ad locum, ut 'huc ueniam' 'illuc uadam'.

. . .

(*Aduerbia nascuntur*) a participio, sicut Donatus dicit, ut 'indulgenter', sed auctores artis grammaticae hoc refutant.

. . .

## DE CONIVNCTIONE.

Coniunctio est pars orationis adnectens ordinansque sententiam. Dicta autem coniunctio a coniungendo uerbo et sensum, sicut faciunt copula-

---

1 multum modicum paruum B minutae mediocrae B 3 forsitan fortasse forsan B 4 nobiscum uobiscum illiscum B uobiscum nobiscum A 5 pronomine AB 6 hu u A 7 hae oi B 8 seorsum retrorsum separatim semotae. Aut iurandi ut ede · pul B 9 eia C 10 en ecce atte C ette et fane C en ecce ecca atte ette fane B 11 edepul A ede · pul B ercle B erde A 12 elegendi C potius immo B 13 simul una B 14 ut ne nene BC 15 furtunati A 16 comparandi B magis uel tam BC 19 equandi B tantindem B tandindem A 20 scies A 21 intus sum [et] foris B 22 intro eo foras eo AB 27 Ad locum — uadam *ante* per locum — intro uado *posita sunt in* C 28 *A f. 165*[a]; *B f. 58*[b]; *C f. 124*[ab] a participiis C Donatus] *p. 385, 16* 29 artis grammaticae *om.* C 30 *A f. 116*[a]; *B f. 62*[a]; *C f. 125*[a] 31 adnectans AC 32 coniunctio a coniungendo quod separat

tiuae. Talis enim uirtus earum est, ut uerba et sensum copulent, quibus contrariae sunt disiunctiuae, ideo disiunctiuae, quod coniungunt uerba et disiungunt sensum; seu explendo coniungit seu ratiocinando causam reddit.

. . .

Copulatiuae coniunctiones sex sunt: et que at atque ac ast. Disiunctiuae sex: aut ue uel ne nec neque. Expletiuae coniunctiones undecim sunt: quidem equidem saltim uidelicet quamquam quamuis quoque autem porro licet tamen. Causales coniunctiones XXXVI sunt: si etsi etiam etiamsi acsi tamsi tametsi siquidem quando quandoquidem quin quinetiam quatenus sin seu siue neue nam namque ni nisi nisi si enim etenim enimuero ne sed interea *licet* quamobrem praesertim item itemque ceterum alioquin praeterea. Rationales coniunctiones XVII sunt: ita itaque enim etenim enimuero quia quapropter quoniam quoniamquidem quippe ergo ideo igitur scilicet alioquin propterea idcirco.

. . .

Copulatiuae coniunctiones ideo dicuntur, quod uim orationis in contextu loquendi coniungendo copulant. Sine enim illis dispersas partium significationes aspicimus, ueluti cum dico: 'Cicero Cato Marcus Iulius Gaius foro consedent'. Si coniunctionis necturam deposuero, illos quinque unum ostendo, sed aptius ita dicere debemus: 'Cicero et Cato ac Marcus Gaiusque foro se parant'. Vides in hoc exemplo, quod sine coniunctione nulla ratio ordinate constare queat.

. . .

Expletiuae coniunctiones idcirco dicuntur, quod sensum explere uidentur, ueluti si dicas: 'bellum Armenicum Alexandrum militem uiribus paruis Cyro superueniente disiunctum'. Conspicere possis in hoc exemplo, quod expletus sensus non est, sed ut ita expletus efficiatur, aptius dicendum est hoc modo: 'bellum scilicet Armenicum Alexandro milite quidem uiribus saltim paruis Cyro superueniente equidem disiunxi'. Causales coniunctiones idcirco dicuntur, quod rationem causae exprimunt. Dicimus

---

aut separando quod coniungit aut disiungendo quod copulat aut copulando quod disiungit seu explendo coniungit seu rationando causam reddit C coniunctio, *om.* a AB coniungenda A tales A

2 contraria sunt iunctiuae (dis *superscr.*) B 3 coniungunt seu rationando causam reddunt B rationando ABC 4 *A f. 166*ᵃ; *B f. 62*ᵃ; *C f. 125*ᵇ copulatiue C sunt VI C quae C quę A atq; atque A disiunctiue C 5 tridecim B tredecim B 7 aetiam aetiamsi C 8 tam sitam tametsi C 9 neue] niue ABC ni nisi nisi si enim etenim B ninisi enim etenim AC 10 ne sed AB sed C licet *om.* ABC, *cf. Don.* presertim AC preterea C 11 sunt XVII C ‖ XIII sunt A ‖ XVI sunt B enimuera C 13 praeterea AB] *De toto loco cf. Don. p. 388, 31 — 389, 9 et praef.* 14 *A f. 166*ᵃ; *B f. 63*ᵃ; *C f. 125*ᵇ idcirco dicuntur C quia B 14 sine illis enim C 15 dispersos A 16 cum dicimus C Cato *om.* A 17 consedeunt AB coniunctiones A non deposuero AB 18 unum esse C 19 separant C uidis B 20 consistere C 21 *A f. 166*ᵇ; *B f. 63*ᵇ; *C f. 126*ᵃ quia B uidentur nam si dicas C 23 ciro AB chyro C 24 quia B quoniam C sed uiti ta C 25 Alexandro *om.* AB 26 saltim paruis uiribus C ciro AB aequidem C 27 quia B causam C expraemunt, *corr.* expremunt B

enim: 'si Ciceronem occiderunt, etiam Catonicum interimere ualent. Tamen si haec peregerint, rei publicae praesidere non possunt, nisi senatus consulto reconcilientur, quomodo illorum necem conponant.' Videtur in his conpositionibus, quod causa rei gestae per illas exprimitur. Nam si ita dicas: 'Ciceronem occiderunt, Catonicum interimere ualent, haec peregerint, rei publicae praesidere non possunt, senatus consulto reconcilientur, illorum necem conponant': ecce uides in hoc exemplo, quod si coniunctiones ablatae fuerint penitus, et sensus et rei gestae enuntiatio consistere non potest. Rationales coniunctiones ideo dicuntur, quod rationem contextae orationis coniungendo efficiunt, uelut si dicas: 'Terentius Mallium consulem interemit propter insidias scilicet Tullii cumque peracto parricidio Romam perrexit, corona circumdatus secundus a Caesare effectus est': manifeste conspicere possis, quoniam uis contextae orationis sine his coniunctionibus stare non ualet.

. . .

## DE PRAEPOSITIONE.

. . . . 'In' accusatiuo casu:

Itur in antiquam siluam.

'In' ablatiuo casu:

Stans celsa in puppi.

'Sub' accusatiuo casu, ut:

postesque sub ipsos
Nituntur gradibus.

'Sub' ablatiuo casu:

Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.

'Super' quam uim habet? Vbi locum significat, magis accusatiuo casui seruit, quam ablatiuo: ubi mentionem alicuius facimus, ablatiuo tantum, ut:

Multa super Priamo rogitans,

hoc est de Priamo.

. . .

---

1 cyceronem C 2 peregerent reipublice praesedere B reipublice AB praesedere non possent A consultu ABC 3 reconcilietur C conponeut C 4 quia B geste C 5 cyceronem C interemere B peregereut BC 6 reipublice B reipuplice C praesedere AB poss$\overset{v}{i}$nt C possent A consultu ABC reconcilie[n]tur C 7 eorum C in hoc exemplo uide quia si B 9 quia B 10 ueluti BC terentius AC 11 interimit ABC tulli C cum idque C 12 romae C coronam A cesare AC 13 manifestae B contexte C rationis AB 14 ualent ABC 15 *A f. 167*[a]*; B f. 65*[b]*; C f. 126*[b]*. Reliqui tractatus exempla fere omnia cum Asperi arte grammatica huius libri p. 58. 59 consentiunt; haec, quae supra posui, ex Donato sumpta sunt p. 365, 30 — p. 366, 4* 16 in accusatiuo casus, *corr.* -tiui B 17 itur] *Verg. Aen. VI 179* siluam *om.* A 18 ablatiui cas̄ B ut stans C] *Verg. Aen. III 527* 20 accusatiui cas̄ B ut *om.* C 21 postesquae A] *Verg. Aen. II 442* ipsis C 23 ablatiui cas̄ B 24 arma] *Verg. Aen. VIII 616* radientia A 25 accusatiui casui C casui *om.* A 28 multum ABC] *Verg. Aen. I 750* sub priamo C

Possunt aliae praepositiones praeponi et subponi, an non? Possunt. Nam dico: 'per aquam nauigo' et 'per terram curro': ecce praeposita est. Subponitur, cum dico:

Arua per et pontum.

. . .

Hac ratione facit et 'post': praepositio est, cum dico: 'post parietem stabam', 'post fenestram steti'; aduerbium est, cum dico: 'post faciam', 'post ueniat ad me', sicut dicit Vergilius:

longo post tempore uenit.

. . .

'Tenus' uero et praeponitur et subponitur, ut 'tenus pube' et 'pube tenus'. Haec praepositio apud antiquos et genetiuo casu iungebatur et datiuo, ut ait Vergilius:

crurum tenus a mento palearia pendent.

## DE INERIECTIONE.

. . .

Quando dico 'heu', dolorem significo, ut: 'heu mortuus est Achilles!' 'Ei' similiter dolentis est, ut:

Ei mihi, quam celeri rapiuntur grata uolatu!

Laetitiam significamus, cum dicimus 'euax', idest concrispando cachinnum hoc dicimus, et altero modo laetitiae fit, quando de alicuius laetamur interitu, ut: 'ua mortuus est Achilles!' Admirantis, ut 'papae'; metus, ut 'attat'. Hoc quaerendum est, si potest integra elocutio interiectio dici, an non. Potest. Quomodo? Cum aliquid dolore cordis uel laetitia uel admiratione uel metu referimus, etiam*si* longo tractu finiatur, ipsa elocutio interiectio dicenda est.

---

1 *A f. 167*[b]; *B f. 67*[a] aliae] *praeter 'cum', de qua supra expositum erat.* 4 Arua] *Non est Vergilii.* 5 *A f. 167*[b]; *B f. 67*[a] 7 post uenies B uirgilius B] *Ecl. I 30* 9 *A f. 168*[a]; *B f. 67*[b] 11 uirgilius] *Georg. III 53* 12 palliaria A paliaria B 14 *A f. 168*[a]; *B f. 68*[a] eu B, *bis* achilles, *corr.* -is (!) B *cf.* [*Sergii*] *expl. in Don. lib. I p. 489, 15* 16 quod celeri A uolatu] *cf. Ammian. Marcell. XIIII 4* uolatu rapiunt celeri 17 cum crispando AB cacinnum AB 18 letitiae AB 19 achilles, *corr.* -is B achillis A *cf.* [*Sergii*] *expl. p. 489, 14* admirantes A pape AB 20 eloquutio A 22 etiam AB eloquutio A 23 dicenda est DÕ GRATIAS A dicenda est ·FINIT· DÕ GRAT̃· B

---

Digitized by Google

# VI

# QVAESTIONES GRAMMATICAE SELECTAE EX CODICE BERNENSI 83 EXCERPTAE.

## PARS PRIOR.

|| f. $1^a$ || Illud quod Horatius ait 'maior Neronum', nullatenus est subaudiendum 'aetate', et 'minor fratrum' non ita debet exponi pro 'unus fratrum qui minor est', quia sicut sanctus Augustinus in artis libro grammaticae perspicaciter docet, comparatiuus gradus interdum genetiuo seruit, tunc scilicet, quando nominatis hominibus uel enuntiatis rebus ad ipsos uel ad ipsas fit comparatio, ut: 'ad ipsum confluebant Iudaei, eo quod esset honorabilior omnium', et: 'prior omnium creata est sapientia, et opera quae ego facio, et ipse faciet et maiora horum faciet', et: 'eripiens inopem de manu fortiorum eius', non 'eo', et in Matthaeum Hieronymus: 'non enim sequitur, ut si alii maiores eo non sunt, ipse maior aliorum sit.' Vnde minus capaces interpretes, ut Augustinus ait, male transtulerunt: 'nunc autem manent fides spes caritas tria haec, maior autem his est caritas', cum 'maior horum' dici debeat. Si enim cum fide et spe praenominata caritas non fuisset, tunc 'maior his' caritas dici debuisset. Fatetur idem Priscianus genetiuum esse pro nominatiuo: ut 'cum eius aduenti mihi uenit in mentem' et: 'cum illius temporis mihi uenit in mentem' et: 'fac tibi Aciliae legis ueniat in mentem' et: 'cum mihi Tyndaritani illius uenit in mentem, cum Segestani' et: 'cum uatum illius temporis uenit in mentem' et cetera huius modi, quod omnino nullatenus est uerum, sed figurate Graeco uidelicet

---

*Cod. Bern. 83 saec. X f. $1^a$ — f. $16^a$.* 1 Horatius] *Carm. IV 14, 14* 2 etate 3 Augustinus] *cf. p. 8, 27 ed. Weber* 9 matheum 10 hieronimus] *Lib. II cap. XI 11 tom. VII p. 69 E ed. Vallars.* non enim statim — ille maior aliorum sit *Vallarsius* 11 omnium (aliorum *superscr.*) 12 Augustinus] *cf. p. 9, 34 ed. Weber*: cuius rationis minus capaces quidam in aliquantis codicibus emendauerunt 'maior autem his est caritas'. 13 caritas maior (tria haec *superscr.*) 15 Priscianus] *cf. II p. 352, 16 H.* 17 cum illius] *Prisc. l. l. 18* 18 cum mihi] *Prisc. l. l. 20. Cetera exempla aliunde collecta sunt.* tindaritani

more genetiuus est pro ablatiuo, idest pro: 'cum de eius aduentu' et 'de illo tempore' 'de Tyndaritano' 'de Segestano' et 'de uatibus illius temporis' 'de Acilia lege uenit in mentem' et cetera. Tale est et illud Paulini ad Licentium: 'in mentem mihi uenit epistolae tuae', idest 'de epistola tua', sicut scilicet figurata est pariter et propria locutio in eo, quod ipse posuit: 'abstineo illius' et 'illum' et 'illo': 'abstineo illius', idest ab illo, et 'miror illum' et 'illius' et 'illo' et:

Iustitiane prius mirer belline laborum,

'iustitia' proprie, 'laborum' posuit figurate. Sic et 'admoneo te illius' et 'illum', et 'concedo tibi illius rei' et 'illam rem', et 'satior illius rei' et 'illam rem': 'illius rei', idest illa re, quod dici potest, ‖ f. 1ᵇ ‖ etiam 'de illa re', ut est de quinque panibus et duobus piscibus, et: 'qui nos de tuis donis satias'. Frequenter etiam genetiuus pro ablatiuo ponitur, ut illud Terenti:

quid mei faciam, quid me fiat?

Illud figurate, istud proprie, idest 'quid de me faciam' 'quid de me fiat', tametsi 'quid me fiat' pro 'quid in me fiat' in secundo postmodum libro Priscianus exponit. Reperitur enim saepe 'in' pro 'de', ut: 'loquebar in testimoniis tuis'. Vt 'securus tui' et 'de te' 'sollicitus mei' et 'de me', et illud Terentii: 'Dii inmortales, quid turbae est apud forum, quid illic hominum litigat?' Priscianus ita exponit: pro 'quot homines', sed reuera 'quid illic hominum litigat' nihil est aliud, nisi 'quantum hominum', idest quanta multitudo; 'quid turbae est apud forum', idest 'quantum turbae'. Illud etiam contrarie exponit testimonium: 'Gaudere Hegionem plurimum iubeo'; ait enim: 'plurimum gaude Hegio'. Melius enim diceret: 'gaudere Hegionem plurimum iubeo', *ac* si dixisset 'uolo', ut:

portas reserare iubent,

idest uolunt.

Illa nomina Graeca, quae sunt fortia uel principalia, corripiuntur in paenultima, ut 'allegoria' 'ironia' 'historia'. Similiter et illa, quae licet sint composita, non sunt tamen a masculinis uenientia et insuper unam syllabam in duas breues diuidentia, ut 'melodia' 'psalmodia' 'prosodia', quae composita esse patet ab 'oda'; porro illa nomina, quae sunt a masculinis uenientia, ut 'sophus sophi' 'sophia', ut illud:

---

1 cum (pro) 3 Paulini] *Bibl. Patr. Lugd. VI p. 243 col. 1 C:* sed in mentem uenit epistola tua. 4 aepistolé 6 ipse] *Priscianus II p. 299, 9* 7 miror] *Prisc. II p. 319, 10* 8 Iustitiane] *Verg. Aen. XI 126* 9 laborum] bellorum admoneo] *Prisc. II p. 328, 6* 10 concedo] *Prisc. II p. 343, 26* satior] *Prisc. II p. 377, 16* 15 quid me fiat] *Ter. heaut. IIII 3, 37* 17 tamenetsi 18 Priscianus] *Non inueni apud Priscianum.* 19 ut securus tui et sollicitus mei dē me et dē te et illud 20 Terentii] *Andr. IIII 4, 6* 21 Priscianus] *II p. 187, 22* 22 quod 24 exponit] *sc. Priscianus II p. 228, 10* 25 Gaudere] *Terent. adelph. III 4, 14* gaude Hegio plurimum *Priscianus* 26 iubeo si 27 dixisseti uolo] *An* dixisset idest uolo? 28 Portas] *Verg. Aen. XII 584:* Vrbem alii reserare iubent et pandere portas 31 penultima hironia

Digitized by Google

Sophia nota tuae menti et mens nota sophiae,

'philosophus philosophi' 'philosophia' 'acyrologia' 'macrologia' 'perissologia' 'tautologia' 'theologia' 'analogia' 'artigraphia' 'orthographia' et cetera his similia producuntur in paenultima; quia enim diriuatur ab 'urano', 'Vrania' producitur paenultima, ut est illud:

Vrania poli motus scrutatur et astra.

Sequitur:

Signat cuncta manu loquiturque Polymnia gestu.

Quia igitur 'Polymnia' non uenit a 'polymno', sicut 'Vrania' ab 'urano', corripitur illa, producitur ista.

Innocentius papa in epistola quam rescripsit Africanis episcopis contra haeresim Pelagii: 'missa facio', idest 'non remoror' ‖ f. 2ᵃ ‖ 'absoluo' 'delibero'.

'Sodes' aduerbium est deprecantis, non 'sodaliter', ut quidam uolunt, Vnde dicit Auienus:

Dic sodes, quidnam trepido tibi dixerit ursa.

Nam 'sodalis' breuis est so.

'Mastruga' uestis Germanica ex pelliculis ferarum: in libro differentiarum legitur.

'Festum' celebre.

'Praescribo' antescribo siue contradico, 'inscribo' superscribo uel dilacero.

'Proinde' idest itaque, 'perinde' est ita uel similiter.

'Anaglypha' caelaturae argenti.

'Intellegibilia' ad mentem, 'sensibilia' ad sensus corporeos pertinent.

'Anima' uiuit, 'animus' et 'ratio' sapit, 'cor' intellegit.

'Cum' et 'tum' ordinis aduerbia sunt, sicut temporis 'tunc' et 'nunc'. Quando 'con' loquellaris praepositio per compositionem praeponitur l uel r sequentibus, si uerbum ipsum talem habet sensum, ut indifferenter nunc unius hominis, nunc plurium significet actum, dubio procul in supradictas litteras n ipsum conuertitur, ut 'collocat' 'colligit' 'corripit' 'corrumpit': nam et unus homo de se ait: 'in loco pascuae ibi me collocauit' et de uno homine dicitur: 'collocet eum cum principibus' et unus homo 'cum aliis colligit' et 'se uel alium corrumpit' siue 'corrigit'. At e regione, quando uerbum ipsum talem habet sensum, ut non ad unum solum, sed ad duos uel ad plures actio uel passio transferatur, procul dubio nullatenus ipsa praepositio corrumpitur, sed integra regulariter manere dinoscitur et euidentissime comprobatur, ut 'conlaetatur' 'conlacrimat' 'con-

---

2 philosofia acirologia perisologia teulogia 3 orthografia 4 produncuntur 6 urania poli] *cf. Antholog. Lat. 618 M.* Vranie *Meyer* 8 signa polimnia 12 heresim 14 depraecantis 15 auienius] *cf. Auiani fab. p. 461, 11 ed. Neueletus* 16 rettulit ursa *Neueletus* 18 in libro differentiarum] *Isid. orig. XIX 23, 5* 23 aniglifa celaturae 27 cum, *corr.* con 32 dicit ut collocet † cum aliis 33 uel (siue *superscr.*)

laborat' 'conlaudat' 'conlucet' 'conlata' 'conlatio' 'conridet' 'conrodit', ut illud: 'conlabora euangelio'. Non enim solus unus quilibet 'conlaborat', sed solus 'laborat' uel cum alio et cum aliis euangelio uel cuilibet alii negotio uel exercitio 'conlaborat'. Sic et cetera exemplis non perpaucis facile dinoscuntur 'conlibertus' 'conleuita' 'Conlatina porta' 'conloquium' teste Isidoro.

Notandum etiam, quia secundum quod Papirianus et Cassiodorus dicunt in sua orthografia, non debet ullo modo dici 'medela' 'loquela' 'querela', sed 'loquella' 'medella' 'querella'. Illa siquidem nomina, quae ueniunt a uerbis unum s amittentibus, per unum sunt proferenda, ut 'candeo can|| f. 2ᵇ ||des' 'candela', 'suadeo suades' 'suadela'. At uero, quae duas consonantes amittunt, duo nihilominus ll admittunt, ut 'loquor loqueris' 'loquella' 'medeor mederis' 'medella' 'queror quereris' querella'; non enim uenit a 'querulo' 'querela', sicut putans in orthographia sua dicit Beda, quia non facit 'querulus queruli' 'querulela', uelut 'acutus acuti' 'acutela', unde regulariter 'loquellares', non 'loquelares' dicuntur praepositiones a 'loquella'.

. . .

|| f. 2ᵇ || Quando idem 'in' pro 'super' ponitur tunc tamen tantummodo, cum liber a quolibet exponitur, ut 'Hieronymus in Matthaeum', 'Beda in || f. 3ᵃ || Marcum', 'Ambrosius in Lucam', 'Augustinus in Iohannem', 'Seruius in Virgilium' 'Pompeius in Donatum' Donatus in Terentium'.

. . .

|| f. 3ᵇ || Beatus quoque Augustinus 'in' pro 'inter' in libris confessionum ponit . . . . . . . in libro quoque sacramentorum.

. . .

Hinc ait et Fortunatus:

Inter Christicolas, quos actio uexit in astris,
pax tibi pro meritis, magne Medarde, patet.

. . .

|| f. 4ᵃ || Vnde et illud quod superius est 'et omnes in Moysen baptizati sunt' bene posset dici 'in Moyse', hoc est 'per Moysen', nisi duo sequerentur ablatiui 'in nube' et 'in mari'. Vnde nullatenus reor ita sanctum Hieronymum transtulisse, sed imperitos postmodum corrupisse,

4 alio (l superscr.)   6 teste Isidoro] *Horum nihil apud Isidorum est lib. I 26, ubi de orthographia ex professo agitur, sed fortasse orthographias cum illo Isidori capite coniunctas intellexit, cf. huius libri sect. XII et praef.: De Isidoro grammatico.*   7 Papirianus] *cf. Cassiodori de orthogr. p. 2290 P.* . . . . . nunc autem etiam 'querella' per duo ll scribitur casiodorus   10 quae ã uerbis ũeniunt amitentibus   15 Beda] *cf. p. 2343 P*: querela per unum l, ut suadela tutela candela corruptela; *incertus de orthographia p. 2797 P*: querela per unum l; *de 'querulus' uocabulo quasi fonte neutro loco sermo est apud Putschium.*   22 inter] intra   24 Fortunatus] *Lib. II 17, 1. 2, cf. bibl. Patr. Lugd. X p. 537 col. II*   25 astra, astris *in marg. ed. Ben.*   26 pars — magna *ed. Ben.*   30 hierouimum

quoniam in cantico exodi, ubi LXX transtulerunt: 'filii autem Israhel ambulauerunt in sicco in medio mari', idem Hieronymus 'per siccum' transtulit, quia duos ablatiuos ponere contiguos noluit.

. . .

|| f. 4ᵇ || Non in 'unx', sicut Priscianus dicit, sed in 'ux' terminari debet coniux etc. Falsum est, quod ita prorsus perfacile probari potest. Illa siquidem superiora uerba (*Priscianus scilicet uerborum 'rego rexi, duco' etc. analogiam secutus erat I p. 278, 7*) non habent consonantem ante x et ob id haec regula non est us*que*quaque conformis nec parilis nec aequalis, sed uideamus uerbum, in quo sit forma conformis. 'Ningo' sicuti 'coniungo' consonanti gaudet in paenultimo tam praesenti quam praeterito. Iam nunc ergo diligenter est intuendum, quemadmodum in 'ningo ninxi' non remanet n in paenultimo, ut uidelicet i dempta dicatur 'ninx', sed potius n pariter demitur et dicitur 'nix'; sic reuera penitus de 'coniunxi' demitur n et ultima i et regulariter dicitur 'coniux'.

|| f. 5ᵃ || Videndum etiam, quid intersit inter lumen ueritatis et tenebras falsitatis simulque, sicut expedit, inspici debetur, quid inter ueritatem et apertam falsitatem est. Opertum uitium nimis utique nisi Deo donante caueatur, nociuum, quae uocatur uerisimilitudo, quae uidelicet uerisimilitudo propter illa superiora uerba, quae consonantem non habent in paenultimo, ut 'coniux' ne regulariter proferretur, nocuisse cognoscitur Prisciano; nec mirum. Enimuero sunt et alia non pauca, in quibus oppido uerisimilitudine deceptus est, ut homo. Nam sicut remus ab ignaris et tortus et etiam fractus putatur, quando uidetur in fluuio, et sicut etiam hominis digiti multo breuiores et, ut ita dixerim, curtiores et ipsa quoque quasi decurtatione paene uelut aequales apparent sub aqua, quod inexpertes experiri possunt in balneo, sic nimirum frequentissime minus cautos et decepit et decipit uerisimilitudo non solum in humana litteratura, uerum et in diuina quoque scriptura. Praeterea illud, quod in aduerbio dicit idem doctor inter caetera 'loco est', idest 'ibi est', ideo significare commodum censui, quia nos aduerbio huiuscemodi non solemus uti, cum tamen et Afri et Romani et omnes Itali atque Beneuentani tritum id habeant et assidue terant etiam in locutione communi. Dicunt enim, cum uidere mittuntur de quolibet homine uel de qualibet alia creatura uel inanima uel animata: 'loco est' 'loco sedet' 'loco iacet'.

'Saffirus' 'Sardius' 'Bacchius' 'Epirus' 'butyrum' 'romphea' 'anathema' 'Amalechita' naturaliter habent paenultimam longam, sed antepaenultima habet accentum, sicut illud Maronis exponens Seruius:

---

f. 4ᵇ 8 usquaque 10 ninguo consananti 12 ninguo penultimo 26 pene 29 scribtura 30 *Vbi hac de re Priscianus disseruerit, non inuenio, nisi fortasse II p. 29, 25 auctor respexit.* 32 ^et^ afri 34 inanimata loco est 35 epyrus

India mittit ebur, molles sua tura Sabaei —
Castorea Eliadum palmas Epirus equarum

ait: 'Epirus' pi longa est, sed e habet accentum. Similiter 'abyssus' 'baptisma', quorum paenultima positione cognoscitur esse longa, sed acuitur antepaenultima, quia propter h uel y aufertur accentus de paenultima, nec mirum, cum apud nos quoque 'locupletis locupletes' et 'locupleto locupletas' et 'asseuero asseueras' 'perseuero perseueras' 'eradico eradicas' longa sit naturaliter paenultima et tamen propter eufoniam accentum habet antepaenultima, et e contrario 'calefacis' 'feruefacis' 'arefacis' 'tepefacis' 'labefacis' 'madefacis' accentum habet paenultima, licet sit breuis, et rursus 'aliquando' 'nequando' 'siquando' accentum tenet antepaenultima, licet longa sit paenultima.

Porro quod accusatiuo casui uerbum 'calumnior' iunctum repperitur, secundum Graecos id prolatum est, ceterum Latine non est. Iam non dicendum 'calumnior Catonem', quod antiqui dicebant ‖ f. 5[b] ‖ Latini, sed 'calumnior Catoni', quod et ipsum perspicax auctor Augustinus super psalmum Beati Inmaculati dixit et docuit. Et illic enim secundum Graecam locutionem dicitur: 'ne tradas me calumniantibus me' et 'non calumniantur me superbi.' Nos tamen nostratis morem sequentes locutionis dicimus: 'Oremus pro calumniantibus nobis'.

Illud quoque notandum, quod 'subscribo' datiuo iungitur, ut est 'subscribo epistulis', sicut legitur et in canonibus: 'huic decreto a nobis prouulgato subscripsi', quod ideo commemorandum est, quia cum simplex ipsum uerbum et cetera omnia, quae ab eo componuntur, trahant accusatiuum, ut scribo conscribo describo inscribo rescribo transcribo 'librum', haec solum, idest subscribo et praescribo regunt datiuum, ut: 'praescribo tibi' in scribendo contradico tibi.

Differentia quoque inter 'utrumque' et 'utrosque' non parum debet placere, quia falluntur ibi plerique. 'Vterque' dicitur de duobus tantum hominibus, 'utrique' uero de duobus aut de pluribus ex utraque parte positis, et 'uterque uenit' et 'utrique uenerunt'. Sed tamen uerum est, quod subiecit ipse: 'haec quidem distincta sunt, sed iterum auctoritate confusa sunt'.

'Vador' uero idest fide dico, quia subobscura glossa est, planius aperiendum censeo. 'Vador' idest fide dico, hoc est memet ipsum uadem do uel in uadimonium trado.

1 India] *Verg. Georg. I 57* 2 castore aeliadum palmas epirus equarum (*pro* e *corr.* a) 3 Epirus] *Seruius*: Sane epiros Graece profertur, unde etiam e habet accentum. Nam si Latinum esset Epirus, pi haberet accentum, quia longa est. 9 penultima 14 iam nunc 23 commerandum (mo *superscr.*) 26 hoc solum ī·scribo (sub *superscr.*) 31 et uterque uenerunt (ri *superscr.*) 32 *Quis sit ille 'ipse', difficile dictu est; certe non est Priscianus.* 34 glosa

|| f. 6ª || Verum tamen, quando utrumque nomen appellatiuum est, idest et quod praecedit et quod sequitur, tunc per illud pronomen, quod est in medio, licenter cui uolumus generi respondemus. At si fuerit unum nomen proprium et alterum appellatiuum, tantum proprio respondemus, ut: 'est in carcere locus, quod Tullianum uocatur', et: 'ciuitas quod Mediolanum dicitur', et: 'coenobium quae Corbeia uocatur', et: 'cella quod Altumuilare nuncupatur', et: 'uilla qui Sparnacus uocatur', et: 'oppidum quae Troia nominatur', et: 'palatium qui Carisiacus appellatur'.

. . .

|| f. 6ᵇ || 'Enthesis' est interrogatio, quando ad exercitationem suam aliquis praeponit sibique ipse respondet. 'Erotema' est interrogatio, qua figura utimur, cum interrogando aliquid acernamus et exaggeramus ad eius inuidiam, quem interrogamus. 'Pysma' est quaesitum, quae figura a superiore eo differt, quod interroganti una uoce tantum responderi potest. Illabitur 'rogatio', quae fit per definitionem et non potest nisi pluribus uocibus responderi.

. . .

'Erudis' amphimacrus est, ut Virgilius: 'sublatum erudiit'.

Qui dicit 'subolem', dicat 'molierem' 'nocem' 'orsum' 'uolpem' 'uoltum' 'lumem' 'huminem', sicut a 'frixu' non dicimus 'frixuria' sed 'frixoria', sic a 'luxu' non est dicenda 'luxuria' sed 'luxoria'. Insuper etiam ipsa secunda syllaba breuis nullo modo fuisset in metro, nisi u conuersum esset in o.

. . .

Sciendum sane nobis est, quomodo haec omnia inter se differunt, idest 'uespere' 'uespera' 'uesper' 'uesperum'. Virgilius omnia haec demonstrat dicens: 'Est etiam uesper uespere uespera uesperum, hic uero nominatiuus quadruplex est, cuius differentia haec erit, quod 'uesper' quidem dicitur, quotienscumque sol nubibus aut luna ferruginibus quacumque diei aut noctis hora tegitur, et hoc neutrum est, quod et 'uesper uesperis' facit. At nominatiuus 'uespere' uocatur ab hora nona sole descensum inchoante et hoc declinatione caret. || f. 7ª || 'Vesperum' est, dum sole occidente dies deficit et sic declinatur: 'uesperum uesperi uespero' et reliqua. 'Vespera' est, cum lucis oriente aurora nox finitur et sic declinatur: 'uespera uesperae uesperae' et reliqua.'

---

11 erothema 12 exacernamus et exageramus 13 pisma 15 diffinitionem 17 Virgilius] *Aen. IX 203* 19 frixuria sed *supra lineam m. II* 24 Virgilius] *Asianus p. 8, 9 Mai* 28 obtegatur *Virgilius Maii* et hoc neutrum, uesper uesperis uesperi uesper uespere *Virgilius Maii* 29 nominatiuo *Virgilius Maii* 30 discessum *Maius* inchoante sed hoc nomen declinationem nullam habet *Maius* autem est cum sole *Maius* 32 finiatur: etenim sicut dies noctis successu uesperum, sic et nox die exorto uesperam habet et sic declinatur *Maius*. *Hic locus Virgilii nomine omisso legitur etiam in prima cod. Bern. 286 pagina saec. X*: obtegitur — discessum — cum

'Chaus', ut ait in epistola ad Euodium Augustinus Graece dicitur chasma.

. . .

|| f. 7ᵇ || Nam nec in his ipsis uidelicet 'sis' et 'uelis' neque in aliis uerbis coniunctiuis praeteriti uel futuri debet ullatenus in paenultimo pluralis numeri primarum seu secundarum personarum corripi teste Seruio super Virgilium in libro VI Aeneidorum de praeterito

Egerimus, nosti et nimium meminisse necesse est.

Ait enim: 'Ri necessitate metri corripuit.' Et Iuuencus de futuro testatur:

Nec canibus sanctum dederitis neue uelitis.

Et Augustinus in libro de doctrina Christiana, ubi ponens illud apostoli: 'Carnis curam ne feceritis in concupescentiis', euidenter ostendit 'feceritis' esse dichoreum.

Ab 'adolesco' uerbo uenit participium 'adolescens', ob cuius differentiam docet Caper antiquissimus et doctissimus in orthographia sua, quod per i profertur nomen 'adoliscens', unde diriuatur 'adoliscentia', diminuitur 'adoliscentulus', propagatur 'adoliscentior'.

. . .

|| f. 8ᵇ || 'Explicit' nullo modo dici quit, nisi consuetudo patrona sit; auctoritas enim et ratio regulae deficit. Denique beatus Hieronymus in epistolarum una suarum fatetur solere dici 'explicuit liber' uel 'explicuerunt capitula', ideo quia ita profertur corrupte: reor id scriptorum uitio accidisse, ut dicatur 'explicit' pro 'explicat' uel 'explicuit'.

'Adulescens', ut Caper in orthografia sua testatur, nullomodo est dicendum; uenit enim, sicut idem euidenter pandit, ab 'adoleo' idest cresco uerbo participium 'adolescens' et nomen 'adoliscens', et utrumque per o uidelicet, eo quod ab olendo, idest crescendo dictum sit: propter differentiam tamen nomen ipsum per i dici debere dicit. Alcuinus etiam, ueluti debuit uir sanctus et doctus, 'adoliscentem' per omnem bibliothecam, ubi uidelicet non participium, sed semper nomen id repperit, iure per i proferendum correxit, ut: 'adoliscens tibi dico: surge', et: 'dixit adoliscentior ex illis patri' et 'in quo corriget adoliscentior uiam suam' et 'adoliscentulus sum ego et contemptus'. Ab 'adoliscente' uero nomen constat 'adoliscentiam' uenire, ac per hoc procul dubio ita dici recte debere. Si quis autem putat, quod sicut 'adultus' dicitur, sic 'adulescens' quoque per u dici debeat, dubio procul errat; frequenter enim

---

sole — aurora monstratur etenim sicut dies successum noctis uesperum habet, sic et nox diei exortu uesperam habet et est primae declinationis etc.

1 Caus 2 casma 7 Egerimus] *Verg. Aen. VI 514* 8 Iuuencus] *L. II ed. Ben. tom. IV p. 60 D* 10 sanctum] sem̃ 15 Caper] *Apud Caprum Putschii p. 2243 nil nisi haec inueniuntur:* adulescens nomen est, adolescens participium est, *quae et ab iis quae hoc loco dicuntur et illis quae infra v. 23 seq. habentur, ualde discrepant.* 31 et in co



Digitized by Google

o in u uertitur, quando consonantes duae sequuntur, ut 'uolo uult', 'uolumus uultis', 'uultus' a uoluntate dictus pro 'uoltus'; 'colo cultus' 'uulpes' pro 'uolpes', eo quod sit uolubilis pedibus; 'ursus' pro 'orsus', eo quod ore suos formet foetus; 'iuglandis' pro 'ioglandis', idest 'iocus glandis'. Sic et ab 'oleo' in 'adolescente' uel 'adoliscente' 'adoliscentiori' 'adoliscentulo' 'adoliscentia' manente regulariter o, quippe cum haec omnia uenire constet ab adolendo; mutatur tamen o || f. 9ᵃ || in u, cum dicitur 'adultus', necessario propter sequentes uidelicet duas consonantes tantummodo, non ob aliud ullomodo, quod in ceteris participiis ab olendo uenientibus et unam post o consonantem habentibus id liquet patulo seu patet liquido, uidelicet in 'aboleto' uel 'abolito' et 'exoleto', ac per hoc diligenter et intellegenter intuentibus claret id sine scrupulo, quod sicut per o rite profertur 'aboletus' 'abolitus' 'exoletus', ita nihilominus proferri debet 'adolescens' et 'adoliscens', licet necessario propter praedictam rationem non seruet id 'adultus'.

Qui solummodo grammaticam angustam et artam artem scit, 'nemo uirorum illorum, qui uocati sunt, gustabit cenam meam' dici debere conicit et, quasi secus dici nequeat, quam securissime dicit, idest 'nemo gustabit'. Ceterum qui rhetoricam amplissimam latitudinem uel latissimam amplitudinem attigit, ipsam licenter ac regulariter litteraturam quasi neglegendo praetermittit et ad sensum se potius transferens propter pluralem, qui sequitur, numerum, idest: 'uirorum illorum qui uocati sunt gustabunt' auctorabiliter per figuram dicit. Scitis etenim, quod schemata dianoeas ad oratores pertinent, ad grammaticos lexeos. Legite Pompeium et ipse nobis illud faciet plene perspicuum. Namque sicut optime fit schema per casum, ut

Vrbem quam statuo, uestra est

quod male Donatus exposuit siue Seruius et bene Priscianus, et ut: 'lapidem, quem reprobauerunt e. h. f. a.', et: 'sermonem quem audistis non est meus'. Et per genus, ut: 'omnes gentes circuierunt et i. n. d. q. us. i. l. et: 'euntes docete omnes gentes baptizantes eos' et: 'reges gentium dominantur eorum' et cetera multa, sic etiam hic dimisit numerum singularem et se licite transtulit Spiritus Sanctus ad pluralem, tamquam uidelicet dictum fuisset: 'nulli qui uocati sunt gustabunt'. Sane sciendum est, quod quicumque dicit 'nemo gustabit', non potest reprehendi ita dumtaxat, si 'gustabunt' dici posse non negat.

. . .

|| f. 9ᵇ || 'Si' licet frequentius trahat subiunctiuum, frequenter tamen

---

4 sua formet locus glandis 9 ul modo 13 exoletus *m. II suprascr.* 14 adolescens *supra linea m. II* 18 quam] quasi 19 rhethoricam 21 tranferens 23 scemata lexeas 25 obtime scema 27 urbem] *Verg. Aen. I 573* 28 *Seruius siue antiptosin siue zeugma esse putat.* Priscianus] *II p. 187, 18* 30 circuirunt 34 qui uocati] *man. I* qui cati 36 non negat.

trahit et indicatiuum, ut: 'si mundus uos odit', et: 'si me prosecuti sunt', et: 'si sermonem meum seruauerunt', et: 'si diligitis me, mandata mea sunt'. Vnde quod in una dicitur translatione: 'si iniquitates obseruaneris Domine', in alia dicitur: 'si iniquitates obseruabis'. Hinc in una quoque sententia nonnumquam utrumque reperitur, ut: 'si haec sitis, beati eritis, si feceritis ea'. Tale est et illud: 'si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi' etc. — Id quoque frequenter reperitur in poetis abundanter, ut:

Si deus est animus nobis ut carmina dicunt
et Si mihi quae posco promittunt
et Si fratrem Pollux alterna morte redemit
et Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus
et Odero si potero, sed non inuitus amabo.

Sciendum est tamen, quod Prisciano testante tunc 'si' maxime coniungitur coniunctiuo, quando profertur dubitatiue, tunc autem indicatiuo, quando confirmatiue. Idem etiam 'si' est, quando ponitur pro 'non', ut: 'si introibunt in requiem meam', et: 'si Dauid mentiar', et: 'si introiero in tabernaculum domus meae, si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis' et: 'si dimittetur uobis iniquitas haec donec moriamini'. Ponitur quoque idem 'si' pro utinam, ut est illud Virgilii:

Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto

et illud Gregorii: 'o si sapere in cordis palato possit'. Ponitur etiam frequenter et pro 'numquid', ut est illud: 'si haec ita se habent?'

. . .

|| f. 11ᵇ || 'De profundis', idest de profunditatibus. Solent enim nonnulli, quotienscumque legunt et ubi audiunt neutri generis nomina, superfluas et penitus inconcinnas incongruasque subauditiones dicere, cum prorsus in locutione, qua nos utimur, sub neutro genere nihil subauditionis uel nobis uel auditoribus nostris ullo modo debeamus ingerere, ut est: 'quid est hoc quod cogitas?' etc.

. . .

|| f. 12ᵃ || 'Dispersio' quidem et 'respersio' bene profertur per e; 'consparsio' tamen satius per a profertur, sicuti scilicet a 'patior' mutatur 'perpetior', manet 'compatior'. Sic itaque 'consparsio', sicut 'compassio' et 'dispersio' siue 'respersio', sicuti 'perpessio'. Non excipitur a 'lego' seruans e solum 'relego', quia dicitur pariliter a 'lego' 'delego' 'perlego' 'propterlego' 'selego' 'sublego' 'subterlego', ac per hoc rite similiter et

2 et ũ · p̃ si sermonem seruauerunt et u s̃ et si 5 heritis 9 Si Deus] *Catonis dist. I 1* 10 Si mihi] *Verg. Aen. IX 194* 11 Si fratrem] *Verg. Aen. VI 121* 12 Si potuit] *Verg. Aen. VI 119* 13 si non i · a · inuitus 14 Prisciano] *cf. II p. 241, 17 seq. 249, 7 seq.* 21 Si nunc] *Verg. Aen. VI 187* 28 nihil ṇiḥiḷ 32 muṙtatur

Digitized by Google

'intellego', quae reuera ab homine non usquequaque, sed ex parte sciente non uisa sunt a Prisciano, sed cur id acciderit, miror inpendio, cum 'sublegi' dictum sit a Virgilio, quod profecto non a 'subligo' uenit, sed ut claret, a 'sublego'. Esset enim et ibi differentia propter 'subligo subligas', ut ait Maro:

subligat ensem

et in alio loco dicit idoneum exemplum idem a 'lego' compositum, ita inchoans:

It portis iubare exorto delecta iuuentus.

Hinc est et illud Sancti Augustini in alicuius libri fine: 'commendare delegi'. Hinc est etiam 'delectus' nomen quartae declinationis, ut 'delectus militum', idest delectio, qua scilicet ad militiae deleguntur seruitium. Hinc est etiam illud Hieronymi: 'Dauid ex pastore allegitur in regem'.

. . .

|| f. 12[b] Apud doctissimos magistros Augustinum, Hieronymum et alios reperitur actiuum 'frustro frustras', et idcirco nullatenus debet emendari in psalmo: 'et non frustrabitur eum' etc.

. . .

|| f. 13[b] || Sicut ab h et y litteris, ita nihilominus et a chi et a gi syllabis auferetur accentus in omnibus Graecis, ut 'Helenus' 'Helena' 'anathema' 'romphea' 'butyrum' 'sapphirus' 'Amalechita' 'Ariopagita', unde et illa nomina Latina, quae sunt a Graecis nominibus dirinata, corripiuntur in paenultima suntque penes nos naturaliter correpta 'faginus' 'oleaginus', cum producantur e contrario diriuationis eiusdem cetera possessiua, ut 'cedrinus' 'cypressinus'.

. . .

'Ergo' 'itaque' 'igitur' coniunctiones in Latinum habent sensum et illud significant, quod uulgo dicitur 'gers' || f. 14[a] ||, iam quia sic est: 'gers faciam'; sic inde dicuntur inlatiuae semper, siquidem superiora respiciunt atque concludunt.

. . .

|| f. 14[b] || 'Nola' et 'campanella' unum est, idest 'schilla', ut est illud Auieni de cane:

Iusserat in rabido gutture ferre nolam.

. . .

'Tero' licet proprie habeat 'triui' praeteritum et 'contero contriui', tamen nostris interdum dicitur a doctoribus 'conterui', unde sine dubio sic in

---

3 a Virgilio] *Ecl. VIIII 21* 5 Maro] *Aen. VIII 459* 9 It portis] *Aen. IIII 130* exto (or *m. II*) 16 debet (er *m. II*) 18 Sicut ab h et y] *Cf. supra f. 5[a] p. 176, 35* nihilhominus 20 anat[h]ema 24 cypressimus 29 capanella 30 Auieni] *fab. VII 8 p. 459 ed. Neuel.*

antiphona debet cani: 'caput draconis Saluator conteruit', quod in illo nimirum probatur uero, quod in fine ponitur: 'ab eius potestate omnes eripuit'.

. . .

|| f. 15[b] || 'Sarcofagum' frequenter in antepaenultima quidam accuunt, sed suauius est paenultimam acui. Ceterum unumquemque aurium potius oportet mulcedini *inseruire* secundum illud, quod Cicero Tullius perhibet: 'imperatum est a ratione, ut peccare suauitatis causa liceret'.

. . .

|| f. 16[a] || Antiquitus 'paupertas' a quibusdam pluraliter prolata est, sed nunc tantum singulariter proferenda est.

. . .

---

## PARS ALTERA.

|| f. 63[a] || Figura heroici uersus habet V dactylos et est prima figura et unum *spondeum*, ut:

Omnipotens dominus tibi sit deus ipse benignus.

Sic et ille, qui spondeos habet quinque, ut:

Rex regum aeternam Christus donet tibi uitam

atque in hunc modum ceteras continet figuras etc.

. . .

|| f. 63[b] || . . . . aut spiritaliter est de membris interioris hominis intellegendum. Habet enim uniuscuiusque nostrum anima || f. 64[a] || membra, ut 'inlumina oculos meos' etc.; et cetera, de quibus affatim sancta dixit Agnes, unde non bene canitur: 'et sanguis eius ornauit genus meum' pro 'genas meas'.

. . .

'Cathedra' producitur, sicut 'exedra', ut in exemplo Bedae: 'nostrae cathedra terrae'. —

. . .

|| f. 64[b] || Caput draconis]. In multorum patrum dictatu reperitur 'conteruit' et ut hic dictum fuit, quod et Cassiodorus frequenter dicit, licet ut 'terit triuit', ita 'conterit' facit etiam 'contritum'.

. . .

|| f. 65[a] || Ancilla dixit Petro: nam et loquella tua]. 'Loquella' que-

---

1 capud 4 in antepenultimam 5 sed si suauius 6 inseruire *addidi* 11 Figura] *Cod. Bern. 83 saec. X f. 63[a] — f. 74[a]* 12 et unum spondeum] ut unius 17 aut spiritaliter] *De hoc loco cf. praef. partis II cap. VI: agitur de alicuius uersus expositione multiplici.* 22 nostrae cathegeta 24 Caput draconis] *Cf. supra l. 1* 25 casiodorus

rella' per duo ll scribi debent teste Papiriano et Cassiodoro in orthographia sua.

. . .

|| f. 65[b] || Et: inter densas, umbrosa cacumina, fagos quod est epexegesis, idest explanatio. Est et alia locutio huic ueluti contigua, sed non est ipsa priscis quidem usitatissima, sed neotericis paene uel incognita uel insolita, ut est: 'adferte Domino gloriam, nomini eius' et: 'introite portas eius in confessione, atria eius', et in Gelasio: 'beatus apostolus Iohannes Euangelista' et 'sanctus martyr Iohannes Baptista' et 'beatus confessor Augustinus Pontifex' et illud Cyrilli ad concilium Africanum: 'domini honorabiles fratres', et Attici ad idem: 'domini beatissimi fratres'; et alia multa, quae scilicet locutio tunc fit, quando, sicut uides, interponitur aliquid, quo fiat, ne ibi coniunctio necessaria sit. Verbi gratia non potuisset dici: 'adferte Domino nomini eius gloriam' uel 'introite portas eius, atria eius' nec 'apostolus Euangelista' neque 'martyr Baptista' neque 'confessor Pontifex' sine uitio; nunc autem elegantissime posita sunt sine coniunctione, quod et ipsum satis insigniter prolatum est in secundo uolumine Maccabaeorum.

. . .

|| f. 66[b] || Saepe siquidem ('*patet*' *uocabulum*) solo gaudet nominatiuo, ut Augustinus: 'decus latet, dedecus patet'; Gregorius: 'patet ratio'; Arator: 'mortis imago patet'; Sedulius:

Peruia diuisi patuerunt caerula ponti;

Maro:

Tris pateat Caeli spatium

et

patet istic ianua leto,

pro 'ad letum'.

. . .

|| f. 69[a] || Duas etiam partes uide deinceps, ne sub uno accentu pronunties, idest 'uerum tamen', quod nihil est aliud, quam 'set tamen'; 'et tamen' 'et quidem', sic 'uerum tamen' ut duae partes efferendae sunt, nisi forte cum sint etiam duae partes 'pube tenus' te fallat, sed ne diutius fallat, adtendendum est, quod praepositiones, quando nominibus apponuntur, grauantur; ergo 'tenus' ut grauaretur praeposita regulariter, nihilominus grauatur et supposita. Simul etiam uitium alternitatis inspice in 'reuiuiscit', qui forsitan in nomine Sancti 'Bonifacii' necdum id dispexisti, quique cum ceteris hunc locum nimia prorsus absurditate fatuitatis

---

1 Papiriano et casiodoro in ortographia] *p. 2290 P, cf. supra p. 157, 7* 3 inter] *Verg Ecl. II 3* 4 ex fexegesis 5 necctericis pene 9 cirilli 17 mac[b]abeorum 20 Arator] *Hist. apost. l. II ed. Ben. tom. X p. 140 B* Sedulius] *Op. pasch. l. I ed. Ben. tom. VI p. 460 H.* 22 Maro] *Ecl. III 105* 25 Patet] *Aen. II 661* loeto pro ad loetum 28 set, *corr.* sed 34 bonefacii (i *supra* e)

'Altiuillare' appellas, cum si constructor eius nomen habuisset 'Altus', tunc solummodo posset ita uocari, ut uerbi gratia 'mons Biduini'. Nunc autem si nequit ita uocari, sicut monasterium 'Magnus Locus' 'Magnilocus' nequit nuncupari, sed si decepit te 'centimanus' 'celsithronus' 'altithronus', uide tandem aliquando, quod 'alti' 'celsi' et 'centi' non sunt genetiui, sed accusatiui ........ 'altithronus' 'celsithronus' altum thronum habens et celsum thronum habens, et 'centimanus' centum manus habens. Ideo sane dixi 'centi' esse accusatiuum, quia eius uidetur officio fungi, sicut 'pennipotens' et 'armipotens' ablatiui uel magis genetiui et 'armigeri'.

. . .

|| f. 70ᵃ || 'Perinde' ponitur usitatius pro 'propterea', sed saepe reperitur pro 'similiter', uel 'ita', ut in dialogo Seueri de Postumiano: 'perinde atque ego triumphat gaudio'.

. . .

|| f. 71ᵃ || Interdum ab auctoribus difficilior glossa ponitur, quam sit ipsum quod exponitur, ut Hieronymus: 'terrenus idest choicus.' Tale est et illud Prisciani in praepositione: 'prae' ponitur pro 'ab', ut: 'fit misera prae amore', idest ab amore, || f. 71ᵇ || ubi si quaeratur, utrum necne dici possit alia constructione: 'est' uel 'fuit misera prae amore, idest ab amore', uel omnes uel certe paene omnes negabunt posse, non tamen rite; sic namque potest et dicere te et illud etiam dici potuerat regulariter.

. . .

'Sodes' aduerbium non significat 'sodaliter', sed aduerbium est precatiuum, ut illud Auieni:

Dic, sodes, quidnam trepido tibi retulit ursa.

'So' uidelicet producta, cum sit in 'sodali' correpta.

Inter 'abrenuntiare' et 'renuntiare' hoc interest, quod abrenuntiamus inlicitis, renuntiamus licitis. Abrenuntiamus Diabolo et omnibus operibus eius et omnibus pompis eis, renuntiamus diuitiis et propriis facultatibus.

. . .

'Praescientia' ponitur aliquando pro 'praedestinatione', ut est illud: 'non reppulit Deus plebem suam, quam praesciit', idest 'praedestinauit', in secundo libro ad Prosperum. Nos tamen iam nunc ipsam potius tenere debemus differentiam propter illud, quod nimis male in Sura-

1 Altiuillare] *Cf. supra p. 178, 7* 2 mare, *corr.* mons bidjuini 4 celsitronus 6 accusatiui] *Secuntur uerba nonnulla obscura*: et insuper ut genetrice siue ğento sic in ejuertis ·i· in nomine bonefacii, *quae fortasse sic explicanda sunt*: et insuper ut 'genetrice' siue 'genetiuo', sic in e uertis i in nomine 'Bonifacii'; *nam de eo nomine uel per e uel per i scripto agi uidetur.* altitronus celsitronus altitronum habens et celsum habens 9 uel manus, *corr.* magis 12 Seueri] *Dial. I ed. Ben. tom. VI p. 358 A* 14 glosa 16 Prisciani] *II p. 50, 5* pro, *semper* 17 quaerat 20 postest 22 praecatiuum 23 Auieni] *Cf. supra p. 174, 15* 28 pomp̄ 29 aliquando propter destinatione

Digitized by Google

ragdo dicitur: 'ab origine quos praesciuit bonos praedestinatione reddit beatos.'

. . .

|| f. 71[b] || 'Stropha' uersutia dolosa et fraudulenta, ut ait Althelmus: 'Ne fur strophosus'.

. . .

|| f. 72[a] || 'Anuli pala' pars est illa, qua prae latitudine sui sigillum solet inprimi uel sigilli gemma seu lapis inseri uel indi.

. . .

|| f. 72[b] || Inter 'adpraehendere' et 'appraehendere' differentia est: 'adpraehende arma' et 'appraehende lucernam', idest accende. 'Appraehende' et 'appropinquat' scatet uitio, contra 'approbat' et 'applicat' placet. Et dico, quare, dummodo cum ueritatis audiar caritate. Sicut interpositis frequenter aliis partibus ponuntur sine coniunctione duo nomina, quod minime liceret, si iungerentur, ut 'corda uoluntates': nam quasi hoc laudabili neglectu superius nomen praetermittitur, dum quaelibet alia pars intermittitur. Sic etiam iure licet, immo debet in uerbis plurium fieri syllabarum, quod non licet in paucarum. Laudabiliter enim praepositionis corruptio parui penditur ac suspenditur, dum complurium syllabarum uerbo componitur. Hinc est, quod praepositio 'in' mutatur in 'improbat', manet in 'inproperat'. Sic etiam poetae pauciorum uerba syllabarum necessario producta custodiunt, plurium uero nonnumquam licite corripiunt. Paenultimas enim 'studebam' et 'mederer' nullus umquam praeteritorum corripuit, at 'studebamus' corripuit Teudulfus et 'mederetur'. Sedulius:

Ille lŏquebatur, nos stupebamus ait.

. . .

|| f. 73[a] || 'Ridiculus' mobile est et adiectiuum, ut:

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus,

et 'ridicula res' et 'ridiculum responsum', 'ridiculo Geta', quasi ridiculo scurra.

. . .

|| f. 73[b] || 'Seuerus' amphibrachys. Iuuencus:

Quod scirem Domino memet seruire seuero.

. . .

Sicut 'facesso', sic 'arcesso' et 'lacesso' tertiae sunt coniugationis, ut:

Si potuit Manes accersere coniugis Orpheus.

Sed quia frequenter in nostris inuenitur auctoribus 'accersire' et 'accersiuit', inde participium paenultima producta uenit 'accersitus'.

---

3 fraudenta (ul *supra*) Althelmus] *De laude uirg. praef. u. 17 ed. Ben. tom. XIII p. 3 B* 4 aut sur 9 uitio] ante 17 mutatur in inprobat (pro *supra*) 18 manet in inperat poete 24 Rediculus 25 Parturiunt] *Hor. ars poet. u. 139* 28 amphibrachis 28 Iuuencus] *L. IV ed. Ben. tom. IV p. 73 E* 31 Si potuit] *Verg. Aen. VI 119* accerseretur orpheus

Digitized by Google

Nobiles Romanorum pueri et etiam adulescentuli tunc temporis erant et sunt etiam hodie 'comatuli', retro uidelicet ab auribus promissam plus minus dimidii mensura pedis habentes comam; hinc adulatorie uel potius inrisorie *ὑποκοριστικῶς* 'comatuli', quasi comptuli. Nam et Einhardus in uita Karli Imperatoris eundem Karlum dixit fuisse 'dicaculum'.

. . .

A 'pumice' uerbum non me recolo legisse, tamen aut sic est aut sicut 'galeatus' et 'togatus', aut asperos ut ipse putas pumicatos, quasi limatos aut certe quasi politos carpendique usu tritos.

. . .

A 'calceis' uel 'calciis' potius 'calceoli' uel 'calcioli': nam et 'calceo calceas' et 'calcio calcias' dixerunt antiqui.

. . .

'Epithema' dicitur et emplastrum a superponendo dictum, unde et illud quod ait Hieronymus: 'sumpto themate' putatur quasi sumpta dicendi positione. Porro illud in decretis Innocentii: 'uenimus ad Fotini maximum thema' aliud est, idest quaestionis propositio. Galli Senones || f. 74ᵃ || ab urbe Romana reuertentes condiderunt secus mare ciuitatem uocantes Anchonam uelut 'hanc unam', inde progredientes uocauerunt Auximum, quapropter, ubi tu posuisti 'synthema', si posuisses 'epithema', putasses te † ritis quaestionibus id augendi gratia superaddidisse.

. . .

|| f. 74ᵃ || Agroecius quidem dicit in orthographia: 'afficimur honore et adficimur iniuria', sed tamen nusquam reperitur et 'morte adficient ex uobis' uel 'contumelia adfectos occiderunt', unde uelut superflua uidetur haec differentia, praesertim cum indifferenter et in bono et in malo dicatur 'affectus' et 'affectio'.

. . .

*Ὑπὸ παντί* Graecum est, sed agrestes Graeci Latinitatis ignari nequeunt idioma proferre nobis huiusmodi. Vtcumque tamen potest 'obuiatio' uel 'decursus' interpraetari, a palatio siquidem Lateranis exeunti Papae cum clero, sicut in gestis Pontificum legitur, occurrit et obuiat populus ad sanctum Hadrianum.

'Nugas' pluralis semper numeri et communis est generis, ut est illud Hieronymi: 'uerum haec nugas terimus'.

. . .

---

3 ad[ul]oratoriae 4 inrisoriae YPOΔORISTICOS quali, *corr.* quasi 5 in uita K̃ IMP̃ eundem Karl̃] *Einh. cap. XXV* 6 a pamice 8 liminatos 9 potius calcioli, *corr.* -eoli 11 emplestrum, *corr.* emplastrum 12 qua[si] 15 Cali, *corr. m. II* Galli reuertenens, *corr. m. I* 17 sinthema 18 teritis questionibus 20 Agroecius] *p. 2270 P*: adficimur honore et adficimur iniuria 25 YPOPANTI grecum 28 pape 29 populos 31 [hi]geronimi

Digitized by Google

'Subinde' ponitur pro 'saepe', ut illud Postumiani de leaena: 'subinde restans, subinde respectans.' 'Exinde' deinde uel ex illo tempore uel loco, porro 'proinde' itaque, ut Turnus ait Dranci:

'Proinde tona eloquio'

. . .

'Stratus' quartae declinationis est, 'stratum' uero generis neutri secundae teste Virgilio:

stratisque relictis

non stratibus, quatenus est 'stratum' neutri generis.

---

4 Proinde] *Verg. Aen. XI 383* 5 Stratus] *Haec in fine opusculi leguntur.* 6 Virgilio] *Aen. IIII 82* 8 non strabus quatenus est stratum uero generis.

Digitized by Google

# VII

# VERGILII GRAMMATICI EXCERPTA PARTIM INEDITA.

---

|| f. 2[b] | Quomodo sonamus diphthongon, quando unam syllabam de duabus uocalibus facimus? **Priscianus** dicit: quando duae uocales suas uoces habent, ideo diphthongos dicitur, quod binas uoces habent. **Vergilius** tamen dicit, quod prima uocalis in diphthongo uocem non facit, sed sonum amittit, ut ipse dicit: Quaedam autem uocalium mobiles sunt, quaedam stabiles ..... quaedam quotiens fortes non cumque proscriptiue uidentur, ut a o u; etenim a, cum in principio fineue alicuius partis posita fuerit, e statim non subsequente ma .... cum producitur, fortis erit, ut 'ars' 'amori' 'schola'; at cum praedictis locis e eam sub*secuta* fuerit, a infirmis habetur, ut 'aes' 'Aeneas' 'Mycenae' 'Cannae', sicut et o fortis erit in his locis, ut 'amo' 'os' 'origo', 'sermo'; at cum e sequatur, diphthongi loco ponetur, ut 'poena' 'foedus'.

|| f. 3[a] || Vt **Vergilius** dicit: Sciendum est sane, quod, ubicumque uocalem quamlibet in media parte positam duplicata *s* secuta fuerit, eandem uocalem corripiemus, ut 'uassa' 'fossa' † 'uessit' idest scit, 'uissit' idest uidit; at si una, uocalis producetur, ut 'gloriosus' 'uisus'. Omnis superlatiuus gradus s duplicatam semper habebit, ut altissimus; sic et m duplicata ante sitam corripit uocalem, ut summus gammus; sin alias, producetur, ut sumus ra*mus*.

---

*Ars codicis Bernensis 123 ex multis auctoribus collecta f. 1[a]—31[b]* 1 diptongon *uel* dyptongon *semper* 2 Priscianus] *cf. I p. 37, 13*: diphthongi autem dicuntur, quod binos phthongos, hoc est uoces, comprehendunt. que due 3 dyptongon Vergilius] *Non extat is locus apud Maium, sed citatur a Cruindmelo grammatico, cf. H. Keilii de grammaticis infimae aetatis programm. Erlang. 1868 p. 18:* Virgilius tamen Maro in suis dicit epistolis, quod duae uocales in unam syllabam dyptongi iunctae non possunt suum exprimere sonum. uirgilius, *corr.* uerg. 4 que prima uocales in dyptongon non facit 5 soni nobiles 6 *post* stabiles *uocabulum unum putredine euanuit* 9 scola at cuius locis eam su..... 10 aemias micenę gannę 11 aut cum 14 duplicata secuta 15 fossa ·i· scit uessit uissit ·i· uidit uut si 17 grand; 19 sumus ra....

|| f. 5[a] || Omnes grammatici dicunt, quod accentus uocis non potest in ultima syllaba esse apud Latinos, nisi in paucis. Vergilius tamen Maro in multis uerbis ponit in ultima ita dicens: Nonnulli aiunt, quod in uno quoque gressu, idest sono duum pedum, *idest* syllabarum primus eleuetur et secundus inclinetur, ut légit ágit núbit uádit. Sed nos dicimus, quod rectum esse sentimus, quod non minus reperimus secundos pedes eleuari, quam primos, ut egó amá docé audi. Maxime autem haec diuersitas ob dissimilium sonorum discretionem reperta est, ne confusibilitas aliqua nascatur. Dicimus enim nominatiuo casu sédes eleuata prima; at si uerbum sit, uersa uice secundum leuantes pedem dicimus sedés; sic cum dicitur *réges*, primus erigitur; at cum uerbum regés, secundus pes eleuatur, quod non secundum rationem metrorum, *sed* secundum discretionis aptitudinem facere solemus, sicut etiam . . . . . . imperatiuo modo primam acuimus syllabam et nouissimam calcamus; at ex diuerso, ubi aduerbium sit aut praepositio, prima calcatur, nouissima acuitur.

|| f. 6[b] || Vt Vergilius dicit: Haec autem Latinitas propter oratorum ornatissimum eloquentiae leporem oratio nuncupatur, unde partes orationis intellegendae sunt de numero partes Latinitatis. Orationes pro sermonibus elocutionibusque accipiendae sunt, quae in octo partes findi soleant.

|| f. 7[a] || Vt Vergilius: Reddidimus, ut potuimus, superioris superscriptionis epitoma rationem requirentibus, qua de causa nomen uerbo praetulerimus. Nunc aliud quaestionis inminet genus, cur etiam pronomen uerbum praecedit, cum uerbum omnium partium egregium sit. Quibus hoc modo respondendum est, quod in diuisione omnium partium orationis alii octo partes dixerunt, nonnulli eundem numerum minuentes nomen et pronomen in eandem partem redigendum putauerunt. Verbum quoque et participium in unum conglomerantes absurdum dixerunt, uelut a corpore membrum, ita a uerbo separare participium. Aduerbia autem et coniunctiones unam partem esse putauerunt sequestratis praepositione et interiectione, atque ita tunc erat, ut pro octo partibus V annumera-

---

2 Vergilius] *Non extat apud Maium.* 4 idest *addidi* 5 légit] *Accentus desunt.* 6 que rectum 8 discrecionem 10 at sit 11 reges *addidi, sed insuper 'nominis' significatio intercidisse uidetur.* eregitur aut cum 12 non non sed *addidi* 13 etiam] *Exciderunt nonnulla ob putredinem, sed de 'pone' uocabulo agitur.* 15 calca nouissima accuitur 16 Vergilius] *p. 99 Mai* 17 ornatissimum leporem oratio nuncupatur: unde et partes orationis intellegendae sunt partes latinitatis *Maius* un[de] partes oras [tionis] (*corr. m. II*) 18 orationes *om. Maius* 19 elocutionibusquae pro sermonibus eloquentioribus accipiendae *Maius* solent *Maius* 20 Vergilius] *p. 137 Mai*: Superiore coepto reddita ratio est requirentibus qua de causa uergilius, *corr. m. II* uirg. superiori superscriptio, *corr.* -ioni *m. II* 21 epithoma qua diutia 23 uerbō egregium sit. Respondeo quod *Virgilius Maii* 25 eundem numerum *om. Maius* 26 in eadem parte *Maius* et uerbum et participium *Maius* 27 congloberantes unam dixerunt. Item aduerbia et coniunctiones, *ceteris omissis Maius* obsurdum 28 menbrum sperare, *corr.* separare *m. II* 29 unam sequestrata praepositione et interiectione ita ut V partes nominarent, *reliquis omissis Maius* 30 erat, *suprascr.* tunc *m. II* annumerauerint, *corr.* -auerent *m. II*

Digitized by Google

uerint. Pro hac ergo ratione pronomen a nomine secernere noluerunt, sicut nec armiger secernitur a rege. Pronomen est subministratoria pars orationis, quia quicquid est absque nominis amminiculo, infirma esse uidetur.

|| f. 7[b] || Vt **Vergilius** dicit: Interrogare debeo, cur nomen omnibus partibus Latinitatis praelatum sit, cum in † hiborum elocutione et compositione praecipuum existimetur uerbum. Super hoc **Aeneas** inquit: Nomen secundum sermonem principium est, non secundum appellationem. Cum enim nascitur homo, priusquam rem aliquam agat uel discat uel sciat, nomen illi inditur, *quare* uerbo praecedit; nomen ergo pars orationis principalis Latinitatis.

*Ibid.* Vt **Pompeius** ....... nis creatura ex nomine suo cognoscitur: nisi enim scieris nomen, cognitio rerum perit. Aliter uero **Vergilius** dicit: Ideo praeponitur nomen, quod quando ..... infans, necesse est, ut statim habeat nomen; actum uero non potest facere: *proprie hoc* monstratur per uerbum.

|| f. 10[b] || Diriuatiua multas terminationes habent in ultimis syllabis, ut **Vergilius** dicit: Diriuatiua autem non unius sunt moris. Quaedam enim in us syllabam desinunt, ut de terra terrenus, de monte montanus, quaedam in cus maxime, quae de regionibus et gentibus diriuantur et sectis, ut Macedonicus Sarmaticus Germanicus grammaticus. Quaedam in tis, ut caelestis. Quaedam in eus, ut igneus. Quaedam in ius, ut Aegyptius. Quaedam in lis, ut carnalis animalis.

|| f. 11[a] || Vtrum obseruant diminutiua genera nominum, a quibus nascuntur? Aliquando obseruant, aliquando non, ut **Virgilius** dicit: Diminutiua autem, quamuis et ipsa inmobilia sunt, quando nullis adiciuntur, ab his tamen nominibus, quibus haerent, saepe genere discrepant. Nonnumquam tamen concordant. Dicis enim 'taberna', ex qua diminu-

---

1 hac g ratione, *corr.* pro hac ergo r. *m. II* 2 nec socius a rege, *suprascr.* armiger secernitur *m. II* 3 quae quid, *corr.* quicquid *m. II* amminuculo, *suprascr.* adiutorio *m. II* infirma, *suprascr.* non stabilis *m. II* 5 Vergilius] *p. 132 Mai*: De nomine breuiariam epitomam editurus rerogare prius debeo querimonantibus qua de causa nomen omnibus partibus latinitatis praelatum sit. Nomen secundum sensum *etc. Maii excerpta* 7 existimetur] estiatur, *suprascr.* sit *m. II* 8 secundum sensum *Maius* apellationem 9 homo *euan., suppleui ex Maio* antequam *Maius* uel discat uel sciat *om. Maius* 10 indicitur inditur: nomen ergo *Maius* quare] *Vnum uocabulum euanuit, quod secundum sensum suppleui.* 11 principalis pars latinitatis est *Maius* 12 Pompeius] *Hunc locum apud Pompeium non inuenio, sed cf. p. 96, 27. 29 K. Lacunam sic expleas:* dicit: omnis 13 nisi enim] *cf. ars anonyma Bern. p. 63, 33* Vergilius] *Non extat apud Maium.* 14 quando] *Suppleas*: nascitur 15 ac[ ]tum proprie hoc *ex coniectura dedi: nam duo fere uocabula euanuerunt.* 18 Vergilius] *p. 133 Mai* moris sunt *Maius* quaedam — desinunt *om. Maius* 20 in cus maxime quae *om. Maius* 21 machaonicus et grammaticus *Maius* Quaedam — animalis *om. Maius: De toto hoc loco cf. ars anonyma Bernensis p. 69, 27—31* 22 in eǒs egyptius 25 Virgilius] *Desunt apud Maium, quae uocem* 'lapis est ex qua habes' *praecedunt.* 27 herent 28 nonnumquam est tamen taberna] *cf. ars anonyma Bernensis p. 71, 4 seq.*

Digitized by Google

tiue fit 'tabernaculum', dicitur etiam 'pera', ex qua 'periculum', quam Latini non bene mutauerunt, ut pro n r sumpta 'penam' uocent. 'Lapis' est, ex quo habes 'lapiculum'. Quae autem concordant, multa sunt, ut 'ostium' 'ostiolum', 'riuus' 'riuulus', 'flagrum' 'flagellum', in quo quidam r addunt superflue, ut sit 'fragrum'; *nam 'flagrum'* quod flagrat odore; 'fer' 'ferculum': 'fer' enim epulum est et sic flectitur: 'fer ferris' et facit 'ferra'; 'bax' 'baculus'. 'Macula' autem et 'tabula' 'fibula' 'macellum' 'uinculum', quae nomina primae positionis non habent, diminutiua esse non facile creduntur; at hoc Cicero solebat dicere, haec esse diminutiua ex sensu, non ex littera.

‖ f. 12ᵇ ‖ Vtrum habet 'nouissimus' conparatiuum et positiuum? Non habet secundum Donatum, secundum Priscianum uero et Virgilium habet.

‖ f. 14ᵃ ‖ Cur dicitur neutrum? Eo, quod nec aperte masculinum nec femininum sit. Vt Virgilius dicit: Neutrum autem ideo dicitur, quod et in declinatione et in qualitate nec aperte masculinum nec absolute dicitur esse femininum. Commune autem duplex est masculino genere et feminino.

*Ibid.* Nomina communia sunt, ut 'sacerdos' 'dies' 'finis' 'renis'. 'Lacus', si masculini generis sit, sic declinatur: 'lacus laci laco'; sic 'acus aci aco'; sic 'domus domi domo', et facit 'domorum domis'; at feminino genere dicitur 'lacus *lacus*'; sic 'acus *acus*', 'domus *domus*', et facit 'domuum domibus.' 'Lapes' 'pulues' 'cines' masculina sunt; 'lapis' 'puluis' 'cinis' feminina sunt, sed declinatio eadem est. Quomodo inuenerunt doctores neutrum? Ita: necesse erat masculos et feminas per masculina et feminina nomina nominari. Item mortales creaturas per neutra nomina nominabant; sed nunc consuetudo mutauit et per neutra nomina uiri uel feminae uocantur et mortales creaturae per masculina et feminina uocantur, ut Virgilius dicit: Omnes autem res materiales, ut lapides et arbores et siqua sunt similia, neutraliter dici debere censue-

---

2 mŏtauerunt sumptam Lapis est] *p. 132 Mai* 3 ex qua lapiculam 4 hostium hostiolum rinus riuulus *om. Maius* riuolus flagum 5 flagrum ....grum quod flagrat hodorem] *Correxi ex Maio* 6 fer ferculum — 8 non habent diminutiua *om. Maius* 9 odore. Sed non facile creduntur *Maius* at autem cicero ‖ ut autem Cicero *Maius* dicere, nosces diminutiua ex sensu non ex littera *Maius* 12 secundum Donatum] *p. 374, 23* secundum Priscianum] *cf. I p. 99, 15 H.* Virgilium] *Deest apud Maium.* 15 Virgilius] *Non extat apud Maium: pertinet autem is locus ad ea, quae epitoma VIII p. 134 disputata sunt.* 17 generi 19 Nomina] *Est Virgilii excerptum, cf. p. 134 Mai:* Nomina communia — renis lacus. Sed cum masculini generis sit, sic declinabitur lacus laci laco lace laco. Sicut domus domi domo et faciet domorum domis. Et feminum lacus lacus. Et domus faciet domuum domibus — *cetera desunt.* 21 domorum domus 22 lacus sic acus domus et facit domus domibus 25 masculus, *corr.* -os *m. II* 27 mŏtauit ut, *corr.* et *m. II* 29 Virgilius] *p. 7 Mai, cf. ars anonyma Bernensis p. 82, 33 seq.* omnis, *corr.* omnes *m. II* 30 neutralia *Maius* censerunt, v *m. II*

Digitized by Google

runt, unde dicebant 'hic uir' et 'haec mulier' et 'hoc lapis' et 'hoc arbor' et 'hoc cera' et 'hoc panis' et 'hoc domus' et 'hoc manus'. Moneo itaque te, frater carissime, ut quamuis non hac nunc consuetudine scribendi utimur, tamen quia hoc apud ueteres pro recto habebatur, siquid forte huiusmodi scriptum repereris, licet non ad indubitatam auctoritatem referendum putes, tamen quia a ueteribus usurpatum est, reprehendere non debes omnino.

|| f. 15[a] || Dicit Virgilius: Nomina, quae conposita sunt ex duabus partibus corruptis, non reuertuntur ad integritatem, ut ipse dicit: Corruptis autem modis integritas non est quaerenda, sicut nec integris demenda, qui enim corrupti dicuntur, non quod integri ante fuerunt, sed quia soli Latine dici nequeunt.

*Ibid.* Quot sunt casus? Sex. Quare sunt sex? Dicit Virgilius: Casus nominum sunt sex. Quare? Quia sex negotia homines agunt: nominant generant dant agunt uel accusant uocant auferunt.

|| f. 15[b] || Sed dicit Virgilius: Quando dico 'doceo hominem' uel 'amo hominem', non est accusatio, sed glorificatio, et quod uerius est, fit uerbum 'accuso', idest ago, accusatum ire facit infinitiuo futuro, expulsa ire et conuersa tum in tiuus, sic fit accusatiuus idest actiuus. Vt Virgilius dicit: De accusatiuo casu quaeritur, quid sit. Plerique nostrorum hoc uerbum frequenter adhibuerunt, idest accusandi. Cicero enim sic dicit: accusate quod rectum est, hoc est 'agite'. Terentius quoque: quare non accusatis paenitudinem, hoc est 'non agitis'. Giluidius etiam de Ambrosio inquit: Omnia laude accusabat digna, pro 'agebat'. Vnde intellegitur, quod accusatiuus casus ab hoc uocatur, quia uerbo haeret actiuo. Et ut uerius dicam, ipse accusatiuus actiuus erit.

|| f. 16[b] || Dicit Virgilius: Inter pronomen autem et nomen hoc interest, quod pronomen conparatione carens personam habeat, ut 'ego tu ille', nomen autem persona abiecta conparationem recipiat, ut 'carus carior carissimus'.

---

1 inde *Maius* et hoc arbor et hoc cera et hoc panis *desunt apud Maium* 2 manio, *corr.* moneo *m. II* 3 [h]ac nunc] non 4 habeatur *Maius* sedq; forte 6 quia ueteribus 7 omnino non debes *Maius* 8 Virgilius] *Deest apud Maium.* 9 partibus *supra lin. m. II* 10 querenda dimenda, *corr.* dem- *m. II* 11 non q; integritate ante 12 nequiunt 13 quod Virgilius] *p. 135 Mai.* 14 nominum *om. Maius* hominis homines habent *Maius* 15 uel accussant (*s prius eras.*), *om. Maius* auferant 16 Virgilius] *Non extat apud Maium, sed cf. ars anonyma Bern. p. 88, 19 seq. et Maii editio p. 136.* 20 Virgilius] *p. 135 Mai; cf. ars anonyma Bern. p. 87, 30 seq.* quaerunt *Maius* 21 adhibuerunt] tribuerunt, *quod om. cod. Maii, quamobrem ille 'frequentant' legendum coniecit.* 22 idest agite. Accusatiuus casus ab hoc uocatur *Maius ceteris omissis; nonnulla ex illis, quae supra posita sunt, laudat Gainfredus, quem uocat Maius, grammaticus p. 18 not. Mai, cf. ars anonyma Bernensis p. 87, 31 not.* terrentius 23 penitudinem || penitentiam *ars Bernensis et Gainfredus* 24 inquid 26 et uerius dicam *Maius* accusatiuus ipse *Maius* 28 Virgilius] *Non extat apud Maium, cf. ars anonyma Bern. f. 113[b] p. 134, 25—29*

|| f. 17ᵇ || Vt Virgilius dicit: Sunt pronomina omnis generis et unius personae, ut 'ego' et 'tu'; sunt e diuerso unius generis et omnis personae, ut 'ipse' et 'qui'. Dicis enim 'ego ipse qui dico', 'tu ipse qui dicis', 'ille ipse qui dicit', 'nos ipsi qui dicimus' et reliqua. Vtrum possunt alia pronomina hoc facere de tertia persona? Dicunt alii, quia non est rectum, ut dicit Virgilius: Sunt qui personas coniungunt, quibus nullo modo adquiescendum, ut 'ego tu ille'. Nam praeter illa pronomina, quae omni personae conueniunt, omnis coniunctio talis execranda est.

|| f. 19ᵇ || Vtrum unum sensum habet 'mei' et 'mis'? Non, quod 'mei' dicitur de ea re, quae in praesente possidetur, 'mis' autem de ea re dicitur, quam ab alio spero, ut dicit Virgilius: Legimus flecti 'mei' uel 'mis'. Quare hoc additur? Hoc ita intellegendum, quod 'mis' non dicitur, nisi de ea re, quam mihi ab aliquo repromissam spero et uenturam, 'mei' autem de eo, quod praesens possideo. Quid interest inter 'is' et 'hic'? Dicit Virgilius: Inter 'is' et 'hic' hoc interest, quod 'is' subiungitur, ut 'at is', sed tantum, si coniunctionem subiunctiuam sibi habuerit copulatam, 'is' praeponi potest, ut 'is autem' 'is uero'. 'Hic' autem semper praeponitur. 'Hic' enim, si quando coniunctio ei praepositiui ordinis fuerit copulata, tunc liquido subiungitur, ut 'quoniam hic'.

|| f. 19ᵇ || Cur 'ego' habet obliquos casus sibi dissimiles, ut 'ego' 'mei' uel 'mis' et plurali 'nos' 'nostrum' uel 'nostri'? Aliis hoc placet esse, quia similes sunt sensu, licet litteratura dissimiles sunt, ut est in nomine 'bonus melior optimus' et 'unus' singulariter 'singuli' pluraliter facit, et ut sunt inaequalia uerba, ut 'fero' 'tuli' facit praeteritum, 'latum ire' infinitiuum futurum: sic 'ego' 'mei' debet esse, quia similem sensum habent et reliqua. Alii uero dicunt, 'ego' indeclinabile esse, ut est nomen, quod dicitur 'nequam' et omnes casus in una forma habere, idest 'ego' nominatiuo et accusatiuo, ut Virgilius dicit: Verum 'ego', sicut 'nequam' et cetera declinamenta, per omnes casus unam tantum declinationem habere multa auctorum lectione indubitabilium credere conpellimur, Seruilio scribente: agrum ego rapuerunt, hoc est dicere: 'agrum mei rapuerunt'. Cur positum est in principio pronominum hoc pronomen,

1 Virgilius] *Deest apud Maium, sed laudat Gainfredus apud Maium p. 35 adnot.:* Sciendum est quod testante Virgilio sunt quaedam pronomina omnis generis *etc.* — qui dicimus et reliqua. 6 Virgilius] *Non extat apud Maium* 8 exsecranda, *corr.* execr. 10 possedetur, *corr.* possi- 11 Virgilius] *Apud Maium non nisi hoc legitur p. 138:* Inter mei uel mis: mis quando [d] ab aliquo spero promissam uenturam rem; mei, quod praesens possideo. 12 quos 15 et hec, *corr.* hic 16 coniunctioni 20 ergo habet 24 inequalia 28 Virgilius] *p. 23 Mai* 31 mei agrum *Maius. Ad hunc locum Petrus Daniel haec margini adscripsit:* In lib. Aurati sic habetur: Fuerunt quidam qui noluerunt scribere ego pronomen inter pronomina ut pro omni casu acciperetur sicut fas nefas nequam quidam pro ego mius dicebant nominatiuo mei genetiuo Seruilio teste: agrum ego rapuerunt, hoc est dicere: agrum mei pro genitino; Virgilius quoque Asianus: quis ego condidit ut sic essem pro quis me (*cf. p. 23 Mai*)

Digitized by Google

quod dicitur 'ego' et cur dissimiles sunt sui obliqui casus contra se? Vt Virgilius dicit: Primum in ordine pronomen finitum est 'ego', de quo tam multi innumeras uentilabant quaestiones, quomodo et qua ratione tam dissimilibus litteris idem pronomen conpositum sit, ut dicatur 'ego mei' quodque iurgium ita doctores sedare uolebant, ut adfirmarent, 'ego' inter monoptota debere semper adscribi, ut in omni numero et genere et casu 'ego' singulariter diceretur. Terentius 'ego' inter defectiua credidit iudicandum, ut scilicet excepto solo nominatiuo nullum casum haberet; utrique tamen concordi hortamine definito edicto dicebant, pro 'ego' 'mius' accipiendum esse et sic declinandum: 'mius mei uel mis mihi me o a me'. Quibus Galbungi auditores e diuerso resistentes dicebant: Si ita, cur non etiam plurali numero litterarum seruatur ordo, *sed* sic declinatur: 'nos nostrum'? Alioquin multa admodum sunt *uocabula*, quae cum litterarum ordinem non seruent, sensu tamen sententiaque conuenientia non dubitantur esse. Simili ergo modo defendendum est hoc pronomen, ut sit rite declinandum, sicut plurimi receperunt 'ego mei' et plurali 'nos nostrum'. Quam quaestionem cum ad meum Aeneam retulissem et multa ac diutina diei . . . . grande de hac eadem uoluerimus, ad extremum ita intulit, quod secundum Galbungi uel suorum sententiam 'mius mei mihi' rectissime scribitur.

|| f. 20b || Vt Virgilius dicit: Nonnulli contendunt, 'qui' omni genere coaptari posse, quippe cum in ablatiuo dicamus 'a qui uiro' uel 'a qui muliere' *'a qui opere': si uero horum sententia* dici deberet, 'qui' per omnem numerum omnemque casum monoptota quadam declinatione frueretur, ut 'qui uir' 'qui uiri' 'qui uiro' 'qui uirum' 'qui mulier' 'qui mulieris' et 'qui mulieres' 'qui mulierum', *'qui nomen'* 'qui nominis' 'qui nomina' 'qui nominum' et cetera huiusmodi.

|| f. 21a || Vt Virgilius dicit: Pronomina quantitatis et qualitatis declinationem sui non secundum regulam flectendorum pronominum, sed secundum similitudinem adiectorum habebunt, ut 'qualis talis quantus

---

1 et uirgilius] *p. 22 Mai* 2 finitum est ego. Sunt multi qui innumeras uentilant *Maius* 3 questiones quod aliqua ratione || inscrutando quomodo et qua ratione *Maius* 4 idest pronomen 5 quodque] quoque || quod pleri *Maius* ita docte *Maius* 6 ut in nominum nostro 7 terrentius, *priore r eraso* 9 difinito definitoque *Maius* 10 meo a me 12 littera seruatur ordo |||| sic declinatur 13 sunt quae cum litteras ordinem uocabula] *Ex Maio suppleui.* sunt uocabula quae quemcumque litterarum ordinem seruent *Maius* 15 esse non dubitantur *Maius* hoc pronomen trine uideri declinandum *Maius* 16 reciperunt ego mei mihi et pluraliter nos nostrum nobis *Maius* 17 que, *corr.* quam *m. II* ad mm̄ eneam rettulissem ac diuturna diei parte de hac eadem multa uoluerimus *Maius* 18 diei] *Lacunam indicaui.* de hac (ad) extrimum (e), *corr. m. II* 19 quae secundum uel suorum quod ita suorumque *Maius* 21 Virgilius] *p. 34 Mai* 22 quoaptari *Maius* dicam uel *om. Maius* 23 a-qui muliere dici debet a qui opere: siue horum sententia stare debet *Maius* 24 q̃adã 25 frueret || fruetur *Maius* 26 qui nomen *om. cod., add. Maius* 28 Virgilius] *Non extat apud Maium, sed cf. p. 33 M.* 29 pronomina

tantus', sed hoc ideo accidit, quod ex primis nominibus ueniunt, ut 'qualitas talitas quantitas tantitas'.

*Ibid.* Virgilius dicit: Sunt pronomina ignota, quae multifarie defectiua sunt: nonnulla enim solo nominatiuo flectuntur, ut 'uspis', unde 'uspiam'; quaedam nominatiuum et genetiuum habent, ut 'illus illius', 'illa illae', 'illum illi': sic 'ipsus ipsa ipsum'. Sunt quae tribus casibus flectuntur, ut 'cuius cuii cuio', 'cuia cuiae cuiae', 'cuium cuii cuio'. Sunt quae tetra casibus declinantur, ut 'helus helius heli helum', 'hela helius heli helam', 'helum helius heli helum'. Sunt etiam, quae penta casibus utuntur, ut 'eccum', datiuo 'ecco', accusatiuo 'eccum', uocatiuo 'ecce', ablatiuo 'ecco'. Hoc masculinum est, femininum 'ecca', datiuo 'eccae', accusatiuo 'eccam', uocatiuo 'ecca', ablatiuo 'ecca'. Neutrum 'ellum', datiuo 'elli', accusatiuo 'ellum', uocatiuo 'ellum', ablatiuo 'ello'. Sed haec carent plurali numero. Sunt alia pronomina, quae in Latinitate usitata non habentur, at tamen in dubium recipiuntur: genere masculino, ut mus mi mo mum mi mo, plurali mi morum mis mos mi a mis, feminino ma mae mae mum o ma a ma, et plurali mae marum mis mas o a mis, neutro mum, pro quo autem in usu habetur meus; sic erit et tus pro tuus.

|| f. 21[b] || Vtrum conpositum est, an simplex istud nomen, quod dicitur 'uerbum'? Conpositum est ex duobus corruptis, 'uer' ex uerbere et 'bum' ex bucina, ut Virgilius dicit: Verbum igitur ex duobis modis constat: 'uer' ex uerbere, quod lingua gutturi infligit, 'bum' ex bucina, eo quod uox reboat. Nam sicut homo ex corpore constat et anima, ita et uerbum ex lingua et uoce. Cur praecedit uerbum? Virgilius ostendit, quod licet non praecedit in ordine partium, ut nomen pronomen uerbum, uero praecedit in contextu lectionis, ut ipse dicit: Nam licet in ordine praeesse non admittitur, tamen in positione cassorum principalem tenet locum.

|| f. 22[a] || Dicit Virgilius: Cur in ordine uerborum qualitas primum ponitur? Omnes qui agrum aut prouinciam possident, prius eam sorte determinant, ut unus quisque partem suam sibi sorte declaratam sollicite curet; ita et uerbum quoque ex qualitate ordinandum est, quod ex modis

---

3 Virgilius] *p. 138 Mai, cf. ars anon. Bern. f. 114[b] p. 136, 25* defectatiua defectina *Maius* 4 sola nom flectuntur unde est uspiam *Maius* 5 quaedam — ipsum *om. Maius* 6 illas ille sic ipsus ipsas 7 flectuntur cuium cui cuio *Maius* cuia cuiae cuiam. Sunt quae etc. *Maius* 8 helius heli etc. *Maius* hel[l]ius hel[l]i hel[l]um hel[l]a etc. helia *Maius* 9 hel[l]a hel[l]um lius li lum helium helius *Maius* etiam *om. Maius* cas[s]ibus 10 ut eccum ecci ecco eccum eccum ecca eccae eccam ecca ecca ellum elli ello ellum ello *Maius* 13 sed plurali carent. Et sunt pronomina quae non omnia in usu habentur, ut mus mi etc. *Maius* 15 non habentur itñ in dubiam reccipiuntur 17 a mis neum mũ mum. Et tus tuus sus *Maius* 19 semplex 21 bucino Virgilius] *p. 140 Mai* duobus ex modis *Maius* 22 guttori ex bucino quod *Maius* 23 eoq; uox rebuat. Nam sicut — 24 et uoce *desunt apud Maium.* sicut] si 23 et umbum Virgilius] *Non extat apud Maium* 25 in ordine poertium 27 admittit casorum 29 Virgilius] *Non extat apud Maium, cf. p. 140* 30 agr̄ au prouintiam possedent

Digitized by Google

ac formis uelut quibusdam certis limitibus determinatur. Modus enim non aliud, quam certam mensuram significat.

*Ibid.* Et dicit Virgilius: Primus et fortissimus indicatiuus nominatur, quem rectum ex omnibus multi uocant, ceteros autem proclinos. Hic solus ex omnibus testimonii caput sibi uendicat: ob hoc indicatiuus dicitur, quia et quae acta sunt et quae aguntur et quae agentur, per ipsum indicantur, ut uido uidaui uidabo.

*Ibid.* Et dicit Virgilius: Imperatiuus secundus est, per quem omne, quod effici debet, imperatur, ut uida. Hunc et in capite multi adsumunt.

|| f. 22ᵇ || Vt Virgilius dicit: Optatiuus dicitur, per quem omne, quod concupiscibile sit, optatur, unde et aduerbium optandi frequenter adsumit, hoc est utinam, cuius est sensus 'uellem'. Sed oboritur quaestio non minima, quod hoc aduerbium omni personae conuenit 'utinam', sed hoc dicendum, quod hoc aduerbium ita omni personae coaptabitur, ut fuerit ordo personarum, ut sit: 'utinam uidarem' pro 'uellem', 'utinam uidares' pro 'uelles', 'utinam uidaret' pro 'uellet' et sic per cetera. Cur non habet optatiuus modus solitum numerum temporum? Dicit Virgilius: Quare optatiuus modus non solitum temporum numerum suppleat, sicut indicatiuus et coniunctiuus, sed tantum trina declinatione coniunctis dumtaxat duobus in unum temporibus sic flectitur? Sed haec ratio breuiter dicenda est, quod ideo hoc modo sic utimur, quod amplius Latinitati non suppetit.

*Ibid.* Quomodo habet coniunctiuus modus tempora? Apud Graecos coniuncta tempora habet, apud nos diuisa habet omnia, sed secundum Virgilium duabus causis dicitur coniunctiuus, ut ipse dicit: Coniunctiuus modus duas ob causas sic uocatur uel propter coniunctas partes, quando adiunguntur, ut 'scilicet' 'quanquam' 'quamuis' 'quamlibet' 'nisi' 'sin' uel propter *ea quod* in cassorum conpositione coniunctiuus modus praecedenti indicatiuo copulatur, ut 'cum uideam'.

|| f. 23ᵃ || Vtrum potest infinitiuus loco nominis esse? Potest: tres enim casus habet, nominatiuum accusatiuum ablatiuumque, ut dicit Virgilius: Infinitiuus modus a quibusdam communicatiuus uocitatur, pro eo uidelicet, quod uel nomini uel uerbo uel omnibus personis uerborum

---

3 Virgilius] Primus — 5 uendicat *non extant apud Maium.* 5 Indicatiuus ob hoc dicitur *Maius p. 140* 8 Virgilius] *Non extat apud Maium.* per q omnē q effeci 9 ut uidam adsumunt] *De sententia cf. Virgilium Maii p. 53:* ita ut ab imperatiuo modo declinationem uerbi exordirentur. 10 Virgilius] *Deest apud Maium.* optauimus 11 concupisci uile aduerbi opt̃ an 12 uellim s. aboritur questio 13 q h aduerbium sed h dicendum quod h 15 uellim 16 uellis uellit coetera 17 Virgilius] *Non extat apud Maium, sed eadem res obiter tangitur p. 57* 18 supleat si indicā 21 h ||| modo quod est amplius 23 coniuñ modo grecos 25 Virgilium] *Non extat apud Maium* coniunc̄ modo 28 propter in casorum conpossitionem 29 copolatur ut con uideam 30 potest et ĩ III enim 31 Virgilius] *Apud Maium nil nisi hoc extat p. 140*: Infinitiuus a quibusdam communicatiuus uocitatur. 32 a quidam

Digitized by Google

numerisque communis habeatur. Hoc sane sciendum, quod si infinitiuus modus quocumque pro nomine accipiatur, trium tantum casuum uicem expleat, nominatiuum scilicet et accusatiuum ablatiuumque, quod semper pro neutralis generis significatione numero dumtaxat singulari solebit euenire. Vt hoc autem euidentius pateat, demus exempla: Cornelius uir in Latina loquella satis eloquens sic fatus est: quid tam iocundum nobis esse potest, quam in hoc nostro diligere permanere, hoc pro ablatiuo posuit. At pro nominatiuo sic ait: Solis currere in die aestiuo iocundissimum. Item pro accusatiuo ut Hilarius: Frater, Lucani legisti assiduum bellare toto curriculo uitae.

‖ f. 23ᵇ ‖ Virgilius: Omne aduerbium, quod a nomine nascitur, in cassorum conpositione ueteres nominibus adiungebant, sicut Glengus dicebat: uir in acie fortiter.

*Ibid.* Virgilius: Sunt aduerbia qualitatis: eadem sunt sicut nomina et uerba, ut 'falso': dicis enim 'falso uos': hic uerbum est primae coniugationis 'falso falsas', et ablatiuo casu: 'falso nomine uocati sunt', et aduerbialiter dicimus: 'falso loqueris'.

‖ f. 24ᵇ ‖ Virgilius: 'Heri' 'instar' 'fas' nonnulli putant nomina esse inflectabilia, sed nos aduerbia esse non ambigimus.

*Ibid.* Virgilius: Sunt aduerbia, quae putantur esse nomina neutralia, sed non sunt, ut 'longe' 'prope' 'necesse' 'facile' 'difficile'; sed tamen quia 'facilis' et 'difficilis' saepissime reperiuntur, non mirandum erat, si etiam neutraliter 'facile' et 'difficile' inuenirentur, nisi Aeneas hoc fieri posse negaret. Haec aduerbia fortia sunt, quae neutrali uerbo cooperantur, ut ab infinitiuo modo excipiantur, ut si dicas: 'longe est in his ulterius commorari locis', unde Aeneas: prope erat, inquit, Phoebum occasu celeri † imos inuisere priscos. Terentius: Necesse est, inquit, Gallos fieri fallaces, et iterum: Facile est uirum uinci, uiro uirtutis subito superueniente.

‖ f. 23ᵇ ‖ Virgilius: Aduerbia ex pronominibus nasci certissimum

---

1 numeris q quod est infinitiuus 2 quocumque] quae nuncq; cassuum 3 nominum scilicet 5 exemplo cornilius] *Cornelius citatur a Virgilio Maii p. 38. 39. 40* 6 sic factus 7 nos esse dilegere 8 possuit ad pronomiō sic ait 9 estiuo pro acosō ut hilarus] *'Hilarius' restitui secundum Virgilium Maii p. 104, ubi Hilarius quidam nominatur.* 11 Virgilius] *p. 145 Mai, qui haec habet:* In quassorum compositione aduerbium nominibus adiungebant ueteres, ut: uir in acie fortiter pro domo liberis et capite pugnat; non autem fortiter pugnat, sed uir fortiter. 14 Virgilius] *p. 145 Mai*: Sunt aduerbia et nomina et uerba ut falso 15 prime coiugationis 16 uocatur *Maius* et aduerbium: falso loqueris *Maius* 18 Virgilius] *Non extat apud Maium.* 20 Virgilius] *p. 145 Mai* 21 dificile sed tamen — 25 excipiantur *desunt apud Maium* 22 dificilis 23 facere et dificile 24 cooperantur ut agat sit non ab infinitiuo 25 longe est nos *Maius* 26 commorare locis. Et prope erat, inquit, Phoebum occasu celeri mouere se. Et necesse, inquit, Gallos *Maius* inquid foe‖um 27 imos inuisse repriscos terrentius 30 Virgilius] *Non extat apud Maium, sed cf. p. 72, 8 M.*

Digitized by Google

est, ut 'quondam' ex quodam, 'ollim' ex ollo, 'cuiatim', ex cuio, 'meatim' ex meo. Homerus in quodam uersu scripsit 'ipsim' ab ipso.

|| f. 27ª || Virgilius: Est etiam uerbum et aduerbium isdem litteris charaxari solita, ut 'esto': nam 'esto' neutralis uerbi imperatiuus modus tempore futuro est, cuius syllaba prior acui debet: si uero aduerbium fuerit 'esto', prima syllaba correpta posterior necessario acuetur. Est etiam sensus huius aduerbii 'esto', hoc est 'recte' secundum illud Galbungi: Esto, inquit, uiuunt et reliqua, hoc est 'recte uiuunt.' Est etiam 'esto', quod pro 'forsitan' accipi solet: † etherio cui tante esto Romani uincere postero ualeant tempore, hoc est 'esto' pro 'forsitan' posuit. Virgilius: Multi aduerbia de coniunctatiuis faciunt, ut 'ergo' pro 'saepe' ponant, 'tamen' pro 'inde', iuxta illud Virgilii Asiani: Ergo sapientes legunt tua scripta, o Cato, hoc est dicere 'saepe legunt', et ipse Cato: Tamen, inquit, reuersi Romam ueniunt, hoc est 'inde reuersi'.

*Ibid.* Virgilius: Aduerbium est quarta orationis particula, quae, quia uerbo adhaeret, aduerbium nuncupatur; sed hic quaestio adcurrit, quo nomine uocabuntur aduerbia conparationis uel qualitatis uel quantitatis, quae non uerbo tantum, sed aliis partibus adiunguntur. Dicimus enim: 'magna ualde uenit turba', dicimus etiam: 'tam docti tam ueloces'. Vnde et hi, qui non octo, sed plures orationis partes numerant *aduerbium in duas partes diuidunt*, unam uocantes prisco nomine aduerbium, quod adhaeret uerbo, alteram expressorium nominant; etenim quae nominibus uel aliis aduerbiis applicamus, non tam adiunctionem solitam, quam sensuum expressionem significant. Virgilius: Sunt aduerbia, quae ex quo nascantur ambiguum est, ut 'frustra' 'nequiquam' 'nequiter'; 'frustra' enim utrum ex originali nomine, an ex inperatiuo uerbi communis *ueniat*,

1 cuatim 2 Homerus] *Eiusdem uersus quidam apocryphus citatur p. 139 Mai.* ipsim] ipse ue, *corr. Petrus Daniel* 3 Virgilius] *p. 14 Mai* uerbium 4 craxari 4 ut esto esto *Maius* imperatiuo modo *Maius* 6 necessaria est autem *Maius* 8 uiuunt quia mundi flaccidam luxuriam contempnunt, hoc est recte uiuunt *Maius* inquid q; unt recte eq; unt 9 accipi solet et hinc hic esto pro forsitan posuit *Maius exemplo omisso* 11 Virgilius] *p. 146 Mai* coniunctiuis *Maius* faciunt, ut tamen pro inde, ergo pro saepe. Vt: ergo legunt sapientes tua scripta, o Cato, hoc est dicere *Maius* 14 et Cato dicit *Maius* 16 Virgilius] *p. 68 Mai* ergo est *Maius* 17 adheret nuncupatur, sicut pronomen ex nominis communione uocatur. Sed hic quaestio adcurrit. Forte enim aliquis inquirat, quod non dubito euenturum, si propterea aduerbium uocatur, quia uerbo semper adiungitur, quo nomine uocabuntur aduerbia comparandi et qualitatis et quantitatis *Maius* 19 nonnumquam non uerbo tantum *Maius* 20 turba. Num quiduam poteris ita componere: uenit ualde? alioquin, quomodo sententia intellegetur? Dicimus etiam tam docti et tam ueloces *Maius* dicimus enim 21 annumerare nolunt *Maius* aduerbium in duas partes diuidunt *desunt, suppleui ex Maio.* 22 prisco nomine aduerbium uocantes *Maius* 23 quod adhaeret uerbo *om. Maius* nominant *om. Maius* etenimq; nominibus || ecce enim aduerbia quae *Maius* 24 et aliis *Maius* 25 Virgilius] *p. 70 Mai* aduerbia ex quo nasci ambiguum est 26 fustʳa nequicquam *Maius* 27 commonis incertum habetur || communis ueniat adhuc in electione pendet lectorum *Maius*

incertum habetur. 'Nequiquam' autem et 'nequiter' ex 'nequam' ueniunt, sicut multis Latinorum uidetur.

‖ f. 27[b] ‖ **Virgilius**: **Aeneas** meus triplam adserit esse participii uirtutem: prima, quod uerbum et nomen duas principales partes obtinet; secunda, quod si a uerbo actiuo fuerit, eodem modo agit; tertia, *quod* si in fine testimonii positum fuerit, pro uerbo accipiatur.

‖ f. 28[a] ‖ **Virgilius**: Est quaestio perdifficilis. Quaeritur itaque, qua ratione uerbum deponens, ex quo tria participia sunt . . . . ., ut orior oriens oriturus ortus oriundus, cum non sit passiuum, ex quo trahatur, super quo **Aeneam** et **Galbungum** interrogans, ita responderunt: haec duo participia 'ortus' 'oriundus' unius temporis esse.

‖ f. 28[b] ‖ **Virgilius**: Alia quaestio, quare scribi inuenimus saepe 'standum' 'sedendum' 'addendum' 'loquendum', cum a neutrali uerbo non nisi duo participia et a deponenti tria tantum participia uenire consuescunt. Sed hoc ad inpersonalia uerba referendum, quorum haec, quae praediximus, sunt inpraesentiarum: 'inpraesentiarum' aduerbium temporale est, ut 'praesentim'.

‖ f. 29[b] ‖ **Virgilius**: Inter 'uerum' et 'uero' duae sunt distantiae: una, quia 'uerum' praepositiui ordinis est, 'uero' subiunctatiui; alia, quia 'uerum' causaliter pro 'tamen' habetur, 'uero' ob expletionem tantum suae stationis accipitur.

*Ibid.* **Virgilius**: Quanquam in quinque species coniunctio diuisa sit, tamen in sese conmiscuntur, ut unaquaeque alterius ratione pro dictionum qualitate utatur; frequenter enim causales pro rationabilibus et copulatiuae

---

1 nequicquam *Maius* nequiter si ambo ex nequam *Maius* 2 uidetur] *Sequitur apud Maium etiam apodosis sententiae.* 3 Virgilius] *p. 74 Mai*: Itaque Aeneas meus triplam participiorum adsentitur uirtutem: quod in libro de omnium artium uirtute scripto atque ordinatim digesto tali edidit modo. Prima, inquit, uirtus participiorum, quod nomen et uerbum 4 orationis partes *Maius* 5 sicut uerbum fuerit actiuum, eodem modo et ipsum agit, tertia quod si *Maius* tertia si 6 testimoniorum *Maius* 7 Virgilius] *p. 81 Mai*: Sed et quaestio, quae perdifficilis est ad soluendum, cogit sermonem paulo longius progredi. Etenim cum a deponenti uerbo tria participia uenire non dubitetur, est uerbum deponens, ex quo quattuor participia trahi uidentur, ut orior; ex quo est oriens oriturus ortus oriundus. Quaeritur itaque qualiter hac ratione uti debeamus, cum uerbum passiuum non sit, ex quo trahatur . . . . . Sed super hoc Galbungum interrogaui simulque Aeneam ab eisque uniter audiui, quia hoc participium, sicut et ortus praeteriti temporis sit, unde et in annumeratione participiorum interposita coniunctione distinctiua sic dicimus, oriens oriturus ortus et oriundus: ex quo ostendimus, haec duo participia unius esse temporis: et ideo recte scribimus 'oriundus erat'. perdifficilis 8 sunt] *Lacunam ex Maio facile expleas.* 11 umus 12 Virgilius] *p. 82 Mai*: Alia nobis quaestio imminet solutionis satis indiga quare saepe inuenimus scribi standum questio sepe 13 audendum *Maius* cum a neutralium boni si duo ‖ cum neutrali uerbo non nisi duo *Maius* 14 participia uenire consuescant et a deponenti tria tantum trahantur *Maius* consues‖cunt 15 quorum participia sunt haec quae praediximus *Maius ceteris omissis.* 16 inpresenitiarum, i *ante* t *eras.* 17 ut praefertim 18 Virgilius] *p. 148 Mai* due distantiae] substantiue *cod. Maii, unde* differentiae *coniecit Maius* 19 subiunctiui *Maius* 20 pro tamen non habetur ‖ non *om. Maius* uero expletionis suae tantum stationis accipitur *Maius* 22 Virgilius] *p. 148 Mai* 23 unaquaque

Digitized by Google

pro causalibus poni solent, ut pro 'enim' 'et' ponatur, sicut Cicero: Vicistis uos et Dii uos iuuerunt, tamquam hoc diceret: 'uicistis, quia Dii uos iuuerunt'. Virgilius: 'Quoniam' 'et' 'enim' pro 'tametsi' ponuntur, sicut Donatus sic fatus est: Quanquam me accusent, quoniam ego auctoritate certa fidens omnium probra tempno, hoc est 'tametsi omnia tempno'. Lucanus etiam de imbecillitate Tuscorum scribens: Enim, inquit, multos uiuant annos, non se umquam uindicabunt, hoc est 'si uiuant'.

*Ibid.* Virgilius: 'Quoniam' si duo uerba circa se habeat, subiunctum se priori faciet et sequens antecedet Sulpitio scribente: Iurabant, quoniam debellabant; hic est ordo: 'ideo debellabant, quoniam iurabant'.

|| f. 31ª || Virgilius: 'Circa' et 'erga' duae praepositiones sunt casus accusatiui, sed hanc diuersitatem habent, quod 'circa' ad uisibilem materiam uel locum pertinet, 'erga' autem ad animum spectat, maxime cum aliquem propensiorem affectum gerat proximorum; denique et Latinitate philosophica 'ergum' affectus dicitur, unde et 'ergo' sic dicebantur a priscis, qui in sese cunctorum traherent affectum.

---

1 et ponatur ut uos uicistis et duo iuuerunt hoc est quia duo iuuerunt *Maius* 3 Virgilius] *p. 148 Mai* tamen si 4 ponuntur ut: quoniam ego *etc. Maius* factus 5 tem^p^no 6 tamen omnia tem^p^no tempno. Et iterum scribens: enim, inquit, multos uiuant annos, non se umquam *etc. Maius* 8 uindicabant *Margini manu Petri Danielis haec adiecta sunt:* in altero uet. cod. sic habetur: Donatus praetorius in apologitico sic fatus est quamquam *etc. — et:* Vulcianus de imbecillitate Tuscorum: Enim, inquit, multos uiuent annos se numquam uindicabunt, hoc est si uiuant. *In codice Leidensi Voss. Q. 33 f. 81ª hic locus ita se habet Alexandro Rieseo auctore:* Ulcanus etiam de inbicilitate tuscorum scribens enim inquid *etc. Cf. annal. Fleckeis. 1869 p. 733.* 9 Virgilius] *p. 148 Mai:* Et ait, iurabant quoniam debellabant. Hic est ordo: ideo debellabant, quoniam iurabant. se] eum 11 hoc est ordo ideo bellabant 13 Virgilius] *p. 149 Mai:* Et circa 15 et erga ad animum *Maius* spectat et affectum gerit proximorum *Maius: cetera apud Maium desunt. De loci sententia cf. Charis. p. 234, 11 K:* fere enim erga ad adfectum refertur.

Digitized by Google

# VIII

# COMMENTVM EINSIDLENSE IN DONATI ARTEM MINOREM.

## (DE PRONOMINE.)

. . .

cf. Don. p. 357,12 K. || Pag. 112 || Ergo iuxta definitionem soni dicta est persona a concaui-
tate laruarum, quoniam, quo maior erat concanitas, eo et prolixior redde-
batur sonus. Secundum uero substantiam persona est indiuidua unius-
cuiusque rei repraesentatio. Est ergo prima persona, quae de se ipsa
loquitur, secunda, ad quam loquitur prima, tertia quoque, ad quam prima
357, 13. 14 suum sermonem dirigit. Casus item. Ideo dixit 'item', quia in nomine
iam dixerat casus. Per quos, s. casus. Inflectuntur, nomina omnium
generum, pronomina omnium generum et participia omnium generum, quia
357, 16 istae tres declinabiles sunt. Ego pronomen finitum, i. determinatum,
quia, qui dicit ego, in praesentia est. Generis omnis. Sicut enim dicit
357, 17 uir 'ego', ita et mulier, sic et mancipium. Casus nominatini. Sciendum
est, quod prima persona in singularitate deficit in uocatiuo, quia nemo
potest se ipsum uocare, nisi προσωποιία sit, i. conformatio personae,
quando aliquis figurate ad se ipsum quasi ad alium loquitur, sicut Virgilius:

Infelix Dido, nunc te facta impia tangunt.

357, 18 Dido enim ad se ipsam loquebatur. Vt ego, lego; mei uel mis, liber est
iste; mihi, dedit; me, laudat; a me, accepit; et pluraliter nos, legimus.
Iam prima persona iungit se cum aliis et ideo habet uocatiuum: 'o nos
fratres legamus!' Ego, quod Graece similiter dicitur ἐγώ. Tu, quod
Graeci dicunt σύ, casus nominatini et nocatini est. Secunda persona
habet uocatiuum, ut 'tu frater'..... Est scire praeterea, quod nullum

---

*Cod. Einsidl. 172 saec. X p. 112 — p. 138.* *Prima tractatus pagina 111 putredine ita euanuit, ut legi iam nequeat; incipit uero a uerbis: 'Bipertita est ·i· in duas partes diuisa' = Don. p. 357, 5 K. Nam quominus id lemma ad locum de nomine p. 355, 8 spectare iudicemus, obstat commentarii ratio prolixior. Deperiit igitur ea expositionis pars, qua de nomine agebatur.* 2 diffinitionem 14 ΠΡΟϹⲰΠΟΠΕΙΑ 15 Virgilius] *Aen. IV 596* 20 grece 21 greci 22 *Post* frater *uocabulum unum nimio pallore extinctum est, quod in sequentibus quoque passim accidit.*

aliud pronomen habet uocatiuum, nisi secunda persona ..... quod est tu et prima persona possessiui, quod est meus uel noster. **Ille**, quod Graece p. 357, 21 dicitur *αὐτός*, ..... habet in se significationes, ut ille et ille. Iungitur etiam primae personae, ut:

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena.

‖ 113 ‖ Iungitur et secundae, ut:

Tune ille es Aeneas?

'Ego' quondam per se singulare erat sine pluralitate: similiter 'nos' plurale erat sine singularitate. Tractum est autem a maiestatibus uel potestatibus, quibus familiaris mos est semper in edictis suis pluraliter loqui, ut: 'decreuit nostra maiestas.' Plurimum mouet, cur prima et secunda persona singulas uoces habent, tertia uero sex. Ad hoc respondendum, quoniam prima et secunda finitae sunt et mutuo semper praesentialiter sermocinantur, tertia uero aliquando praesens, aliquando absens, modo prope, modo longe, modo demonstratiua, modo relatiua propter uarias differentias sex habet uoces. 'Ille frater legit', 'illa puella', 'illud mancipium'. Hic iam discernuntur genera.

'Minus quam finita' dicuntur, i. non ex toto neque perfecte finita. cf. p. 357, 25 Quando enim de cognito uel de praesenti dicuntur, finita sunt; cum uero de incognito uel de absenti, infinita sunt.

'Articularia' dicuntur haec pronomina, eo quod pro articulis ponan- cf. p. 357, 35 tur. Graeci autem partem articulorum habent, quam nos non habemus et in ultimo eam ponunt, ubi nos interiectionem ponimus. Ergo haec pronomina, i. hic haec hoc, articularia uocantur, quia pro articulis ponuntur. 'Praepositiuum' dicitur eo quod primum ponatur; 'demonstratiuum', quia in demonstratione ponatur, ut 'hic fecit'. Sciendum est, quod 'hic' pronomen semper corripitur et 'hic' aduerbium producitur, ut **Virgilius**: Hic uir, hic est tibi.

**Hic**, uir legit; **huius**, uiri legentis; **haec**, mulier cantat; **hoc**, mancipium p. 357, 36 ludit.

Is 'subiunctiuum' dicitur, quia semper subiungitur. Praecedit enim cf. p. 358, 3 nomen, subsequitur pronomen, ut: 'Aeneas filius Veneris; is uicit Turnum.' Dicitur et relatiuum, eo quod praecedens nomen uel praecedentem personam reuocat ad memoriam, ut: 'Dominus Iesus Christus; is est, qui uicit diabolum, ‖ 114 ‖ eius gratia saluati sumus, ei laudem demus et honorem, eum laudamus, ab eo redempti sumus.' 'Sancti apostoli, ii sunt, qui nobis doctrinam dederunt, eorum dictis eruditi sumus, eis honorem demus, eos laudamus, ab eis edocti sumus.' 'Sancta Maria, ea

---

1 persona] *An scriptum fuit*: persona personalis? 2 Ille, *quod euanuit, suppleui* grece 3 habet] *An*: multas habet? 5 Ille ego] *Verg. Aen. I 1* 7 Tune ille] *Verg. Aen. I 617* aenea 22 greci 27 Virgilius] *Aen. VI 792* 37 doctriñ

est, quae genuit nobis saluatorem, eius prole saluati sumus, ei honorem demus, eam laudamus, ab ea auctorem uitae uel exemplum salutis accepimus.' 'Sanctae mulieres, quae dominum a Galilea secutae sunt, eae sunt, quae nobis fidem dederunt, earum sermone imbuti sumus, eis laudem demus, eas laudamus, ab eis exemplum fidei accepimus.' 'Verbum, quod in principio erat apud dominum, id caro factum est in fine temporum, eius misericordia redempti sumus, ei laudem debemus, id adoramus et glorificamus, ab eo liberati sumus.' 'Verba, quae dominus locutus est in euangelio, ea sunt, quae nos instruunt ad aeternam beatitudinem, eorum admonitione repleti sumus, eis oboedire debemus, ea seruamus, ab eis imbuti sumus.'

cf. p. 358, 7 'Infinita' dicuntur ista, eo quod non sint finita; referuntur enim ad omnem substantiam et requirunt personam, sed non demonstrant. Ergo melius nomina sunt, ut superius diximus. — 'Quis' et 'qui' duo nominatiui sunt, sed hoc distat, quia 'qui' pro 'quis' ponitur, 'quis' uero pro 'qui' nusquam, sed tantum interrogatiuum est, ut: 'quis legit?' 'Ipse, qui et cf. p. 358, 13 hodie.' 'Quis uir fecit hoc?' 'Cuius uiri est iste filius?' 'Possessiua' dicuntur ista pronomina, eo quod possessionem demonstrant, ut 'meus equus'. Finita dicuntur ista, quia, qui dicit 'meus', in praesentia est. Et sciendum est, quia in hoc pronomine possessiuo duae personae sunt, una possessoris intrinsecus, ubi generis omnis est, sicut ‖ 115 ‖ et primitiuum suum, alterum possessionis extrinsecus, quia iam mobile est, in us in a p. 358, 14 in um. Ad aliquid dicta, i. ad aliquid se habentia; praeter se enim aliud demonstrant, quemadmodum si dicas patrem, intelligis filium, ita et cum dicis 'meus', semiplenum est, adhuc pendet sensus, usque dum dicas 'meus homo' uel 'equus'. Habet etiam uocatiuum. Possessor enim uocat suam possessionem, ut 'o mi fili'. 'Meus homo est iste', 'tuus seruus est p. 358, 28 ille', 'uides illum: ille est suus homo.' Finita, quia qui dicit 'noster', praesens est. Ex altera parte pluralia, quia in his possessiuis duae personae sunt. Ex parte ergo possessoris pluralia sunt et ex parte possessionis singularia; uerbi gratia 'noster filius': nos plures *sumus* et habemus unum filium.

p. 358, 40 D. Da horum, s. pronominum. Da, i. dic, sicut 'accipe' pro 'audi', ut est illud:

Accipe nunc Danaum insidias et crimen ab uno.

D. O magister, superius dixisti simplicia pronomina, modo dic composita. M. Egomet, compositum est ab ego et met, quae est adiectio syllabarum. Declinatur ergo ex parte nominatiui et 'met' indeclinabiliter per omnes casus currit: nosmet, nostrum uel nostri genitiuus pluralis non recipit 'met' syllabam, ne putetur esse possessiuum. Tutemet uel tute, non facit

7 debemus] *An*: demus? *cf. supra l. 2. 5 et p. 203, 34. 37* 31 nos plures et
34 illud] *Verg. Aen. II 65* 35 insidias danaum

'tumet' in nominatiuo, ne uerbum esse putetur; uosmet, uestrum uel uestri non recipiet 'met'. Illic, ex ille et hic; istic, ex iste et hic: ista sunt aduerbia loci. Illicine ex ille et hicine pro illicne: 'illicine est frater tuus', pro illicne. Isticine ab iste et hicine, ut 'isticine est, de quo dixisti mihi', pro isticne. Hicine pro hicne, sicut in Regum libro legitur: Hicine est qui ingreditur nostram domum, pro hicne, et sicine, sicut est illud: Sicine nos separat amara mors, pro sicne, || 116 || et iterum: Haecine reddis domino pro haecne. Idem, compositum est ex 'is' et 'demum' quod in masculino genere producitur, ut:

Viuo nocendo quidem, sed me manet exitus idem.

Et iterum:

Idem amor exitium pecori pecorisque magistro.

In neutro uero corripitur, ut:

Esset par aetas et idem si robur in armis,

et: Mortale corpus idem immortale resurget.

## DE VERBO.

D. Verbum quid est? Verbum, quod Graece ῥῆμα dicitur, a uer- p. 359, 4
berando, ·i· a feriendo dicitur, eo quod uerberato aere plectroque linguae formetur. Aer enim intra septa oris plectro linguae ·i· reuolutione percutitur et uerba formantur; uel secundum Augustinum uerbum dicitur a uere boando, ·i· a uere sonando. Quod si ita est, omnia uera dicenda sunt uerba. Sciendum est, quod omnes partes 'uerba' dici possunt. Verbi gratia: 'Verbum fecit hodie consul ad populum', cum non de uerbis solis fuit locutus. Sed haec pars hoc nomen sibi proprie possidet, eo quod dignior sit aliis et prolixiores habet declarationes et in nostra locutione frequentius ponitur, ut est illud: 'eo ad forum et uolo uidere amicum.' M. Pars orationis, ·i· una species Latinitatis. Cum tempore et persona. Haec duo semper inueniuntur in uerbo. Tempus enim ubi fuerit, ibidem et persona, ut lego praesens tempus est et prima persona, legi praeteritum et prima persona et ideo unum sine altero non nuenitur. Si autem persona defuerit, uerbum redigitur in participium, tempore uero ablato pro nomine putetur. Sine casu. Bene dixit 'sine casu', quia quidam uoluerunt casus esse in uerbo in infinitiuis modis, unde et Persius: Scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciat alter, ·i· tua scientia || 117 ||, et in Euangelio: Da mihi bibere, ·i· potum, quod Graece dicitur δός μοι πιεῖν. Πιεῖν autem bibere significat; hinc pitisso siue
poto dicitur. Sed Donatus 'sine casu' dixit, quia hoc non recipit. Aut 359, 5

6 et sicine sicut] et sicut sicine ut 10 uiuo nocendo *etc.*] *Aenigmatis uersus esse uidetur* 12 Idem amor] *Verg. Ecl. III 101* 14 Esset par] *Verg. Aen. XI 174* 17 grece 20 Augustinum] *Aug. dial. p. 9, 13 ed. Crecelius, cf. H. Keil. ann. phil. Fleck. 1859 p. 155* 23 consul] coš 33 modis Persius] *Sat. I 27* 35 in Euangelio] *Ioh. IV 7* grece 36 dos mu piu. Pin autem

Digitized by Google

agere. Agere aliquid est lego doceo, pati legor doceor. Cum ergo dicit 'agere', comprehendit omnia actiua et medietatem communis uerbi, et cum dicit 'pati', omnia passiua et alteram medietatem communis uerbi; 'aut neutrum' cum dicit, omnia neutralia et deponentia uerba tangit. Neutrale uerbum dicitur, non ut aliquid non significet, sed utrumque non significat; nam cum actiuam habet significationem, relinquit passiuam, ut facio ambulo, cum uero passiuam, dimittit alteram, ut fio passiuum habet sensum. Et, ut quidam uolunt, passiuum est fio solum desinens in o, cuius actiuum est facio. Verbi gratia 'facio te', et tu respondes 'fio a te'. Quinque genera in sequentibus commemorat Donatus, quae hic breuiter tangit, cum dicit 'aut agere aut pati aut neutrum'. Actum sane siue passionem ostendunt uerba in his, quae animata sunt, neutrum uero maxime in anima carentibus ponitur. — Generalitas uerbi in eo, quod pars est orationis; specialitas, quod caret casu, proprietas uero in actionis passionis uel neutri significatione. D. Verbo quot accidunt, idest quot accidentia habet uerbum. M. Septem. Numerum definiuit. D. Quae?
359, 6 Nomina accidentium requirit. M. Qualitas coniugatio genus numerus figura tempus persona. Quae suis in locis exponemus. Primo de qualitate nobis sit sermo, quia primum accidens est. Igitur in uerbo dicitur qualitas, eo quod, quale sit illud uerbum, ostendit, actiuum uidelicet an passiuum
359, 7 || 118 || siue neutrum. D. Qualitas uerborum in quo est? Idest in quo iure, in qua potestate sita est. M. In modis et formis. Quando enim qualitas uerbi interrogatur, modus et forma respondetur, ut: 'amo' cuius qualitatis est? modi indicatiui et formae perfectae; 'lecturio' modi indicatiui et formae meditatiuae; 'lectito' modi indicatiui et formae frequentatiuae; 'calesco' indicatiui modi et formae inchoatiuae. — Modi a moderatione uel a motu sunt dicti, eo quod unus moueatur in alterum: indicatiuus in imperatiuum, imperatiuus in optatiuum, sic et alii. — Indicatiuus dicitur ab indicando, quia per illum actum uel passionem ostendimus, ut: 'quid facis?' 'lego': ecce actum. 'Quid agis'? 'legor', ·i· aliquis mea dicta legit: ecce passiuum. Dico dicis, indico indicis, transit in passiuum indicatus indicati, adiuncta uus fit indicatiuus. Primus ergo ponitur indicatiuus, quia perfectior est ceteris. Habet enim suas personas et in nullo tempore deficit neque in sensu. Nam ille, qui dicit 'scribo', perfectum sensum ostendit. Ceteri uero non solum in tempore, sed etiam in sensu deficiunt. Qui enim imperat, ostendit, non esse factum adhuc, quod iubet. Similiter et qui optat, ostendit, se non habere, quod desiderat. Indicatiuus ergo perfectus est, ut supra diximus, et ideo primum obtinet locum. Imperatiuus secundo in loco ponitur. Quamuis enim in persona et in praeterito deficit, tamen ante optatiuum ponitur, quia maior est qui im-

---

10 commorat Donatus] *p. 359, 34* 16 diffiniuit

perat, quam qui optat. Nemo enim sibi ipsi imperare potest; in pluralitate uero habet primam personam, sed magis hortatiua est, quam imperatiua. Nam ipsa cum aliis iuncta suos socios admonet dicens 'legamus fratres'. Dicitur ergo imperatiuus ab imperando, ‖ 119 ‖ eo quod per illum imperamus, sicut optatiuus ab optando, per quem enim optamus, quod habere cupimus et tertio in loco ponitur, quia imperfectus est; nam illo aduerbio optandi eget, quod est 'utinam' et sua tempora habet coniuncta, uidelicet praesens et praeteritum imperfectum, praeteritum perfectum et plusquamperfectum. Coniunctiuus iam in quarto loco ponitur eo quod imperfectior est; non solum enim alio uerbo eget, sed etiam particula ·i· aduerbio temporis, quod est cum', ut: 'cum' inuocarem exaudiuit', 'cum tribularer clamaui'. Dicitur ergo coniunctiuus a coniungendo, eo quod sibi coniungat aliud uerbum. Infinitiuus dicitur quasi non finitus et ponitur in quinto loco, quod prioribus imperfectior est. Ostendit ergo Donatus, ubi ille est infinitus, cum dicit 'numeris et personis'. Iste enim modus certum numerum et certam personam habere non potest et sua tempora sicut optatiuus coniunctim possidet. Vtitur ergo uoluntatiuis uerbis tantummodo, ut 'legere uolo uis uult', 'legere uolumus uultis uolunt'. Impersonalis sextum obtinet locum, quia imperfectissimus est omnium. Dicitur ergo impersonalis quasi non personalis ·i· sine persona, sed recipit sibi supplementum a personis pronominum, ut 'legitur a me a te ab illo a nobis a uobis ab illis'. Hoc quoque sciendum est quoniam ex passiui tertiis personis oritur modus impersonalis et sub litteratura passiui sensum habet actiui, ut 'legitur a me', ·i· ego lego, 'legitur a te', ·i· tu legis, 'legitur ab illo', idest ille frater legit. D. Formae uerborum quot sunt? 359, 10
Forma, quae Graece τύπος sonat, dicitur ab informando, eo quod nos informet ·i· aptet ad sensum uerbi intellegendum. Et hoc animaduertendum est, quia haec duo semper inueniuntur in uerbo ‖ 120 ‖ et unum sine altero nusquam reperitur. Verbi gratia lego indicatiuus modus et forma perfecta, lecturio indicatiuus et forma meditatiua. Quid est forma? sensus uerbi et dicitur perfecta forma, eo quod perfectam rem demonstrat, ut ego scribo. Meditatiua dicitur a meditando ·i· a cogitando, ut parturio 359, 11
·i· parere cogito. Parturire est ante partum dolere, parere uero foetum emittere. Esurio ·i· esse cogito; qui enim esurit, semper cogitat, ut manducet. Frequentatiua dicitur a frequentando ·i· a saepe agendo ut lectito ·i· saepe lego. Inchoatiua dicitur ab inchoando ·i· ab incipiendo, ut calesco ·i· calere incipio. Inchoo as inchoatus inchoati addita ua fit inchoatiua. Sciendum est, quia hoc uerbum Graecum est. Nullum enim uerbum apud Latinos habet o ante o, et uenit a nomine quod est chaos. Chaos autem est primordialis confusio ·i· commixtio quattuor elementorum

5 per quem enim] *'enim' delere non ausus sum, quia et alia neoterice dicta in hoc tractatu occurrebant.* 6 tercio 17 uoluntatiuus 26 grece 38 grecum

Digitized by Google

antequam secernerentur ab inuicem. Hoc animaduertendum est, quia Donatus rectum ordinem in his formis non tenuit; primo enim debuerat meditatiuam formam ponere, deinde inchoatiuam, postea perfectam, ad ultimum frequentatiuam. Nam primule aliquid meditamur, priusquam aliquid inchoemus, et hoc quod inchoatum est ad perfectum ducimus, quod ergo perfectum est, in frequenti usu tenemus. Sed ille a perfecta forma bene inchoauit, et sicut masculinum ante femininum, indicatiuum ante imperatiuum, sic sequens naturam perfectam primo posuit formam. Deus enim omnia perfecte fecit, uidelicet hominem perfectum in aetate XXX annorum et arbores glandiferas, non fructus, uolatilia quoque, non
359, 12 oua, quem imitatus est Donatus primam ponendo perfectam. D. Coniugationes uerborum ‖ 121 ‖ quot sunt? Coniugatio dicitur quasi colligatio, eo quod sub una regula quasi sub uno iugo multa coniungit et retinet et ideo a coniungendo dicitur coniugatio. M. Tres. Quidam grammatici quattuor annumerant coniugationes, sicut Priscianus. Donatus uero tres enumerat secundum ordinem trium uocalium, quibus omnia uerba adhaerent, distinguens quartam a tertia coniugatione, cum dicit 'i correptam
359, 29 uel i productam'. Discerni ·i· diiudicari. Quid est coniugatio? declinatio
359, 34 uerbi. D. Genera uerborum quot sunt? 'Quot', sicut superius dictum est, numerum requirit. Genus dicitur in uerbo a generando, eo quod unum generetur ex altero, scilicet passiuum ab actiuo et item actiuum a passiuo. Actiua ergo dicuntur ab agendo, eo quod agunt et actum ostendunt, ut lego te doceo te. Vnde et accusatiua dicuntur, quia ex maxima parte accusatiuis copulantur, pauca uero aliis casibus, ut benedico tibi, misereor tui, et unum uerbum est, quod in actiua et in passiua significatione tantum ablatiuo iungitur, ut stipulor a te ·i· interrogo te uel interrogor a te. Passiua dicuntur a patiendo, eo quod suam passionem profitentur, ut doceor uel uerberor a te. Haec est autem causa actiuorum et passiuorum uerborum transitio actus. Ille enim meus actus transit me dicente 'doceo te'. Tu ergo confiteris, id quod pateris, dicens 'doceor a te'. Tuus iterum actus transit in me. Vnde et illa uerba quae non possunt respondere, neutra sunt, ut aro terram prandeo piscem. Neutra dicuntur, non ut nihil significent aut actum uel passionem, sed utrumque non significant, ut ambulo: ecce actum; rubet: ecce passiuum. ‖ 122 ‖ Sed proprie sunt neutra, quae per se plenum sensum habent, ut uiuo spiro sedeo bibo. Deponentia dicuntur κατ' ἀντίφρασιν ·i· per contrarium a deponendo, eo quod nusquam deponunt r uel ideo dicuntur deponentia a deponendo, eo quod deponunt participium futuri temporis, quod in dus desinit. Communia dicuntur, eo quod sub una litteratura duos sensus habent in duas formas ·i· in duos intellectus, uidelicet in formam actiui ipsa est

6 quod ergo] quod uero? 8 natura 11 formam *ante* perfectam *additum sed punctis suppositis inductum est* 36 cata antifrasin 40 [in]formam

agentis, ut osculor te, et in formam passiui ipsa est patientis, ut osculor a te. Osculum est signum pacis, basium amoris, sauium signum Veneris ·i· luxuriae. Inde et quidam poeta:

Basia coniugibus sed et oscula dentur amicis.
Sauia lasciuis miscentur grata labellis.

D. Tempora uerborum quot sunt? Tempora dicuntur a temperando. 360, 6
Sunt autem quattuor tempora anni, quae sua uicissitudine temperantur: aestas calida, hiems frigida, et inter haec duo sunt alia, quae proprie tempora dicuntur, ·i· moderata. In his enim nimietas caloris atque frigoris reperiri nequit. In uerbo autem tempora dicuntur distinctiones nostri actus, quia, quicquid facimus, aut in praesenti modo facimus, aut in praeterito fecimus, uel in futuro faciemus. Est ergo tempus quidam rerum motus. Praesens imperfectum esse dicimus, sicut et futurum, eo quod non manet, sed quodammodo transit. Vnde et a philosophis instans dicitur, a Graecis ἀόριστον, eo quod non stat. Igitur praesens tempus nihil aliud est nisi distantia, ·i· ipsum spatiolum, quod inter praeteritum est et futurum. Verbi gratia 'deus': cum dico de, us adhuc remanet, et cum dico us, iam de praeteritum est. Futurum similiter imperfectum est. Quicquid enim in nostro actu est, incertum est et imperfectum. Nam potest esse et non esse. Sunt autem quaedam futura natu| p. 123 |ralia, quae cotidie eueniunt, ut solem oriri et hominem mori et alium nasci. Ista immutabilia sunt, quia dei dispositu eueniunt. Praesens itaque et futurum simplicia sunt, sed praeteritum in tres diuiditur species, eo quod perfectum est. Nam rem peractam demonstrat. Siquidem diuiditur in praeteritum imperfectum et in praeteritum perfectum et in praeteritum plusquamperfectum. Dicitur ergo praeteritum imperfectum, eo quod imperfectam rem ostendit. Verbi gratia: 'quid faciebas heri?' 'Legebam uersum, quando me uocasti.' Cum dico 'legebam', intelligis, me legere uersum, sed ad finem non perfecisse et ideo imperfectum esse dicitur. Praeteritum perfectum dicitur, eo quod perfectam et praeteritam rem demonstrat, ut: 'quid fecisti heri?' 'Legi uersum', et usque ad finem perduxi. Praeteritum plusquamperfectum dicitur, quando actio nostra iam inueterascit, ut: 'quid feceras in tua infantia?' 'Legeram.' Futurum sicut et praesens simplex remanet.
D. Da declinationem. Da ·i· dic, sicut 'accipe' pro audi. Dictum, ·i· pro- 360, 15. 16
nuntiatum. Sic, ·i· tali modo, tali ratione. Optatiuo modo, utinam legerem 360, 17. 28
modo et utinam legerem heri, utinam legissem heri et utinam legissem ante
quindecim annos. Cum legam, intelligo; cum legerem, intelligebam; cum 360, 33. 35.
legerim, intellexi; cum legissem, intellexeram; cum legero, intelligam. 360, 36 361, 1
Infinitiuo modo tempore praesenti et praeterito imperfecto 361, 3. 4

3 quidam poeta] *cf. Isid. diff. 398 tom. V p. 52 Areual.* 14 grecis aorismon 20 quae die cotidie 34 sicut accipe] *cf. schol. Bern. ad ecl. I 19 p. 751*

legere, uolo et uolebam heri; praeterito perfecto et plusquamperfecto legisse, me uolui heri et uolueram ante multos annos; futuro lectum ire uel lecturum esse, a me uolo crastina die, ·i· ego legam.
361, 9 Gerundia uel participialia uerba sunt haec. Gero ·i· porto, inde gerundiuus modus dicitur a gerendo, eo quod aliquid portat. Portat enim sub litteratura actiui passiuum sensum ‖ 124 ‖. Inde Virgilius:

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis,

cantando, ·i· dum incantatur ab aliquo. Habet et actiuum sensum, ut:

Cantando tu illum,

·s· meruisti, ·i· dum cantares. Typicus modus dicitur, ·i· figuratus, quia figurate portat sub litteratura actiui sensum passiuum, sicut dictum est. Dicuntur et participialia, ·i· participiis similia futuri temporis passiui. Quid ergo distat inter participia et gerundiua? Hoc distat, quia, quando gerundiui modi sunt, iunguntur cunctis generibus et numeris et temporibus, sed eundem casum trahunt, quem et uerbum, a quo nascuntur, ut: 'causa legendi librum laboro', 'causa legendi paginam laboro', 'causa legendi folium laboro'. Ecce omnia genera: 'legendo Virgilium paginam et folium proficio', 'legendum Martianum artem et uolumen uenio'. Et significat necessitatem, ut: 'legendum est mihi tibi illi nobis uobis illis'. Quando uero participia sunt, cum suis generibus numeris casibus iunguntur, ut: 'causa legendi libri ueni': ecce genitiuum cum genitiuo, masculinum cum masculino, singularem cum singulari. 'Causa legendae paginae, legendi folii ueni', 'legendo libro insisto', 'legendae paginae', 'legendo folio', 'ad legendum Virgilium', 'legendam paginam et legendum folium ueni'. Priscianus uero haec uerba gerundiua dixit esse nomina, quod separatam praepositionem recipiunt, ut 'in conuertendo' 'in legendo'. Verbum enim non recipit, nisi per compositionem. Duo membra gerundiui modi adhuc remanserunt, lectum lectu, et locum significant. Verbi gratia: 'quo pergis?' 'lectum', ·i· ad lectionem. 'Vnde uenis?' 'lectu', ·i· de lectione. Ponitur et pro ipsa re, ·i· pro ipsa uisione, sicut ‖ 125 ‖ 'admirabilis uisu' pro uisione. — Omne participium praesens trium generum est et in duas consonantes desinit, ·i· in ns. Reliqua uero participia
361, 13 mobilia sunt, in us in a in um. — Legor, ego ab aliquo, et reliqua. Vlterior modus dicitur, eo quod plus ultra praeteritum perfectum significat. Nam praeteritum perfectum non ex toto est praeteritum: habet enim 'sum' praesentis temporis. Vlterior uero modus iam duo praeterita habet, ut lectus fui. Sciendum est, quia omnia uerba in or desinentia in praeterito deficiunt, sed accipiunt supplementum a participio praeteriti

---

6 Virgilius] *Ecl. VIII 71* 9 Cantando] *Verg. Ecl. III 25* 18 Martianum] *Capellam scilicet.* 22 singularis 25 Priscianus] *cf. I p. 413, 16 H.* 34 *Fortasse scribendum:* eo quod ultra idest plus quam praeteritum perfectum significat 36 ulterio

Digitized by Google

temporis et 'sum' substantiuo uerbo, ut lectus sum. Imperatiuo modo 361, 23
legere, a me o Virgili; optatiuo modo utinam legerer, modo 361, 27
a e et heri: utinam lectus fuissem, heri et ante XV annos. Coniun- 361, 34
ciuo cum legar, sustineo; cum legerer, sustinebam; cum lectus 361, 36
sim uel fuerim, sustinui; cum lectus essem uel fuissem, susti-
neram; cum lectus ero uel fuero, sustinebo. — Infinitiuus ubi est cf. 362, 8
infinitus? In numeris et personis. Hoc distat inter infinitiuum imper-
sonalis et passiui, quia infinitiuus impersonalis non solum eget uerbo,
sed etiam ablatiuo pronominis, ut legi a me uolo, ·i· legere uolo acti-
uum habet sensum. Praeterito perfecto et plusquamperfecto 362, 9
lectum esse uel fuisse, a me uolui heri uel ante multos annos
uolueram, ·i· ego uolui heri legere et uolueram ante multos annos. Fu- 362, 10
turo lectum ire, uel lecturum esse uolo a me crastina die, ·i· ego legam
crastina die. Passiui uero infinitiuus solo uerbo eget, ut legi uolo ·i·
uolo ut aliquis me legat. Legi et de praesenti et de praeterito imper-
fecto potest intelligi, ut legi uolo nunc et legi uolebam heri, ·i· ut aliquis
me legeret. Lectum esse uel fuisse ‖ p. 126 ‖ uolui heri uel uolueram
ante quinquaginta annos de praeterito perfecto et plusquamperfecto potest
accipi, ·i· ut aliquis me legisset et legeret. Futuro lectum iri uolo cras,
·i· ego uolo, ut legar crastina die, uidelicet ut aliquis mea dicta legat, et
est compositum a participio praeteriti temporis et iri infinitiuo, quod a
uerbo eor uenit, sed in usu non est. Legendus, da dum. Haec parti- 362, 12
cipia, quae in dus desinunt, cum tempora perdunt, in nomina transeunt,
ut 'loquendus est iste', ·i· dignus de quo loquantur homines; 'amandus
est', ·i· dignus, ut ametur a me uir; 'legendus est iste liber', ·i· dignus,
ut legatur.

## DE ADVERBIO.

Aduerbium, quod Graece *ἐπίῤῥημα* dicitur, ideo sibi hoc nomen uin-
dicat, eo quod sit iuxta uerbum non tantum in ordine partium, quantum
in nostra communi locutione, ut 'bene lege'. 'Ad' pro 'iuxta' ponitur
et est 'aduerbium' adiectiuum uerbi. Sicut enim dicis 'bonus homo', ita
dicis 'bene studet'. Nam qualitas uerbi per se ignoratur sine aduerbio.
Significationem, ·i· sensum et intellectum. Explanat, elucidat. Im- 362, 15. 16
plet, auget perficit. Sciendum est, quia Priscianus comparationem in
aduerbio non ponit, quia non est generale accidens, sed speciem pro com-
paratione misit. Omnia enim aduerbia aut primitiuae speciei sunt aut
diriuatiuae. O magister, da mihi aduerbia loci, ·i· dic mihi, quae 362, 22
aduerbia in loco esse significant. Hic, ·s· sedemus. Ibi, ·s· sedent alii. 362, 23
Intus, ·s· sumus. Foris, sunt illi. 'Hic' et 'intus', 'ibi' et 'foris' in loco esse

---

13 lectum ire uel lecturum essse] *Confudit scriptor passiuam formam cum actiua, cf. Don. p. 361, 5* 28 grece ЄΠΙΡΗΜΑ 33 Priscianus] *II p. 63, 6*: Accidit autem aduerbio species significatio figura



Digitized by Google

significant. 'Intro' et 'foras' et 'illuc' ad locum ‖ 127 ‖ . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . illuc properantes, et in psalmo: iluc enim ascenderunt. Potest enim accipi de futuro et de praeterio; 'illic' uero in loco et est similiter praeteriti et futuri. 'Hic', quando pronomen est, corripitur; aduerbium uero producitur, ut poeta:

Hic uir, hic est, tibi quem promitti saepius audis.

362, 23. 24 Hodie, praesens est quasi hoc die. Nuper, praesens est et praeteritum, ·i· nouiter et uenit a nomine, quod est nuperus ra rum, ·i· nouus ua uum. Aliquando, de praeterito et futuro accipitur, ut 'aliquando factum est hoc', et 'aliquando fiet hoc', et est compositum ex alius et quando. D. Da numeri, ·i· dic mihi aduerbia numeri. M. . . . . . . . . . bis, a duobus. Sciendum est, quia aduerbia tribus modis diriuantur a nominibus: sensu et litteratura, sicut ter a tribus, quater a quattuor; litteratura et non sensu, sicut modo, ·i· nunc, a nomine, quod est modus; sensu et non litteratura, sicut semel ab uno, bis a duobus. Non, et etiam duo aduerbia sunt contraria; unum negat, alterum affirmat. En, Virgilium.
362, 25 Ecce, Priscianum. Vtinam, 'ut' aduerbium est similitudinis, addita i fit uti et est similitudinis, adiecta nam fit utinam et transit in aduerbium
362, 26 optandi, ut utinam legerem. Heia, ·s· frater. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ‖ 128 ‖ adiuncta ter et correpta i, ut fortis forti,
362, 27 inde fortiter. Multum, dormit; parum, uigilat; minime, laborat. Minime et minimum et minimo idem est, sed minime potest esse aduer-
362, 28 bium negandi, sicut et non. Forsitan, pluet hodie; fortasse, non. Personalia, dicuntur haec aduerbia, eo quod personas demonstrant et componuntur ex personis pronominum et 'cum' praepositione. 'Cum' autem debuerat praeponi, sed causa enphoniae hic postponitur; sonorius enim est mecum, quam cum me. Mecum, legunt pueri. Tecum, recordantur.
362, 29 Secum, sedet ille ·i· solus. Heus, ut Virgilius:

Heus, iuuenes, monstrate mearum.

'Heu' aduerbium est respondentis, ut: 'heu quid me uis?' Est et inter-
362, 30 iectio dolentis, ut 'heu mihi'. Seorsum, sedent iuniores; 'orsum' dicimus in partem, inde componitur seorsum, ·i· separatim, sicut in euangelio: Et accepit eum de turba seorsum. Quorsum quoque, dextrorsum sinistrorsum inde componuntur. Edepol, ·i· per aedem Pollucis, ·i· per templum Pollucis. Castor, per domum Castoris. Castor et Pollux duo fratres fuerunt filii Iouis, per quos antiqui iurabant. Et sunt gemini in caelo, ·i· clarae stellae. Hercle, ·i· per Herculem, qui est medius fidius,

1 *Prima paginae 127 uerba putredine deperierunt.* 5 poeta] *Verg. Aen. VI 791* 11 *Post* aduerbia numeri *nonnulla uerba euanuerunt, fortasse*: semel ab uno, *cf. 15* 19 *Post* frater *aliquot lineae adeo putredine obscuratae sunt, ut iam legi nequeant: in iis, quae p. 128 proxime antecesserant, de aduerbiis qualitatis ex nominibus adiectiuis diuersa terminandi ratione descendentibus actum fuisse patet.* 21 minime] *cf. Don. p. 362, 28 cum adnot.* 28 Virgilius] *Aen. I 321*

Digitized by Google

·i· semideus et semihomo; ex parte patris deus, et ex matre homo. Fidius pro filius; antiqui enim d pro l ponebant, sicut sedda pro sella. Vel 'medius fidius' dicitur quasi dios filius, ·i· Iouis filius. Dios enim Graece Iouis dicitur uel clarus Latine. Castor et Pollux duo filii Ledae fuerunt; Pollux eius filius fuit de Ioue et ideo immortalis est ex parte patris, Castor uero eiusdem filius de Tyndaro fuit, sed Pollux, qui erat immortalis, diuisit immortalitatem cum fratre suo et miseratione deorum translati sunt in caelum inter deos || 129 ||. Ideo uocantur semidei et semihomines. Hercules uero eiusdem Iouis filius de adulterio, ·i· de uxore Amphitryonis fortissimus Gigas fuit. D. Da mihi eligendi, ·i· quae 362, 30 electionem significant. Vt potius, uolo legere quam uagari; et est com- 362, 31 paratiuum a nomine, quod est 'potis' indeclinabile. Immo, ita est; inde componitur 'quinimmo', ·i· cur non potius; 'quin' uero pro 'ut non' ponitur, ut 'noli omittere quin facias', ·i· ut non facias. Simul, sedent minores; una, recordantur maiores. 'Vna' accentum habet in fine, ne putetur nomen esse. Prohibendi ut ne, facias; est et interrogatiuum, quando pro numquid ponitur, ut 'fecistine?', ·i· 'numquid fecisti?' Et pro 'ut non' ponitur, ut 'lege ne uapules'. Est et increpatiuum, ut 'tune cruente?' — Euentus et fortuitus est, quando fortuita res subito nobis occurrit, ut forte uel fortuitu, euenit mihi aurum reperire. Magis, 362, 32 uolo legere quam scribere. Tam, aequalitatem significat, ut 'tam uolo legere quam et scribere', ·i· utrumque uolo. Vnde Virgilius:

Tam magis illa fremens et tristibus effera flammis
Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae.

Sciendum est, quod aduerbia quattuor modis componuntur, sicut et nomina: ex duobus integris, ut indocte; ex duobus corruptis, ut sufficienter; ex integro et corrupto, ut insipienter; ex corrupto et integro, ut sufferenter. 363, 7 Aduerbia localia, sunt quae in loco esse aliquid ostendunt. Significa- 363, 8 tionem, ·i· litteraturam et uocem. Sicut enim dicis 'intus sum', ita dicis 'intus exeo', ·i· foras egredior. In utroque, ·i· in loco et de loco, dicimus 'intus' | 130 |. Ad locum, ut intro eo foras eo, in utroque dicimus 363, 9 'eo'. Ista tertia species motionem significat, sicut et quarta. Hinc et uerbum composite dicimus 'introeo is'. Quarta uero species est per locum, ut 'Romam transeo' per accusatiuum, sicut et ad locum. — Sicut non dicimus ad foras uel in foras, ita non dicimus de intus et de foris secundum Donatum, sed in diuina scriptura inueniuntur, ut: deintus autem respondens dixit.

## DE PARTICIPIO.

Participium, quod Graeco sermone μετοχή nominatur, inde sortitum est uocabulum, quod partem capiat nominis partemque uerbi. Post nomen

6 tindaro  10 amphitrionis  michi  20 michi  22 Virgilius] *Aen. VII 787*
35 Donatum] *p. 363, 10*  39 greco  METOKH

et uerbum bene posuit participium, quia ex utroque procedit. *Ἐπίκοινον* in participio non est, quia in nomine praecessit neque commune duorum generum. Sunt autem in participio sex casus, sicut et in nomine. Et sciendum, quia nusquam in participio deficit casus, sicut in nomine et
363, 20 pronomine deficit. Hic legens, uir uenit. Huius legentis, uiri liber est
363, 27 iste. A deponenti tria, participia ueniunt; propter sensum actiui habet duo participia, praesens et futurum, ut loquens locuturus; propter litteraturam passiui habet unum participium praeteriti temporis, ut locutus;
363, 28 'loquendus' non habet, sed potius nomen est. A communi quattuor, quia sub una litteratura habet actiuum sensum et passiuum; ea parte, qua actiuum est, habet duo participia. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## [DE PRAEPOSITIONE.]

. . .

|| 131 || Villa dicitur a uallo, ·i· a fossa. Antiqui enim, antequam haberent ciuitates, uallum, ·i· munitionem, faciebant ex palis et fossa: inde
365, 16 uilla dicitur. Ante aedes, discurrit sacerdos. Aedis in singularitate templum dicitur, aedes uero pluraliter domos uel munitiones significat; inde aedilis dicitur custos templi. Idem est et aedituus et illa res aedilitas
365, 17 dicitur. Aduersum inimicos, uadit rex. Aduersum et contra idem est; amicus dicitur quasi animi custos, inde inimicus, ·i· non amicus. Cis Rhenum, est ciuitas Magontiae ·i· de ista parte. Rhenus est fluuius diuidens Galliam et Germaniam. Cis et citra idem sunt, sed in hoc differunt, quod 'cis' propriis nominibus montium uel fluminum iungitur, 'citra'
365, 17 uero appellatiuis, ut citra forum, ·i· de ista parte. Forum appellatiuum est et est locus publicus uel mercatum, ubi homines sua negotia exercent. Mercatum autem dicitur a commerciis. Circum uicinos, benignus est iste. Circum et circa et erga idem sunt; uicini a uico dicuntur. Circa templum, domini est peribolum ·i· murus. Templum dicitur quasi tectum amplum. . . . . Hostis dicitur, eo quod iusta re init bellum: hostire enim dicimus aequare; hinc hostorium dicitur lignum, quo sextarius aequa-
365, 18 tur. Erga propinquos, beniuolus est iste. Extra terminos, non debet ire monachus. Monos unus singularis: inde monachus. Inter naues || 132 || natat piscator. Naus Graece nauis Latine. Inde nausea dicitur uomitus, qui fit propter sentinam. Sentina autem est aqua foetida in naui. Intra moenia, scribo: moenia dicuntur a uerbo munio ·i· firmo, quod

---

1 ЄΠΙΚΟЄΝΩΝ 7 presens 11 duo participia] *Post haec sequitur etiam Donati lemma* crim = criminans, *cf. Don. p. 363, 29; deinde aliquot foliorum iactura facta p. 131 incipit ab expositione Donati lemmatis, quod est* apud uillam *p. 365, 16* 20 renum 21 idem est 24 commertiis 28 amplum] *Donati lemma*: contra hostem *eiusque interpretatio intercidit.* 33 fetida 34 |,|| firmo

Digitized by Google

antiqui dicebant moenio per oe diphthongon. Inde et moenia per oe
apud nos scribitur. **Infra tectum**, sedemus ·i· intus; tectum dicitur a 365, 19
tegendo. .... Macellum dicitur a macerandis carnibus, ubi boues et
porci macerantur ·i· occiduntur: hinc macellarii dicuntur. **Ob augurium**,
·i· propter *augurium* diues est ille. Augurium dicitur diuinatio, quasi
auigarrium, ·i· a garritu auium, uel quasi auigerium, eo quod ipsa diui-
natio in uocibus geratur auium. **Pone tribunal**, sedet lictor, idest
uirgifer. Tribunal dicitur sedes tribuni. Olim erat tribunus, qui tertiae
parti Romae praeerat. Modo millenarius dicitur tribunus, qui mille uiris
praeest. Inde tribunal dicitur sedes iudiciaria, cui iudicantes sedent iudices.
.... Paries dicitur a parilitate, ·i· ab aequalitate. **Propter discipli-
nam**, uenisti. Disciplina dicitur magisterium a discendo, eo quod plena
discatur; hinc et discipulus a disciplina. .... Fenestra dicitur, eo quod
intus ferat lucem: fos enim Graece lux Latine. **Secundum fores**, scribo. p. 365, 20
Secundum et secus et iuxta idem sunt. Fores pluraliter sunt ostia domo-
rum, quae extrinsecus ‖ 133 ‖ aperiuntur, ualuae uero, quae intrinsecus,
a uelando, eo quod uelant. **Post tergum**, respexit uxor Loth. Tergum
gi dorsum, tergus tergoris ·i· corium. **Trans ripam**, iacio. Ripa et
ora et margo idem est. **Vltra fines**, ciuitatis pergit episcopus, ·i· ultra p. 365, 21
terminos. **Praeter officium**, laborat ipse. Officium dicitur ab effectu,
quasi 'efficium', non, ut *quidam* putant, ab 'officio' uerbo, quod significat
noceo, efficio uero est perficio uel impleo: inde officium dicitur a per-
ficiendo. **Supra caelos**, sedet dominus. Caelum dicitur pictum a uerbo
caelo as ·i· sculpo pis uel pingo gis. Caelum enim stellis est depictum.
**Vsque Oceanum**, gubernat dominus. Ocys Graece uelox Latine: inde
Oceanus dicitur mare magnum a uelocitate undarum, quo cingitur mun-
dus. **Circiter annos**, XXX habet ille aetatem. Circiter ad aetatem
pertinet. **Penes arbitros**, sedeo. 'Penes' et 'apud' idem sunt. Arbitri
dicuntur iudices, qui suo arbitrio causas iudicant. Arbitrium uero est
libera potestas uel uoluntas.

Sciendum est, apud Graecos X et VIII esse praepositiones, apud Latinos uero multo plures. Sed hoc facit polysema significatio paene omnibus Graecis praepositionibus indita. Verbi gratia *περί* Graeca praepositio diuersis sensibus accipitur: *περιφέρω* enim circumfero, *περίφρασις* circumlocutio, *περὶ τὸ ὄρος* circa montes, *περὶ ἀρχῶν* de principiis, ‖ 134 ‖ *περισσολογία* superuacua adiectio. Hoc modo et *κατά*:

1 dyptongon inde[et] 3 *Donati lemma*: iuxta macellum *una cum interpretatione omissum est.* 5 propter diues est 6 auiga[r]rium 10 sedent] *An*: insident? *Post* iudices *Donati lemma*: per parietem *intercidit eiusque expositio.* 11 Propter disciplinam] *cf. Don. p. 365, 20 cum adnotatione Keilii.* 13 *Donati lemma*: prope fenestram *intercidit.* 15 ḥostia 17 post [t]ergum 25 ochis 27 Circiter annos] *cf. Don. p. 365, 20 cum adnot. K.* 29 dicuntur] domini 32 polissema pene 33 grecis ΠΕΡΙ greca 34 perifero perifrasis 33 perito oros periarchon 36 per[is]ologia cata

dicimus enim *κατὰ Ματθαῖον* ·i· secundum, et † cata mane ·i· iuxta. *Πρός* quoque diuersas habet significationes. Et apud nos *ad* ponitur pro apud, ut est illud:

Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis,

pro 'apud Troiam'.

p. 365, 22 D. O magister da, ·i· dic praepositiones ablatiui. Superius dixisti
accusatiui praepositiones, ergo dic illas, quae proprie ablatiuo seruiunt.
His enim duobus per appositionem iunguntur praepositiones, caeteris uero
p. 365, 23 per compositionem. M. A et ab et reliquae. A domo, egredior. Doma
Graece tectum Latine. Hinc et Salomon: Melius est sedere in an-
p. 365, 24 gulo domatis, quam cum muliere litigiosa. Ab homine, accepi.
Homo ab humo dicitur. Abs quolibet, ·i· ab aliquo accepi. Cum
exercitu, uadit rex, Exercitus dicitur ab exercitio: exercetur enim
studio armorum, ·i· docetur. Coram testibus, locutus est dominus.
Testes dicuntur a testiculis uel a testonibus, quia minus, quam duo, non
recipiuntur. Testiculi autem et testones idem sunt. Clam custodi-
bus, surrexit dominus, ·i· occulte, nescientibus custodibus. Coram et
p. 365, 25 palam idem sunt; clam uero contrarium est illi. De foro, uenio ·i· de
mercato. Forum neutri generis est et significat mercatum in singulari-
tate; fori uero pluraliter masculini generis sedilia sunt nauium unde
Virgilius: laxatque foros ·i· nauium ‖ 135 ‖ sedilia. E iure, dam-
natus est ·i· ex lege. Ex praefectura, abiectus est ·i· ex dignitate.
Praefectura enim est nomen dignitatis, inde 'praefectus' antepositus. Pro
clientibus, laborat magister. Clientes dicuntur discipuli, quasi colentes
p. 365, 26 magistrum, uel aliqui subiecti qui metuunt. Prae timore, angeli ex-
territi sunt custodes. Palam omnibus, locutus est dominus ·i· mani-
feste. Sine labore, gubernat deus mundum. Absque iniuria, regit
omnia ·i· absque iniustitia; ius dicitur lex, inde iniuria, quicquid contra
legem agitur. Tenus pube. Tenus praepositio est et licet praeponi de-
beat, tamen euphoniae causa postponitur, ut pube tenus. Pubes dici-
tur barba uel locus corporis pudendus. Vnde legitur de Scylla, in diuersa
p. 365, 27 monstra pube tenus fuisse conuersam. In sub super subter. Hae
quattuor ambobus casibus seruiunt, sicut ipse in sequentibus manifestauit
p. 365, 28 exemplis. Vel quoslibet, ·i· quoscumque. Ire, de praesenti; isse,
p. 365, 31 de praeterito; ituros esse, de futuro. Itur, pergitur a Troianis. In
antiquam siluam, ecce motio; qui enim it, mouetur. Stans, stabilitatem
significat. Puppis dicitur posterior pars nauis, sicut prora anterior. Postes
p. 365, 32 dicuntur eo, quod post fores stant. Nituntur, ·i· conantur ascendere,

---

1 cata matheum  2 pros  ad *addidi*  3 illud] *Verg. Aen. I 24*  10 Salomon] *Prou. 21, 9*  11 li[ti]giosa  21 Virgilius] *Aen. VI 412*  laxantque [labore] nauium ·i· sedilia  27 sine gubernat dn̄s  29 Tenus pube *om.*  31 scilla  32 conuersa  33 manifestabit  36 enim[it]

Digitized by Google

ecce motio. — Venus deferebat 'arma radiantia', ·i· fulgentia, filio suo Aeneae et 'posuit sub aduersa quercu', ecce stabilitas. Nam qui deponitur, stat. Quercus est arbor glandifera et dicitur a·quaerendo, eo quod antiqui ibi uictum quaerebant. D. Super quam uim habet? M. Vbi p. 366, 2
locum, ut super caelum super terram, significat, accusatiuo seruit. Men- p. 366, 3
tionem ·i· recordationem || 136 ||. Rogitans, ·i· interrogans. Super p. 366, 4
Hectore multa. 'Super' hic pro 'de' ponitur. Verba sunt Didonis, apud quam cum esset Aeneas, rogitabat eum super Priamo, hoc est de Priamo rege Troianorum et super Hectore filio eius. D. In quam uim habet? M. Quando stabilitatem significat, ablatiuo seruit, sicut supra dictum est. Habet et alteram uim, quando accusatiuo seruit, ut: 'in adulterum iratus est episcopus': hic pro 'contra' ponitur. Adulter dicitur alienum torum uiolans. 'In desertorem iratus est rex'. Desertor dicitur, qui suum regem deserit et ad alterum uadit. Idem est et transfuga, uel transfugas dicimus desertores, qui tempore belli suam militiam deserunt. 'Subter' proprie accusatiuo semper iungitur, ut subter caelum; ablatiuo nusquam, nisi figurate ut Virgilius:

Subter densa testudine

dixit. Testudo est camera scutorum. Diduco, ·i· diuido. Vnde Iuue- p. 366, 9
nalis de Hannibale:

Diduxit scopulos et montes rupit aceto,

diduxit ·i· diuisit. Scopulos rupes lapides. Di non potest separari a dictionibus. Dictio autem dicitur, eo quod aliquid dicendum ·i· intelligendum habeat. Diducere enim est diuidere, ut 'diduco fontem in riuos', ·i· diuido. Distraho, uendo; distrahere enim est uendere, inde distractor uenditor. Recipio, iterum capio. Secubo, seorsum iaceo. Amplector, circumdo uel deosculor. Congredior, pugno uel luctor.
Apud et penes. Hae duae praepositiones per compositionem numquam p. 366, 10
iunguntur, sed semper per appositionem. Reliquae || 137 || omnes exceptis di dis re se am con per compositionem et per appositionem iungi possunt. Sciendum est, quod apud nos multae praepositiones inueniuntur, apud Graecos uero paucae, quia maxima ex parte inter aduerbia annumerantur.

## DE INTERIECTIONE.

Interiectio quid est? Definitionem interiectionis secundum sub- p. 366, 13
stantiam requirit. Interiectio compositum nomen est ex inter et iacio et facit praeteritum interieci, transit in participium interiectus ti, addita o,

---

1 Venus] *cf. Don. p. 366, 1* 3 glandifera 6 Super Hectore] *cf. Don. p. 366, 4 cum adnot. Keilii* 14 transfugans 17 Virgilius] *Aen. IX 514* 19 Iuuenalis] *Sat. X 153* 21 diducit — rumpit *Iahnius* acoeto 24 diuidere 25 enim 32 grecos annumerant 34 diffinitionem

Digitized by Google

formatur interiectio. Igitur interiectio, quae Graece παρένθεσις uocatur, ab interiaciendo nomen sortita est, quia, cum de aliis partibus loquimur, subito inter eas proferimus interiectionem. Vnde et aliae partes, quae subita uoce proferuntur, interiectioni deputantur, ut 'pro dolor' 'pro nefas' 'deo gratias'. Dicitur etiam, ut aiunt, interiectio quasi 'interius iacens ratio', dum uox plerumque impraemeditatiue exterius emergit. Quidam hanc particulam aduerbio consociare uoluerunt. Cur igitur Donatus noluit? Quoniam habet suam proprietatem, sicut ceterae partes, uidelicet mentis affectum ostendere. Et sciendum, quod ita manent interiectiones apud Hebraeos, sicut et apud Latinos, et non mutantur in aliis partibus, ut 'racha' interiectio dolentis est apud Hebraeos significans, ·i· demonstrans, mentis affectum, ·i· intellectum. Quicquid enim noster animus
p. 366, 14 uelit, siue erumpente gaudio seu dolore, interiectione ostendit. Incon-
p. 366, 15 dita uoce, ·i· ‖ 138 ‖ informata. Euax, interiectio est gaudentis, sicut et euge, ut in euangelio: Euge serue bone, ·i· laetare. 'Heu' aliquando duplicatur, ut Virgilius:

Heu heu quam pingui macer est mihi taurus in eruo.

In interiectionibus, ut ait Donatus, nulli certi sunt accentus; aut enim dicas éuax acuto paenultimo uel euáx ultimo acuto, idem est. Sic et heu et euge et papae. 'Heu' autem interdum monosyllabum est aut disyllabum, sicut metri necessitas coegerit. 'Papae' Graeca interiectio est admirantis, unde et papa dicitur apostolicus et interpretatur 'admirabilis' uel 'pater patrum'.

LITORA SERMONVM LINGVIS COMPONIMVS ISTIC.

---

1 paratesis 10 hebreos 11 hebreos 12 enim *supra lin.* 15 euuangelio] *Matth. XXV 21* 16 Virgilius] *Ecl. III 100* 17 michi 18 Donatus] *p. 371, 24* 19 penultimo euax] *Vtrobique accentus signa omissa sunt.* 20 pape 21 pape greca 24 SERMONṼ LĨGVIS

Digitized by Google

# VIIII.

# COMMENTVM EINSIDLENSE IN DONATI ARTEM MAIOREM.

## DE VOCE.

|| p. 138 med. || Locuturus Donatus de grammatica disputatione bene incohauit a uoce, quia uox est fundamentum omnium artium. Nam de uoce formantur litterae, ex litteris syllabae et ex syllabis partes et cetera. Sciendum autem XV definitiones esse apud rhetores, ex quibus duae sunt principales, substantiae uidelicet et accidentium, quas ambas hic tangit Donatus. Cum enim dicit: 'uox est aer ictus', definitionem substantiae ostendit. Et in hac prima definitione duo requirenda sunt, uidelicet communio et proprietas. Communionem namque habet uox cum litteris syllabis pedibusque ac reliquis partibus in eo, quod dicitur: 'uox est aer ictus'. Nam nomina litteras syllabasque proferentes aerem percutimus. Proprieta|| 139 ||tem in eo, quod subiungit 'sensibilis', auditu tantum modo, non uisu, sicut littera. Quamuis enim litterae et partes audiantur, tamen uidentur et tangi possunt in libro. Cum uero dicit 'sensibilis auditu', accidentium definitionem tangit. Accidit enim uox auditui. Quinque sunt corporis sensus: uisus auditus gustus odoratus et tactus, qui ex se de cerebro per fistulas ad cor descendunt et unus quisque illorum suum habet accidens. Nam oculis accidit uisus et oculus uisui, auditus auribus et aures auditui, gustus ori et os gustui, olfactus naribus et nares olfactui, tactus uero reliquo corpore dimittitur. Animae quoque sensus V enumerantur: intellectualis rationabilis irascibilis concupiscibilis uitalis. Nunc per singula uideamus. Vox est aer ictus. Ictus id est percussus. 367, 5

*Cod. Einsidl. 172 p. 138—150, 201—208, 151—195* 2 inco^b^auit 4 diffini-tiones, *sic semper* r⊢tl̥iores 15 odoratus, *suprascr.* ·i· olfactus 16 cerebri per ||| fistulas

A quo? plectro linguae, idest reuolutione. Vbi? in arteriis, idest in uiis spiritus. Arteriae autem sunt os compaginatum a gutture usque ad cor. Et dicitur uox a uocando, uel a Graeco ἀπὸ τοῦ βοῶ, b in u mutata et addita x, formatur uox. Omnis sonitus generaliter uox dicitur, specialiter tamen hominum siue animalium. Aer dictus est ἀπὸ τοῦ ἀείρειν idest a ferendo, eo quod terram ferat et feratur ab illa. Et est aer uentus spiritus uel flatus modicus plurimum habens raritatis. De quo Virgilius:

Longum per inane secutus.

Sciendum est quia iste aer, qui inter terram est et cursum lunarem, corpulentus et spissus appellatur. Aliquando enim corporascit in nubes et aliquando dissoluitur. Ergo ista pars terrae deputatur, quia in multis sui || 140 || partibus similis est illi. Ille uero, qui superior est, in quo uentosi ac procellosi motus nequeunt existere, ad caelestem pertinet partem et dicitur aether, idest purus spiritus. Aer uero, spissus spiritus, quo iste mundus plenus est, quem trahimus et emittimus. Tria autem corpora naturae mirabili opere formata de ignea natura nascuntur, idest lux calor et uox. Lux uidelicet ad oculos, calor ad tactum, uox ad auditum. In hoc etiam intelligitur, quod uox corpus est de corpore formatum, idest tenuissimus aer de tenuissimo aere ignis. Sed etiam lux corpus est quasi aliud corpus tenuissimum de eadem ignis natura. Calor quoquę eodem modo quasi aliud corpus subtilissimum. Multi tamen philosophorum affirmant, haec tria non esse corpora, sed quasdam corporum qualitates. Ictus. Ico icis participium facit ictus, icio autem 'icitus', et idem significant, idest ferio percutio. Inde dicitur aer ictus, idest percussus. Etenim uox sine ictu fieri non potest. Motus igitur causa est ictus, ictus autem causa est uocis. Hucusque definitio substantiae. Sensibilis auditu. Vox enim auditu sentitur, sicut lux uisu. Sensibilis autem dicitur quicquid ab aliquo potest sentiri et facit hic et haec sensibilis et hoc sensibile. Quantum in ipso est. Subaudis ictu idest percussione. Aeris enim maior percussio maiorem sonitum reddit uel etiam in ipso, scilicet auditu, quia quidam sunt qui sagacius audiunt atque maius, qui-
367, 6 dam uero minus. Articulata, uox dicitur uel ab articulis idest paruis artubus, quibus penna tenetur uel calamus, dum uox forma || 141 ||tur litteralis; uel ab artando dicitur, eo quod artata idest coniuncta cum aliquo sensu illius qui loquitur profertur; seu potius ab artubus idest membris suis, uidelicet litteris syllabis et partibus, quibus instar corporis humani perficitur. Artus sunt membra maiora, articuli uero minora. Confusa, idest diordinata, eo quod nullum habet ordinem, mixta, sine sensu prolata. Has duas species uocis, articulatam scilicet et confusam, quas

2 compaginatum, *suprascr.* ·i· coniunctum 3 a greco apo tu boo 5 apotu aerin 7 Virgilius] *Aen. XII 354* 14 ether 21 philosoforum

Digitized by Google

hic Donatus comprehendit, Priscianus in quattuor diuidit differentias, articulatam uidelicet et inarticulatam, litteratam *et* illitteratam, quae binae inuicem coniunctae alias quattuor de se reddunt: articulata et litterata, ut est: arma uirumque cano, quae articulata uocatur eo quod intelligi potest, litterata uero eo quod scribi. Articulata et illitterata, ut gemitus hominum et sibilus. Litterata et inarticulata est, sicut uox ranarum et coruorum, ut coax cra, quae scribitur, sed non intelligitur. Illitterata *et* inarticulata, quae nec scribitur nec intelligi potest, sicut collisiones petrarum, cursus fluminum, sonitus tonitruorum.

## DE LITTERA.

Post uocem, quid sit littera, definiuit et bene post uocem, quia littera signum est uocis. Signa autem sunt aut signa rerum aut signa signorum. 'Terra' enim signum est rei, idest substantiae, litterae autem, quibus illud nomen quod est 'terra' scribitur, signa sunt signi, idest nominis rem significantis. Dicta || 142 || autem littera uel a lituris, idest tabulis ceratis: nam liturae sunt tabulae ceratae, in quibus scribebant antiqui ea quae excogitabant et maxime in noctibus; uel quod legendi iter legentibus praebeat; uel littera dicitur quasi legitera, eo quod in uersu frequenter iteretur. Litterarum igitur diuersi repertores fuere. Primus namque Enoch septimus ab Adam litteras repperisse dicitur, unde in epistola Iudae legitur: sicut scripsit septimus ab Adam. Deinde Cham filius Noe praenoscens cataclysmum esse futurum fecit duas columnas, unam marmoream quae in aqua seruaretur, et alteram latericiam, quae in igne duraret, quibus septem artes liberales tradidit ut post diluuium stoliditas hominum pelleretur et acumen ingenii exerceretur. Postea Moyses alias repperit litteras in monte Sinai digito dei scriptas, quae usque ad tempora Hesdrae durauerunt, quibus nunc Samaritae utuntur. Deinde Hesdras inuenit alias leniores et faciliores ad scribendum, quibus Iudaei utuntur. Graecorum uero litteras Phoenices reppererunt, unde in initiis librorum Phoeniceo colore idest minio scribuntur litterae. Latinorum quoque litteras Carmentis nympha Nicostrata mater Euandri inuenit. Carmentis autem dicta, eo quod futura carminibus canebat; nympha dicitur quasi lympha, idest aqua, quia sicut aqua sapientia diffluebat. Nicostrata uero idest uictoriosa. *Νίκη* enim Graece uictoria || 143 || Latine, uel gladiata, eo quod ingenii acumine uigebat. Aliarum quoque litterae gentium a diuersis auctoribus repertae sunt, sicut Gothorum litteras Golfilus episcopus repperit. Genera etiam litterarum diuersa sunt. Quaedam enim unciales

1 Priscianus] *I p. 5, 5 H.* 2 litteratam illiteratam 8 Inlliterata inarticulata 9 tronitruorum 11 diffiniuit, *sic semper* 22 cataclismum 25 moyses *supra lineam* 26 repperit 29 grecorum phoenices reppererunt 30 phoeniceo 31 nimpha, *cf. Isidor. Orig. I 4, 1* 32 nimpha 33 limpha 34 Niche grece 37 repperit

Digitized by Google

dicuntur, quae et maximae sunt et in initiis librorum scribuntur. Dictae autem unciales, eo quod olim uncia auri a diuitibus appenderentur. Sunt et aliae longariae, quae et longae manus scriptura dicuntur, Graece uero *σύρματα*. Sunt et tonsae, quas Scotti in usu habent. Sunt etiam uirgiliae a uirgis dictae.

367, 9 Littera est pars minima. Notandum autem, hic a Donato litteram pro elemento esse dictam more antiquorum. Antiqui enim litteras uocauerunt elementa, eo quod ad similitudinem mundi elementorum, quibus corpora consistunt, litteralem faciunt uocem. Aliud est enim littera, quae uidetur, et aliud quod per eam colligitur idest elementum. Videlicet uox quae per litteram designatur idest indiuidua potestas et uis litterae ipsa pronuntiatio uocatur. Hoc autem, quod uidetur, littera est et figura atque nota uel character aut domus elementi. Igitur si elementum est pars minima uocis articulatae, illud, quod remanet, nota est elementi. Minima, quia quasi atomus est. Atomus autem dicitur quicquid indiuisibile est. *Τομὴ* enim graece incisio. Verbi gratia liber diuiditur in sententias, sententiae in partes, partes in syllabas, syllabae in litteras, litterae uero indiuisibiles manent. Vocis articulatae. Non dicit inarticulatae, sed illius, quae litteris comprehendi potest. Quaeritur, cur Donatus superlatiuum gradum genetino singulari adiunxit in hoc dicens 'pars minima uocis', cum superius illum genetino plurali iungendum esse dixerit. Sed ita intelligendum est, ut dicatur: Littera est pars minima scilicet partium uocis articulatae. Litterarum aliae sunt uocales. Haec diuisio prima et principalis est. Primo enim diuiduntur in duas partes idest in uocales et consonantes. Sequitur uero secunda diuisio,
367, 10 quae et subdiuisio uocatur ubi ait: Consonantium aliae sunt. Sunt ergo diuisiones duae litterarum et tres partes, idest uocales semiuocales et mutae. Vocales autem a uocando dicuntur uel a uoce, eo quod per se prolatae plenam faciant uocem. Consonantes uero dicuntur, eo quod cum uocalibus positae simul sonant. Semiuocales quoque, non quod dimidium sonum habeant, sed quia per se sine uocalibus perfectum sonum non habent, sicut dicimus semideos et semiuiros, non quod dimidii dii sint, sed quia perfecti non sunt. 'Semiuocalis' autem compositum est ex nomine, quod est semis semissis, et uocalis. Semis uero est alicuius mensurae dimidietas. Mutae etiam dicuntur, non quod penitus careant uoce, sed ad comparationem uocalium mutae sunt, sicut mutum hominem dicimus, non quod locutione prorsus careat, sed ad comparationem eloquentis. Deformem quoque dicimus || 145 || mulierem, non quod sine forma esset, sed male formata est in comparatione mulieris bene formatae. Sciendum

---

3 grece 4 tonsae] tunsae 13 caracter 15 athomus athomus 16 thome diuitur 21 superius] *p. 355, 13 K* 26 alia est 29 dicuntur *supra lineam* 32 dii *supra lineam*

Digitized by Google

autem quod uocales aperto ore pronuntiamus, non iunctis labris, sicut
consonantes. Per se syllabam, scilicet sine adiutorio consonantium. 367, 11
Verbi gratia amo a syllaba est, sicut de reliquis. Et sunt numero V apud
Latinos, apud uero Graecos VII. Transeunt, idest consonantes ex uo- 367, 12
calibus fiunt. Geminantur, idest simul ponuntur, cum aut i praecedit 367, 13
u, ut liueo, aut u praecedit i, ut uirgo. Vates, dicitur propheta a ui
mentis. Hae duae i et u non solum transeunt in consonantes, sed etiam
mediae dicuntur idest medium sonum habentes. In quibusdam dictio- 367, 14
nibus, idest partibus. Expressum, idest purum uel liquidum sonum 367, 15
non habent, quia mixtim sonant. Nam in sono sese confundunt. Vt
uir. Hoc loco sonum y Graecae uidetur habere et ideo purum sonum
non habet, uel etiam 'intimus' sonus dicitur, quia commixtus uidetur ex i
et u, quasi sit u ex una parte et i ex altera, ut ex illis unus sonus for-
metur, qui intimus idest medius appellatur, quia nec ita pure sonat, ut
solum u aut solum i, unde et sonus u confundit sonum i. Optimus.
In hoc etiam sonus i confundit u. Antiqui enim optumus pessumus ma-
xumus scribebant et sonum qui erat inter u et i proferebant. Nunc autem
haec per i scribuntur atque proferuntur. Ergo hoc exemplum Donati iam
pro nihilo habetur. Extra quam formam, idest qualitatem et habitu- 367, 16
dinem, in qua medium sonum habet. || 146 || Quid est u? Non est uoca-
lis, quia eius potentiam non habet, idest nec duo tempora habet, aut
unum; quod congruit uocalibus. Consonans autem non est praecedente
altera consonante. Quare ergo scribitur? Vt pleniorem reddat syllabae
sonum. Digamma littera est apud Graecos duabus gammis constans, idest
ex duabus litteris, una uidelicet super alteram posita, quae tam pinguem
sonum reddit apud Graecos, quam et u consonans apud Latinos. Figura
itaque illius digamma uocatur. Potestas uero eiusdem uau nominatur,
quam accipientes Latini posuerunt super u consonantem, et facit u con-
sonans apud nos, quod digamma apud Graecos, et hoc est quod ait: huic, 367, 18
scilicet u consonanti, solet digamma ascribi, idest assignari, quia
eius potestatem habet in hoc loco. Vt seruus uulgus. Seruus dicitur 367, 19
a seruando: ipse est qui in bello captus seruatur ad uitam. Vulgus dici-
tur promiscua multitudo, quasi uoluntate uagus, eo quod unus quisque
quo desiderat pergit. Nam i litteram, quasi diceret: multi negant i

---

3 Verbi gratia amo *etc.*] *In margine additum*: ego e similiter syllaba est 4 grecos 5 cum autem ·i· 6 liueo] limo, *nisi praefers* Iuno, *quod apud Donatum est.* 11 y grece 13 sit un 19 nichilo 23 syllabae sonum] *Iuxta ista in margine adduntur haec conglutinatoris forcipe misere mutilata*: enim loco ubi u.... nantem habe.......t latini scri....itur digamma ... per ut signifi...etur quod eius digam.... potestatem ha.....a ubi esset ....uans, *et in margine inferiori*: Reprehenditur hic Donatus a quibusdam quare digammon dixerit quasi declinans, cum omnia nomina litterarum indeclinabilia sint tam apud grecos quam apud latinos. 24 grecos 26 grecos 27 dygamma 29 dygamma 30 dygamma ascribi, *superscr.*: s. apud grecos 34 nam ·i· littera

Digitized by Google

367, 20 posse geminari in una syllaba, sed ego non nego, quia potest. Latinae
uocales corripi et produci possunt. Et ideo dichronae sunt, unum
uidelicet uel duo tempora habentes, sicut ara, quando altare significat,
longam habet a, quando uero stabulum porcorum, breuem, sic et de
ceteris. Graeci uero quasdam habent uocales, quae semper producuntur,
ut η et ω, et alias habent, quae perpetue breuiantur, sicut ε et o. Habent
367, 21 etiam communes, quae dichronae uocantur, ut α ι et υ. Existi|| 147 ||-
mant, sed ego non existimo, quia aspirantur et tres consonantes, c t p,
ut pulcher theos propheta, sed uocalibus aspiratio anteponitur, conso-
nantibus uero postponitur. — Semiuocales a uocalibus incipiunt et in suo
sono terminantur. Omnes quidem ab e incipiunt nisi sola x quae ab i
incipit et hoc ideo, ut, quod habet in fine apud Graecos, haberet in ca-
pite apud Latinos, et est littera duplex, quia pro c et s uel g *et* s acci-
pitur, ut lux lucis lex legis: sunt tamen quaedam nomina extra hanc
regulam, ut nix niuis, nox noctis, supellex supellectilis, pro quibus
creditur x assumpta esse a Graecis, quia non erat certitudo, utrum cs
uel gs ponerentur in eorum nominatiuis. Liquidae dicuntur labiles, quia
ueluti aqua labuntur et defluunt in metro. Sed l et r apud Latinos,
368, 2 apud Graecos uero m et n liquescunt. S littera, scilicet praeter id quod
semiuocalis est quandam habet potestatem, idest in metro uim consonantis
amittit. Vnde et poeta:

Hortatur Mnestheus nunc,

plerumque etiam penitus subtrahitur; ut:

Instantibu paruis.

368, 4 Ex illis, scilicet VII semiuocalibus. F littera superponitur liquidis
l uel r. Exprimit, quibus liquidis praeponitur, ne dubitatio fieret. Pris-
cianus quoque affirmat, quod f littera nihil aliud habet, ut sit semiuo-
calis, nisi quod a uocali incipit et in se ipsa terminatur. Vnde et nullius
dictionis terminalis inuenitur || 148 || et loco illius muta scribitur idest p.
Nam ubi nos scribimus f, a multis ph scribitur. — Mutae a suo sono
368, 7 incipiunt et in uocalibus finiuntur. Superuacuae, idest inanes et super-
368, 8 fluae. Imperitis, idest ab indoctis. K litteram praeponendam
esse non c. Priscianus tamen hoc destruit dicens, nullam esse diffe-
rentiam, utrum Karthago et Kalendae per K, an per C scribantur, licet
moderni K in his duobus nominibus, quia Graeca sunt, scribendum esse
asserant. 'Cur' et 'cum' ideo per c scribenda sunt, quia consonans sequitur
368, 10 u sine altera uocali. Cr[e]ditur nota, idest tenetur character uel figura,
quando uim consonantis amittit. Est autem aspiratio sonus uberius elatus.

2 dycronae 5 greci 6 sicut e et o 7 dycronae ut a i et y 12 grecos 13 uel g s 16 grecis 18 deflu|||unt 21 poeta] *Verg. Aen. V 189* 22 mnesteus 25 s. u u semiuocalibus supponitur 26 Priscianus] *I p. 11, 13* 27 nichil 33 esse *om.* Priscianus] *I p. 12, 7* 34 Kartago 37 caracter

Digitized by Google

Remanent, idest supersunt, restant, scilicet ad disputandum, idest ut de eis dicatur. *Admisimus, idest* assumpsimus, ut hymnus gaza. 368, 12 Duplex. Z pro duobus s uel pro s d ponitur quae ante eius assumptionem ita scribebantur, ut 'massa' dicebant pro 'maza' et 'Messentius' uel 'Medentius' aut 'Medientius' pro 'Mezentius'. Vnde fit ut quidam putant. Latinae litterae non sunt plures quam X et VII, quia h non est littera sed aspirationis nota, x uero quamuis sit duplex, superflua est, ut dicunt, eo quod nihil aliud habet, quam cs uel gs, k et q nihil aliud habent quam c. Quibus subtractis et Graecis duabus X et VII tantum remanent, nec etiam apud antiquissimos Latinos || 149 || siue Graecos plures fuere, quam XVI subtracta f littera. Si quidem ex XX et tribus. 368, 13 Sicut media est Latina lingua inter Graecam et Hebraeam, sic medium tenet numerum in litteris. Graeci uero XXIIII, Latini XXIII, Hebraei XXII habent litteras. Inde XXII libros habent ex uetere testamento. Tria, i. accidentia. 368, 15 Hucusque de littera. Hinc de accidentibus disputaturus est, scilicet hic litteram pro elemento posuit. Nam et elemento accidunt haec tria et eius causa inuenta sunt. Verbi gratia, si quaeratur, quid littera uocetur, accidit ei uocabulum, i· nomen suum; si quaeratur, qua figura sit edita, uidelicet utrum sit recta linea, curua an rotunda, accidit ei sua figura; potestas uero ipsa pronuntiatio et utrum sit uocalis an consonans, semiuocalis an muta. Multi etiam quaerunt de ordine litterarum, utrum sit per se accidens, sed reuera pars est potestatis. Hoc quoque notandum est, quod litterae in alfabeto non sunt secundum ordinem, quia r post s nisi interposita t nihil sonat, sicut tonsor 'tonsrix' debuisset facere, sed 'tonstrix' facit. Sunt ergo secundum placitum eorum, qui eas reppererunt.

## DE SYLLABA.

Definitio est syllabae: syllaba est comprehensio, i· conceptio, 368, 18 coadunatio litterarum. Et dicitur syllaba *ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν τὰ γραμμάτων*, i· a conceptione litterarum. Nam *συλλαμβάνειν* Graece || 150 || conceptio Latine, *τὰ* Graecus articulus, *γραμμάτων* litterarum. Hic autem litterarum pro elementorum posuit Donatus, quia syllaba coniungit et concipit elementa. Et haec est prima definitio syllabae. Enuntiatio. Altera est definitio, quia una uocalis aliquando syllabam facit, licet non proprie, sed abusiue, sicut 'nominatiuus' dicitur casus et 'unus' numerus. Si enim syllaba *ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν τὰ γραμμάτων*, idest a conceptione litterarum dicitur, unius uocalis enuntiatio abusiue et improprie uocatur syllaba. Sciendum autem, quod syllaba ab una incipiens

2 admisimus idest *om.* 4 ita scribebantur] |||| ascribebantur 8 nichil *bis* 9 grecis X et VIII tantum 10 grecos 12 grecam et hebream 13 greci hebrei 24 nichil 25 repPererunt 28 apotu syllabanin ta grãmaton 29 syllabanin 30 grecus 35 a potu syllabanin



Digitized by Google

littera sex adusque peruenit, ut a ab abs mons stans stirps. Tempo-
rum capax, i· receptrix. Breuis enim syllaba unum tempus habet, longa
uero duo. Cum ergo dicit 'capax temporum', in hac definitione compre-
hendit et eas, quae unius temporis sunt capaces uel duum. Et est tem-
pus in syllaba spatium quoddam, uidelicet quaedam morula uocis. —
368, 27 Communes sunt modo longae, modo breues. In i loco consonantis
positam, ut 'aio' a producitur in prima persona, in secunda uero corri-
368, 22 pitur, quia i iam uocalis est. Positione, i· missione, quia ibi duas
consonantes mittimus. Dicta ergo positio a ponendo, eo quod poetae
artificaliter composuerunt, ut breuis uocalis, quae per se unum tempus
habet, ex duabus, quae sequuntur, consonantibus habeat alterum et ex
368, 23 correpta queat esse producta. Producitur, i· protelatur. Vt a o. I et
u dimisit, quia non semper sunt uocales. || 201 || Iunguntur, i· socian-
tur. Diphthongum, i· dualem sonum, 'di' duo, 'phthongus' sonus dicitur.
368, 24 Ei, diphthongus antiquis fuit in usu, sed modo ea non utimur, nisi in
ipsa particula, idest interiectione, ut 'ei mihi', interiectio dolentis est.
368, 25 'Eibam' in...... posuisse creditur, quia ab usu recessit. Excipitur, i·
separatur. Vt arma, nomen neutrale est et semper plurale. Arcus,
ab arcendo dicitur, eo quod hostes a longe coerceat, i· repellat. Axis,
tribus intelligitur modis; ipsa uidelicet pars, ubi plaustrum uehitur, axis
appellatur; est etiam pars caeli, i· septentrio, uel linea intelligibilis a polo
368, 26 usque ad polum, circa quam uoluitur caelum. Positam, i· missam. Vt
at Iuno at Venus. Venus a uenustate dicitur, i· a pulchritudine. Ve-
369, 1 nustum enim dicimus hominem pulchrum. Geminant, i· duplicant, ut
'aiio'. Sed quia hiatus intolerabilis erat inter tot uocales, expulsum est
unum i a perspicacioribus altero remanente pro duabus consonantibus.
369, 2 Vt aio te Aeacida Romanos uincere posse. Aeacides dictus est
Pyrrhus, qui cum deberet ire ad bellum contra Romanos, interrogauit
Apollinem, utrum uictor existeret. Cui dedit dubium responsum, ut,
quisquis uinceret, ipse uera dixisse uideretur. Nam dicendo: 'o Aeacida,
aio te posse uincere Romanos', quasi uictoriam ei promisit. Si autem
dixeris: 'o Aeacida, aio Romanos posse uincere te', || 202 || quasi uicto-
riam Romanis promittit, unde et λοξός dicitur Apollo, i· lubricus et tor-
tuosus, eo quod dubia dabat responsa.

De communibus syllabis. Syllabae communes, quae corripi et pro-
duci possunt, secundum Donatum VIII modis fiunt, sed iuxta beatum
Bedam VIIII constant. Primus modus est:

Vasto Cyclopis in antro

---

7 posita 11 sequ^u ntur 12 ut a e 14 dyptongum dy ptongus 15 dyptongus 16 michi 17 Eibam, *suprascr.* eo] *Post haec nonnullae litterae euanuerunt.* quia] *An* quod? 20 ueitur 26 unum i. a perspicatoribus 27 eacida, *bis* 28 pyrrus 30 eacida, *bis* 33 loxos 37 baedam] *p. 2352 P* 38 Vasto] *cf. Don. p. 369, 5 cum adnot. Keilii* ciclopis] *Verg. Aen. III 617*

et Vastosque ab rupe Cyclopes.

Secundus modus:

Vir humilis maesto caelum conscendit ab humo.

Tertius:

Regna beata poli sic iam quae scandere spes est.

Quartus:

Cuius amor maneat, cuius in corde per aeuum.

Hic reprehenditur **Donatus**, quare non addidit, breuem syllabam etiam in uocalem desinere, cum plerumque inuenitur, ut:

Arma uirumque cano.

Quintus:

Sanctae, o iuuenis, tibi sit sapientiae ardor.

Sed iste modus antiquis fuit in usu, nos uero penitus ab eo caremus. Sed potius in una parte posuit **Virgilius**, ut:

Sudibusue praeustis.

Sextus:

Sophia nota tuae menti et mens nota sophiae.

Septimus:

Est decus hoc animae, uirtus hoc et inclytus ordo.

Haec pronomina aliquando producuntur, quia, quod nos dicimus 'hic' et 'haec' *et* 'hoc', prisci auctores 'hicce haecce hocce' proferebant. Licet ergo 'ce' syllaba ablata est, quasi positione manente ad uoluntatem poetae plerumque producuntur. Octauus:

Condite gaza poli, saccos uacuate gazarum.

Ideo 'duplex' dicitur, quoniam, antequam fuisset inuenta, pro ipsa duo cf. p. 369, 13 sigma scribebant, ut 'Ssacharias', quod nos dicimus 'Zacharias'. — Hoc distat inter 'desinere' et 'suscipere': || 203 || 'desinere' est intra syllabam, cf. p. 369, 12. 13 ut ast, 'suscipere' uero ab altera syllaba, ut arma gaza. Nonus uero in quibusdam **Donati** codicibus inuenitur, in aliis autem non. Vnde putatur non ab eo editus fuisse. Constat autem ex quattuor praepositionibus 'ad' et 'ob', 'in' et 'sub', quae uarie ponuntur in metro. Cum enim monosyllaba dictione perpetuo sunt breues, ut est 'adit obit', cum trisyllaba semper producuntur, ut 'adicio', cum disyllaba uero indifferenter sunt, scilicet longae uel breues, de qua compositione perficitur modus iste, ut 'adicit obicit'. **Longa syllaba duo tempora**, i· spatia; **habet**, i· possidet. p. 369, 14. 15 **Breuis unum**, iuxta metricam rationem tempora definit, breuem uidelicet syllabam non amplius, quam unum, et longam, quam duo habere, ne propter multas uarietates metrica ars confunderetur. Nam si ratio

---

1 uastosque] *Verg. Aen. III 647* 3 Vir] Vir humilis moesto deiectus lumine terram *Beda p. 2553 P.* 5 regina que 10 arma] *Verg. Aen. I 1* 12 s^c^aē 14 Virgilius] *Aen. VII 524* 17 Sophia] *Cf. supra p. 174, 1* 21 haec hoc 26 duo sim^cc^ma 32 trissyllaba 33 dissyllaba

consonantium consideretur, longa duo et semis uel tria tempora, breuis unum et semis potest habere. Apud metricos, i· uersificatores. Semipes, i· dimidius pes, et hoc quantum ad pedes disyllabos, qui ideo primum possident locum, quia primi reperti sunt uel quod principatum tenent inter reliquos. Inde et principales dicuntur.

## DE PEDIBVS.

p. 369, 17 Pes est syllabarum. Ventilatur a nonnullis quaestio, cur pedes in arte ponantur. Dicitur tamen, quoniam illos non improbe posuit, quia his quasi quadam pedali regula ad peragendos uersus tempora syllabasque metimur. Certa dinumeratio, certa lex, firma, definita. || 204 || 'Dinumeratio' computatio: nulla enim alia res dinumerat tempora et syllabas, ueluti pedes. Temporum, i· spatiorum. Nam quidam pedes sunt, qui duo uel tria tempora aut quattuor habent secundum numerum syllabarum. Haec autem definitio substantiae est, in qua proprietas et communio intelligenda est. Proprietas in hoc, quod dicit 'certa dinumeratio syllabarum': communionem uero habet cum syllaba, quando dicit 'certa dinumeratio temporum', quia et in syllaba, sicut in pedibus, mensurantur tempora. Sic ergo iungitur: 'pes est certa dinumeratio syllabarum uel certa dinumeratio temporum'. Post syllabam definit, quid sint pedes, quia ex syllabis constant. Est ergo pes syllabarum certa dinumeratio, quia sunt quidam pedes disyllabi aut trisyllabi uel tetrasyllabi, postea polysyllabi, i· multas syllabas habentes, quos 'syzygias' uocamus. Acci-
p. 369, 18 dunt, i· eueniunt. Vnicuique, i· omni pedi. Arsis, eleuatio s. uocis, eo quod ibi uox eleuetur. Thesis, humiliatio, i· depositio uel demissio, quia ibi uox deponatur. Numerus, s. certus, i· quot syllabas habet. Tempus, i· quot tempora accipit. Resolutio, quando unus pes soluitur in alterum, uidelicet disyllabus in trisyllabum uel trisyllabus in tetrasyllabum, temporum tamen ratione seruata: ille enim pes ponitur pro altero, cum quo eadem tempora habere debet, utpote proceleusmaticus pro dactylo uel spondeo, quia eorundem temporum est. Quidam enim sunt simplices . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## [DE TONIS]

. . .

p. 371, 27 || 205 || et proprietatem. Ordo est: Conturbat saepe, i· frequenter commouet accentuum legem, 'uel ratio distinguendi', i· diuidendi. Verbi gratia, si quis legens 'malesanus' diuidat in duos accentus, ut 'male'

---

3 dissylabos 7 uentilatur, *suprascr.* i· mouetur 21 dissyllabi aut trissyllabi 22 polisyllabi sinzugias 25 dimissio 27 dissyllabi in trissyllabum uel trissyllabus 29 cumque proceleumaticus 30 dactilo 31 simplices] *Inter p. 204 et 205 nonnulla folia interciderunt.*

Digitized by Google

unum accentum habeat et 'sanus' alterum, cum potius sub uno accentu
pronuntiandum sit; 'uel pronuntiandi ratio', ·i· enuntiandi, quando ali-
quis pharétra et tenébrae et similia dixerit acuto in paenultima posito,
cum in antepaenultima ponendus sit, uel etiam sequentibus quattuor par-
ticulis, i· ue ne ce que, accentus in ultimo improprie ponitur, ut 'dixit-
que' 'putasne' 'uerboue' 'huiusce'; 'uel discernendae *ambiguitatis*', i·
segregandae dubietatis, uidelicet dum necessitatis causa ponitur accentus
in ultimo loco, sicut in aduerbio 'pone', ne putetur uerbum esse impera-
tiui et in paenultimo, sicut in nomine, quod est 'persona'. Graeca p. 371, 27
uerba, s· quae ita sunt nobiscum, sicut apud Graecos, sine aliqua mu-
tatione, ut Themisto Calypso. Melius, honestius pulchrius. Efferimus, p. 371, 28
pronuntiamus. Discretionis, i· separationis diuisionis. Pone, i· p. 171, 29
iuxta, in quo mutatur et accentus et locus. Ergo, ut quidam uolunt, p. 371, 30
causam significat, ut 'ergo illius ueni', i· causa s· illius, a nomine, quod
antiqui habebant 'ergum ergi', i· causa, cuius ablatiuus in usu remansit
apud nos et in fine circumflectitur. Sed, ut Sergius dicit, melius
significat 'propter'. Sic enim resoluit: 'Ergo illius ueni', i· propter illum.

## DE FIGVRIS ACCENTVVM.

Per obliquum, s· iter i· tortuosum. Ascendens, iens. A p.371,31.32
summo, i· ab alto. Descendens, i· ruens. Longa linea, s· ac- p. 371, 33 p. 372, 1
centus est. || 206 || Aequaliter ducta, ita —, de qua syllabae duo
tempora habentes designantur, ut in pedibus supra dictum est. Breuis
uirgula, s· accentus est. Panda, curua obunca inclinata. Contra-
ctior, i· breuior ita ᴗ. Ista enim breuis uirgula non ita rotunda est,
ut semicirculus, sed uirgula est superius curua, qua breuis syllaba unum
tempus habens ostenditur. Isti ergo duo accentus, longus et breuis, in
ostensione temporum supponuntur syllabis. Hyfen uirgula, s· parua. p. 372, 2
Subiecta, i· supposita submissa. Versui, i· metro uel prosae. Hac
nota, i· figura. Subterposita, i· subiecta subtus missa. Exigit, p. 372, 3
i· requirit compellit. Anteuolans, i· praecurrens. In istis igitur uerbis p. 372, 4
ne erret puer putando duas esse partes, subtus ponitur hyfen coniungens
duo in unum. Est autem Graecum nomen, Latine sonat coniunctio. Con-
iungit enim male separata et interpretatur supposita coniunctio. Dia- p. 372, 5
stole, s· accentus dissimilis hyfen, quia, sicut ille coniungit, ita iste

3 pharetra, tenebrae *omissis accentuum signis* penultima 4 antepenultima 6 ambiguitatis *addidi* 9 penultimo greca 10 grecos 11 calipso melius] *cf. Don. p. 371, 27 cum adnot. Keilii* 13 ut quidam] *cf. Sergii de accentibus* [*in Donatum*] *p. 484, 9 K* 14 ergo illius] ut in Vergilio: 'illius ergo uenimus' (*Aen. VI 670*) *Sergius* 16 ut Sergius dicit] *Non est ipse hic Sergius, quem modo laudaui, quippe qui 'ergo' idem esse quod 'causa', uoluerit p. 484, 9; sed fortasse is, quem Vol. IV p. 486 seq. edidit H. Keilius, qui quidem eo ipso loco, quo de 'ergo' et 'pone' agitur p. 525, 12. 13, lacunam passus est in codicibus* 27 yfen 28 prose 31 yfen 32 grecum 34 yfen

Digitized by Google

separat. Proprie autem diastole est intercolumnium i. spatium, quod fit
inter columnas. 'Stole' enim dicitur columna, inde diastole dicitur dis-
iunctio, eo quod male coniuncta disiungat. **Ad imam**, i. ad finem.
p. 372, 6 **Discernuntur**, i. separantur. **Cohaerentia**, i. coniungentia, ut '**uir-**
p. 372, 9 **ginis ira**'. **Apostrophus item**. Congrue dixit 'item', quoniam prae-
dicta iteratur figura, sed aliud supra et aliud agit infra. Apostrophus
enim Graece conuersio locutionis dicitur Latine, inde apostrophus a con-
uersione uocatur, quia consonantem dictionis, cuius uocalis aufertur, con-
uertit ad praecedentia. Vnde haec figura bene conuersiua uel reuersiua
|| 207 || siue regressiua dicitur. Differunt autem inter se apostrophus et
diastole, quod diastole ad extremitatem ponitur litterae, apostrophus uero
ad summitatem ut tanton' pro tantone et uiden' pro uidesne, audin' pro
audisne. Hoc autem fit causa metri, in prosa uero ad pristinam reuer-
p. 372, 12 titur *formam*. **Ceterum**, pro sed. **Addita**, adiuncta s. per dasian;
**uel detracta**, subtracta per silen. 'Dasian' interpretatur pinguedo uel
aspiratio siue uberior sonus et dicitur a dando; 'silen' siccitas siue purum
interpretatur et a silendo dicitur.

## DE POSITVRIS.

Positurae et distinctiones idem sunt. Positurae autem a ponendo
p. 372, 15 dicuntur. **Quas** θέσεις **Graeci uocant**; τίθημι enim Graece pono
Latine. Hae etiam positurae puncti dicuntur, qui ad hoc iuxta dictionem
ponuntur, ut ostendant positionem uocis, uel ut manifestior intelligentia
in dictione cito inueniri possit. Vocantur et distinctiones, eo quod per
membra sententiam partim distinguant, i. diuidant. Positiones ergo di-
cuntur, eo quod ibi deponatur uox et resumatur, ne continuatione defi-
p. 372, 16 ciat. **Distinctio subdistinctio media distinctio**, tres sunt, quarum
diuersitas tribus punctis diuerso in loco positis demonstratur. Distinctionem
ceteris praeposuit Donatus, quia summam sensus et litteraturae compre-
hendit, ut ab ea, quae perfecta est, ceterae originem ducant. A fine
enim retrogradiendo uenit ad initium, sicuti formas uerborum a perfecta
inchoauit, ut: **Iubilate deo** o. t. p. d. u. e. d. g. l. e. Distinctio est,
cuius punctum ad faciem litterae, i. ad summitatem ponimus. Subdistin-
ctio dicitur, eo quod subtus litteram punctus eius ponitur, ut sententiam
distinguat i. diuidat || 208 || . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
372, 19 **Mox inferendum**, ne si diu repausaretur, distinctio esse uideatur. **Ad
imam**, i. ad pedem litterae, ut: **Psalmum dicite nomini eius**.
Media distinctio dicitur, quia medietas sensus ibi æst, ut: **Iubilate deo**

---

4 uirginis ira] *Verg. Aen. II 413* 5 apostrophus ēnē 14 *'formam' uocabulum putredine deletum est.* 15 silen] *sc. psilen* 20 thesis greci thete enim 25 resumitur 28 summam, *suprascr.* i· perfectionem 34 *Post* diuidat *aliquot uocabula euanuerunt.* 35 esse....atur] uideatur *restitui*

Digitized by Google

omnis terra. Periodos, clausula uel circuitus interpretatur. 'Peri' p. 372, 22 enim Graece circum Latine; 'odos' uia: in eo enim totius sententiae uel orationis exitus et determinatio constat. Et bene circuitus uel ambitus dicitur, eo quod circumeat i. ambeat amplectaturque clausulas sententiae. 'Colon' dicunt Graeci membrum, inde cola plurali numero membra dicuntur. 'Commata' uero incisiones. Et per colon media intelligitur distinctio, per comma subdistinctio. Periodos uero distinctionem significat. Verum cola et commata in communi sermone, i. in prosa unum idemque significant. Sunt enim eiusdem dictionis partes, sed in minoribus partibus colon dicimus, ut: 'Sustinetis enim, si quis uos in seruitutem redigit?' Colon est: 'si quis deuorat † colon' et reliqua usque ad finem sententiae. Comma uero est in maioribus, ut: 'Iubilate deo omnis terra' et cetera usque ad peractam sententiam. In carmine uero, i. in metro aliud et diuersum est. Nam ubi duo pedes liberi sunt, i. nulla remanente syllaba, colon est; comma uero, ubi post duos pedes superest syllaba, quae partem terminat orationis. Totus autem uersus periodus dicitur.

. . .

## [DE NOMINE]

. . .

|| 151 || De comparatione. Comparatio dicitur assimilatio, i. coaequatio, 374, 15 eo quod assimilando unum alteri praeferat et ab eo, quod est comparo, i. coaequo, uenit comparatio. Gradus, i. ascensiones. Positiuus, dicitur, eo quod primus ponitur uel quod sit prima positio nominis; siue positiuus dicitur quasi depositiuus, eo quod reciprocam personam deponit, i. dimittit. Non enim eget casu, sed plenus in se manet. Sciendum autem, quia illa nomina, quae substantiam significant, non comparantur, quia incrementa uel diminutiones accipere non possunt. Verbi gratia homo uel lapis substantiam significant, cuius significatio nec augeri nec minui potest. Si enim homo uel lapis recipiat comparationem, i. magis aut minus, iam non est homo uel lapis. Si uero aliquid accidens homini uel lapidi dicam, tunc habet locum comparatio, ut doctus homo et doctior, lapis durus et durior. Ergo non ipsa substantia, sed ea, quae illi accidunt, comparantur. Comparatiuus, dicitur *et* assimilatiuus. Omnia nomina comparatiui gradus generis sunt communis et faciunt neutrum in ius, ut hic et haec doctior et hoc doctius, excepto uno 'hic senior', quod tantum masculini generis est et facit femininum 'haec anus'. Compa- 374, 17

---

4 ambiat amplectiturque 5 greci 9 significat 16 periodus dicitur] *Inter p. 208 et p. 151 fato iniquo disiectis grammatici membris aliquot folia prorsus interierunt* 19 coaequacio 24 ·i· dimittit *supra lineam* egit 29 iam non est homo] *in marg. additum*: Homo substantia est et si comparetur non est homo quia non potest accipere augmentum uel detrimentum 32 et *addidi* 34 hic senior] hic *supra lineam*

Digitized by Google

rantur autem nomina quae aut qualitatem significant aut quantitatem, i. omnia nomina, quae comparantur, aut qualitatis aut quantitatis sunt, sed non omnia, quae qualitatem aut quantitatem significant, comparantur. Nam 'caecus' 'mancus' et 'perfectus', cum sint nomina qualitatis uel accidentia, minime comparantur. 'Perfectus' enim dicitur ille, cui nihil deest. Si ergo comparetur et dicatur 'perfectior perfectis-
374, 19 simus', perit prior significatio. Per omnes gradus. Duobus modis nomina in comparatione deficiunt, i. aut litteratura, || 152 || ut piior aut sensu, ut mediocris. Ideo autem per omnes gradus non exeunt, quia, sicut ipse Donatus in sequentibus dicit, quaedam sunt, quae tantum habent positiuum, ut mediocris, alia positiuum et comparatiuum, ut senex senior, quibus deest superlatiuus, alia positiuum et superlatiuum, ut pius piissimus, quibus deest comparatiuus. Aliquando, i. nonnumquam. Positiuus gradus tantum inuenitur, i. sine comparatiuo et superlatiuo. Vt mediocris. In hoc nomine, quod est mediocris, sensus contradicit, ne habeat comparatiuum et superlatiuum. 'Mediocris' enim dicitur iustus temperatus, siue quod medium locum teneat, siue quod modicum i. moderatum aliquid illi sufficiat. Ergo 'mediocrior' non dicitur,
374, 20 ut non desinat esse mediocris. Aliquando positiuus et comparatiuus, inuenitur sine superlatiuo, ut senex senior. Senex dicitur a diminutione sensus et plus significat positiuus istius nominis, quam comparatiuus, quia 'senior' dicitur qui intra senectutem est, 'senex' uero qui
374, 21 ad ultimam iam peruenit aetatem. Aliquando positiuus et superlatiuus, inuenitur, ut pius piissimus. Pius dicitur religiosus, qui diuinum cultum religiose administrat, e contra uero impius dicitur inreligiosus. Non habet autem hoc nomen comparatiuum causa hiatus, i. propter nimiam oris apertionem. Et alia nomina, quae in ius desinunt, non faciunt comparatiuum gradum, ut eximius non facit 'eximior' propter supradictam causam. Nam pro secundo gradu, i. pro comparatiuo.
374, 22 Magis aduerbium ponimus, cum positiuo. Vt magis pius. Quantum ualeret, si diceremus 'piior', tantum ualet, cum dicimus 'magis pius'. Aliquando comparatiuus et superlatiuus, s. inuenitur sine posi-
374, 23 tiuo. Vt ulterior ultimus || 153 ||. Haec duo non habent positiuum gradum. Nam ultra, a quo ista ueniunt, ut Priscianus dicit, non est nomen, sed aduerbium loci uel praepositio. Aliquando superlatiuus tantum, s. inuenitur sine positiuo et comparatiuo. Vt nouissimus. Nouissimus ordinem significat i. ultimum. Quantum ergo ad sensum pertinet, deficit in positiuo et comparatiuo, quia 'nouus nouior' aliud

8 pi'or] *In marg.*: nisi piior diceremus absonum esset et nimia oris apertio fuisset cum magno hiatu 15 ut mediocris] *In marg.*: ...rsus non permittit ut [com]paretur mediocris [ue]rbi gratia magnus est ....e homo maior ....e iste mediocris 20 adminutione 34 Priscianus] *I p. 83, 8*

Digitized by Google

significat, i. nouitatem. Hucusque de defectiuis dixit. Nunc de anomalis
i. inaequalibus exequitur. Extra hanc formam, i. extra formam de- 374, 24
fectiuorum, quae in comparatione deficiunt. Sunt bonus et malus,
quia per omnes gradus comparantur et extra formam eorum sunt, quae
recte comparantur, quia anomalam habent comparationem. Dicimus
enim bonus melior optimus. Inaequales gradus habent, quia non
faciunt 'bonus bonior bonissimus'. Comparatio nominum proprie 374, 25
in comparatiuo et superlatiuo est constituta. Ideo hoc dicit,
quia isti duo proprie dicuntur gradus. Nam positiuus non est gradus,
quia perfectus et absolutus est: perfectus est, quia plenus in se manet,
absolutus, quia non eget alia persona. Comparatiuus uero et superlatiuus
reciprocam personam inquirunt. Saepe autem comparatiuus gradus 374, 27
praeponitur superlatiuo, i. plus significat, idest cum superlatiuus
plus deberet significare, e contra comparatiuus aliquando plus significat
quam superlatiuus, uerbi gratia: 'sapientissimus rusticorum stultior est
stultissimo grammaticorum' et: 'minimus gigantum maior est maximo
pumilionum', i. nanorum. Saepe idem, s. comparatiuus, minus po- 374, 28
sitiuo significat, i. minus significat quam ipse positiuus. Vt mare 374, 29
Ponticum dulcius est quam cetera. Mare Ponticum dicitur a Ponto
insula. Mare autem aquam amaram solet habere, sed hoc mare dulcius
esse dicitur, i. parum dulce, quam cetera || 154 |, quia multa flumina
in eo cadunt, quae amaritudinem illius temperant. 'Dulcius' itaque in hoc
loco minus significat, quam positiuus, quod est dulce. Nam 'dulce' est ex
toto dulcedinem habens, 'dulcius' uero parum dulcedinis continens. Saepe 374, 30
idem, s. comparatiuus, pro positiuo positus minus significat,
s. quam ipse positiuus, et nulli comparatur, quia absolutus manet
sine ulla persona, ut Virgilius de Charone:

Iam senior sed cruda deo uiridisque senectus,

i. nona. Significatione diminutiua, i. litteratura, sed non sunt 374, 33
diminutiua sed comparatiua, quia similiter reciprocam personam recipiunt
s. sicut comparatiua, ut Terentius:

Thais maiuscula est quam ego,

idest parum maior. — Maiusculus est parum maior. Minusculus
i. parum minor. Grandiusculus parum grandior. Positiuo tantum 375, 1
adiciuntur; dicimus enim tam bonus, est iste quam ille, i.
aequalem qualitatem. Minus bonus, i. malus, minus malus, i.
bonus, minime bonus i. pessimus. 'Minime' superlatiuus est et per
alterum soluitur: minime malus i. optimus, maxime malus i. pessimus,
maxime bonus i. optimus, magis malus i. peior, magis bonus i. melior.
Comparatiuus gradus ablatiuo casui adiungitur utriusque 375, 4

27 Virgilius] *Aen. VI 304* 31 s. sicut comparatiua *supra lineam* Terentius] *Eun. III 3, 21* 32 Tais] *supra lineam*: s. uxor mea 35 adiciunt

375, 5 numeri. Modo dicit, quibus casibus iunguntur gradus. Alieno ge-
neri, ut: 'homo fortior leonibus, uelocior aquilis'. Vel suo generi,
375, 6 ut homo hominibus comparatur. Vt Hector fortior fuit Diomede.
Modo alieno generi, quia Hector Troianus fuit, Diomedes uero Graecus.
Audacior Troianis, modo suo generi. Sciendum autem quia compa-
ratiuus non solum ablatiuo iungitur, sed etiam nominatiuo, cum 'quam'
particula: sine enim illa non potest. Verbi gratia 'uelocior est hic quam
ille'. Et sciendum || 155 || quia iungitur superlatiuus nominatiuo singu-
lari nominum, quia in singularitate pluralitatem habent, ut 'doctissimus
populi' et 'sapientissimus contionis'. Contio dicitur congregatio hominum.
375, 9 Fortissimus Troianorum. Modo suo generi, Troianus enim fuit.
375, 10 Nulli comparatur, quia non habet alteram personam cui copuletur, ut
Iupiter optimus maximus, i· magnus Iupiter.
375, 13 De generibus. Genera nominum sunt quattuor. Genus dicitur
a generando, eo quod generet et generetur. Mas maris est primitiuum,
inde diminutiuum masculus la lum, unde et 'masculum tus' legimus. Hinc
etiam masculinum diriuatur. Femen feminis et femur femoris partes uidelicet
corporis i· inter coxalia quibus equis insidemus, inde diriuatur femini-
num. Neutrum genus dicitur per abnegationem duorum, maris uidelicet
et feminae. Commune genus per comprehensionem maris et feminae,
quia sub una litteratura duo genera comprehendit. Et ex his quattuor
generibus duo sunt principalia genera, masculinum et femininum, reliqua
375, 15 uero artificalia i· ex arte descendentia. — 'Hic' aliquando pronomen est,
aliquando articulus. Pronomen est in demonstratione, cum dicimus: 'hic
fecit', demonstrando, articulus autem in declinatione, uidelicet cum dici-
mus: 'hic magister huius magistri'. 'Magister' autem dicitur quasi maior
in statione. Femininum, s· genus. Est et cetera ut haec Musa.
'Musa' dicitur quasi moysa. Moys enim Graece dicitur aqua, inde Moyses
dicitur, quia de aqua sublatus est. Aqua namque multum iuuat in organo,
quod in ydraulia potest uideri. Ydraulia est organum: *ὕδωρ* Graece
aqua, *αὐλοί* cannulae dicuntur i. fistulae. Inde auloedus, qui tibia canit.
Feruntur autem fuisse nouem Musae filiae Iouis et Iunonis, quae ideo
|| 159 || finguntur fuisse filiae Iouis et Iunonis, quia Iouis ipse est aer
superior et tenuissimus, Iuno ipsa est aer corpulentus et uicinior terrae.
Ex illo enim superiori et illo inferiori et corpulento perficitur uox. Nouem
autem ideo dicuntur fuisse quia nouem sunt officia, quibus uox humana
peragitur, uidelicet plectro linguae, appulsu quattuor dentium, repercus-
sione duorum labrorum, quae in modum cymbalorum repercutiuntur cauo
375, 17 gutturis et adiutorio pulmonis. Neutrum s. genus, est et cetera ut

---

4 grecus 16 masculum tus] mascula tura *Verg. Ecl. VIII 65* 18 insedimus, *corr.* insidemus 30 ydor grece 31 aulę ·i· fistulae *supra lineam* auledus 38 cimbalorum

Digitized by Google

hoc scamnum. Scamnum dicitur a scandendo quod altioribus lectis apponebatur et de scamno in lectum ascendebatur. Commune, s. genus est; quod simul, idest sub una litteratura comprehendit marem et feminam, ut hic et haec sacerdos. Sacerdos a sacris dandis dictus. Sed ex his, s. generibus duo sunt principalia idest principatum tenentia. Vel 375, 20 sola, i. naturalia; de utroque, idest de masculino et feminino nascuntur. Praeterea, i. praeter ista genera casus trium generum. Vt hic 375, 22 et haec et hoc felix. Felix dicitur beatus uel propitius, qui Graece εὐτυχής dicitur, et apud nos est simplex, apud Graecos uero semper compositum, ut Virgilius:

O felixque tuis

i. propitius. Epikoenon i. promiscuum. Epikoenon per k et oe diphthongon debemus scribere; quod autem dixit Donatus epikoenon, apud Graecos dicitur supercommune: 'epi' enim super, 'koenon' commune dicitur. Quaeritur enim, quid distat inter epikoenon et commune genus, cum utrumque duo genera comprehendat, masculinum uidelicet et femininum. Sed sciendum, quia commune genus duobus articulis masculinum et femininum comprehendit, ut 'hic et haec sacerdos', epikoenon uero sub uno articulo similiter marem et feminam comprehendit ut 'hic miluus' 'haec aquila'. Cum enim dicis || 157 || 'hic miluus', intelligis masculum et feminam. Alio modo differunt, quia commune genus in maioribus animalibus fit, sicut in hominibus et in quadrupedibus, epikoenon uero in minoribus, sicut in uolatilibus et reptilibus. Tertio modo differunt, quia commune genus uisu oculorum potest discerni, epikoenon uero non potest. Si enim uideris aquilam uolantem aut murem currentem, nescis utrum sit masculinum an femininum. Iterum quaeritur cur miluus et passer masculino genere proferantur, aquila uero et mustela feminino. Ad hoc respondendum, quia quattuor modis genera dinoscuntur: natura, sicut 'masculus et femina'; articulis, sicut 'hic et haec': cum enim legis uel audis 'hic et haec', intelligis, utrum sit masculus an femina; auctoritate, sicut in his nominibus, quae incerti sunt generis, ut sunt silex et cortex, quae apud quosdam masculino genere pronuntiantur, apud alios uero feminino, ut Virgilius:

Ah silice in nuda conixa reliquit

feminino uero genere protulit, cuius auctoritatem in hoc sequimur. Clausulis dinoscuntur genera, quia decreuerunt auctores, ut ea nomina, quae in us uel in r exeunt, magis masculino genere pronuntientur, ea uero,

---

8 grece 9 ΕΥΤΙΚΗϹ 10 Virgilius] *E. V 65* 12 ΕΠΙΚΟΕΝΟΝ, *bis* 13 dipthongon 14 grecos 24 potest discerni] *In marg. signo apposito addita sunt haec*: ut uidens hominem potes scire utrum sit masculus an femina, similiter de equo et equa 25 aut murem currentem *supra lineam* 27 mustela feminino] *In marg. signo apposito*: aquila ab acumine oculorum dicitur, passer uero a paruitate corporis. 33 Virgilius] *E. I 15* 37 uel in r pronuntiantur] *Cum hoc loco (u. 27—37) conferas illa, quae p. 237, 16 adn. ex codice Bernensi 386 excerpta sunt.*

Digitized by Google

375, 24 quae in a exeunt, magis feminino. Sunt praeterea, i. praeter ista; alia, s. nomina; sono, i. litteratura; masculina, intellectu femi-
375, 25 nina, ut Eunuchus comoedia. Eunuchus sono masculinum est, quia in us desinit, quae terminatio proprie masculino generi adiungitur, intellectu uero femininum est, quia, cum dico: 'quid legis?' et respondes mihi: 'Eunuchum', intelligo fabulam, quam Terentius descripsit de ea, quae comoedia uocatur. Vnde et supponitur hoc nomen, i. comoedia, non explanationis causa, sed causa exempli. Comoedia autem dicitur a Graeco, quod est 'comos' et 'ode'. Comos enim || 158 || Graece uilla, ode cantus dicitur, inde comoedia carmen uillanum de uilibus et inanibus rebus compositum. Orestes tragoedia. Orestes sono masculinum est quia in es desinit, intellectu femininum, quia cum dico: 'Orestem lego', intelligis fabulam, quae de eo est scripta apud Terentium, quae tragoedia uocatur. 'Tragos' Graece hircus, inde tragoedia dicta est, quia poetis talia carmina componentibus hircus dabatur pro beneficio. Inde et 'tragemata' dicuntur uilia munuscula, quae Latine 'bellaria' uocantur. Fuit autem Orestes Agamemnonis et Clytemestrae filius, qui matrem suam in-
375, 25 terfecit, quoniam et ipsa patrem suum interfecerat. Centaurus nauis. Centaurus monstrum est semihomo et semiequus, quod depingebatur in naui, ut demonstraretur uelocitas nauis, quia nauis uelociter currit per
375, 26 mare. Vnde cum dico uel audio 'Centaurum', intelligo nauem. Alia s. nomina; sunt sono feminina, quia in a desinunt, quae terminatio proprie femininorum nominum est. Intellectu masculina, quia, cum dico 'Fenestellam', intelligo scriptorem; fuit enim scriptor optimus. Inde et 'Fenestellas' scriptores uocamus, qui bene utuntur hac arte. Aquila orator i. eloquens.

375, 27 Alia sunt sono neutra, intellectu feminina, ut Phronesium. Idem est Sophronium. Ista nomina comica sunt i. iocularia atque diminutiua. 'Phronesis' Graece prudentia, inde Phronesium dicitur prudenti-
375, 28 cula. Glycerium. 'Glycon' Graece dulce, inde Glycerium dulcicula. Alia sono feminina, intellectu neutra, ut poema, i· carmen uel opus poetae; schema i· figura uel habitus. 'Emblema' dicitur uarietas pauimenti, Graece 'lithostrotus' dicitur, uel emblema est superabundantia, inde
375, 29 'embolismus' superabundans. Alia sunt sono masculina, intellectu

9 greco 12 in ᵉs desinit, *supra lin.* sicut achilles 17 cletemestrae qui, *suprascr.* orestes suam, *suprascr.* cletemestram interfecerat] *In marg. inf. signo apposito insuper leguntur haec*: Clytemestra uxor fuit Agamemnonis qui cum reuersus fuisset ex bello Troiano, interfectus est per Egistum adulterum. Nam cum ingressus fuisset domum suam, obtulit ei illa Cletemestra uestem sine capitio, quam cum uellet induere et capitium inuenire non posset, ab Egisto adultero occisus est. Vnde postea ab Oreste filio suo interfecta est, qui postea furuit, de cuius miseriis Horatius tragoediam fecit, idest luctuosum carmen. 22 feminina sono 27 fronesium 29 fronesis grece 30 glicerium glicon grece glicerium 32 uel habitus *supra lin.* 33 grece litostratus

neutra, ut pelagus. 'Pelagus' dicitur profundum mare uel profunditas aquae || 159 ||. 'Vulgus' dicitur promiscua multitudo hominum, hoc uulgus, sed Virgilius masculino genere protulit. Sunt alia alterius 375, 30
generis in singularitate et alterius in pluralitate, ut hoc balneum et 375, 31
hae balneae, et dicitur balneum ἀπὸ τοῦ βάλλειν νόον i· a recreatione mentis. Hic Tartarus, hi Tartari et haec Tartara, et dicitur Tartarus ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν i· a tremore uel confusione. Hoc caelum et hi caeli, et dicitur a caelando i· pingendo. 'Caelare' enim dicimus pingere, inde et caelum dicimus per ae diphthongon, eo quod stellis sit depictum, et 'caelum' uocatur ferrum illud, ex quo artifices sculpunt. Hoc porrum. Porrum dicitur uirgultum i· herba, hi porri, et dicitur porrum a porro i· a longitudine sua. Hoc caepe et hae caepae harum caeparum, et dicitur a Graeco κεφαλή, eo quod tantum caput illius ualet, reliquum uero corpus inutile est et flaccens. Hic iocus, hi ioci et haec ioca; hic locus, hi loci et haec loca; hoc forum, hi fori. Forum dicitur locus publicus, fori uero sedilia sunt nauis. Sunt alia incerti i· dubii ge- 375, 31
neris, quia masculino genere et feminino ab auctoribus prolata sunt, sed auctoritas Virgilii praeponderat, quam nos sequimur. Vt cortex. Cortex dicitur corium arboris, dicta quod cor arboris tegat. Hanc Virgilius feminino genere posuit:

Tunc Phaethontiadas musco circumdat amarae
Corticis.

Silex durus lapis, ex quo ignis excutitur. Idem poeta:

Spem gregis ab silice in nuda.

Finis, in psalmo masculino genere profertur, ut: Notum fac mihi domine finem meum. Poeta feminino, ut:

Haec finis Priami fatorum.

---

3 Virgilius] *cf. Aen. II 98* 5 apotu bali noon, *in marg.*: Nam dolentibus si balneum praeparetur, recreat mentem. 7 apo tu tartarizin uel confusione] *In marg.*: Omne enim profundum frigus habet, ex frigore autem tremor nascitur. 9 diptongon 10 celum] *In marg.*: Nonnulli caelum dictum putant quod celet nobis superiora, quod si esset ..... (uerum), cae illud non admitteret diphthongon. 12 cepe *etc.* 13 greco cephale 14 et flaccens *supra lin.* 19 Virgilius] *Ecl. VI 62* 21 phoetontiadas 23 silix idem poeta] *Verg. Ecl. I 15* 25 in psalmo] *XXXIX 5* 26 poeta] *Verg. Aen. II 554*

---

5 *Glossa codicis Bernensis 386 saec. XII f. 3b marg. sin.*: Balneum in singulari numero neutri generis est, in plurali feminini, ut hae balneae, unde quidam poeta: 'ad balneas Palatinas'. Balneum dicitur — recreatione mentis. 16 Sunt alia incerti] *Glossa codicis Bernensis 386 f. 3b marg. sup.*: Sed sciendum est quod IIII modis disnoscuntur genera, natura articulis auctoritate et clausulis. Natura, sicut propria nomina; articulis, quia, cum dicimus hic, masculinum significat, haec, femininum; auctoritate, quia sunt quaedam nomina incertae significationis, nisi ad auctores recurramus, ut silex cortex, quae aliquando sunt masculina, aliquando feminina; clausulis, quia decreuerunt auctores (actores), ut ea nomina, quae in us exeunt, masculino genere, illa uero, quae in a exeunt, feminino pronuntientur.

Digitized by Google

Stirps, quando generationem significat, tunc est femininum, ut: Clara de stirpe Dauid, quando uirgultum uel arborem incisam, masculini generis est, ut poeta:

stirpem sacrum.

'Hic' pinus de fructu et 'haec' pinus || 160 || de arbore. Pampinus folium uitis. Haec nomina incerti generis sunt: hoc frenum et haec frena et hi freni facit, ut poeta:

bina frena aurea.

Frenum dicitur retinaculum equi a refrenando i· retinendo; dicitur etiam a fero i· equo: antiqui enim 'ferum' dicebant equum, eo quod quattuor pedibus feratur. Clipeus dicitur maius scutum et masculino genere semper pronuntiatur. 'Clepere' dicunt Graeci furari, inde clipeus dicitur a furando, eo quod sub illo uitam miles furatur. Vulgus dicitur promiscua hominum multitudo, quod Virgilius masculino genere protulit:

Spargere uoces
In uulgum.

Hic specus et hoc specus dicitur cauerna subterranea, inde diminuitur spelunca. 'Haec' buxus dicitur plantata arbor, quando folia habet, incisum uero 'hoc buxum'. Vnde poeta:

uolubile buxum

dixit. — Πῦρ Graece ignis, inde pirus dicitur, quod fructum habet ad similitudinem ignis. 'Haec pirus' de arbore, 'hoc pirum' de fructu dicimus. 'Haec' prunus de arbore, 'hoc prunum' de fructu; 'haec' malus de arbore, quae est mater foetantium, 'hoc malum' de fructu i· pomo. Sunt nomina fixa, quae non mouentur in aliud genus, ut 'pater' non potest flecti in aliud genus, quia pater semper est pater, mater semper est mater. Pater a patrando dictum est; iam mater, quod materiam praebeat nascentibus,
376, 5 frater quasi 'fere alter', soror a solatio. Sunt alia nec in totum fixa,

---

2 uel arborem incisam *in marg.* 3 est *supra lin.* ut poeta] *Verg. Aen. XII 770* 5 Hic pinus] *In marg. addita haec*: Pin dicunt Graeci acutum, inde pinus ab acumine foliorum, sed et nos haec pinus de arbore dicimus, de fructu pinum. Hic et haec pampinus. Pampinus folium uitis et dicitur pampinus eo quod pendeat de uite. Haec secundum Donatum pro arbitrio uniuscuiusque proferuntur, quia incerti generis sunt, ut hic et haec silex, hic et haec cortex. Quamuis sint duum generum sicut communia, differunt tamen a communibus, quia communia sub duobus articulis (particulis) proferuntur, haec uero modo sub uno, modo sub altero. 7 ut poeta] *Verg. Aen. VIII 168* 12 furari i. inde 14 Virgilius] *Aen. II 98* 19 poeta] *Verg. Aen. VII 382* 21 Pir grece 24 pomu. *Verba*: sunt nomina fixa — soror a solatio *in margine scripta sunt omissionis signo addito.*

---

18 buxus] *Glossa codicis Bernensis 386 f. 3b marg. inf.*: Omnia nomina arborum feminini generis sunt, quia matres sunt proprii fetus, fructus uero earum neutri. Quid ergo dicemus (dn̄s) de buxo, quae est arbor infecunda et infructuosa? Sed sciendum, quia arborem uiridem et radicatam feminino genere pronuntiamus, si uero aliquod opus ex ea factum fuerit, neutro proferimus. Vnde Virgilius 'uolubile buxum' de trocho (troco), quo ludunt pueri.

Digitized by Google

quia non mouentur per tria genera, nec in totum mobilia, quia non recte mouentur. Nam draco 'draca' debuisset facere, et facit 'dracaena'. Et dicitur draco ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι i· a uidere, eo quod ceteris animalibus acutius uideat. Leo similiter 'lea' de feminino debuisset facere, non 'leaena'. Gallus 'galla' debuisset facere et facit 'gallina' propter distantiam: nam Gallus homo est de Gallia, Galla mulier de Gallia regione; gallus uero et gallina auem significat. Rex uero similiter 'rega' debuisset facere, non 'regina'; ideo nec in toto sunt fixa, quia mouentur, nec in toto mobilia, quia non recte mouentur || 161 || Scutum i· arma militum, 376, 8 a quo diriuatur 'scutula' quaedam rotunditas, et diminutiue 'scutella' i· uas, quo manducamus in disco, et 'scutula' uestis dicitur rotunda rotundos circulos habens, quae non seruant genus primitiuum. Pistrinum officina pistorum, pistrilla illa domus. Hoc pistrinum primitiuum, haec pistrilla diminutiuum est. 'Pinso' i· ferio, inde pistores dicuntur, eo quod pinsant i· feriant. — Hic et haec canis, inde canicula parua canis, sed proprie 'canicula' dicitur stella, quae in mense Iulio apparet in ore canis magnum calorem faciens. — Rana onomatopoeium nomen est et facit 'ranunculus' masculini generis. — Hic Agrippa est et appellatiuum: 'agrippae' dicuntur illi, qui cum nimio dolore nascuntur, sicut caesares. Secundum ordinem uocalium modo definit genera nominum. Nomina in a desunt, masculinum, ut Agrippa, femininum, ut Marcia, neutrum, ut 376, 12 toreuma. Τορεύω Graece torno, inde toreuma dicitur tornatura uel balteus puerilis, siue id, quod eicitur de tornatura, uel bullae, quae in stillicidio apparent pluuiali tempore, ad quorum similitudinem calceoli fiebant nobilium puerorum, per quod designabatur, quod, quamdiu his utebantur, alterius consilio indigebant. Nam βουλή Graece consilium, inde βουλευτής consiliarius. Aliter hami loricarum ita uocantur. Commune genus in a, ut hoc et haec aduena. Aduena dicitur quasi aliunde adueniens. Epicoenon, ut aquila. — Euterpe una est ex nouem Musis 376, 14 et interpretatur bene delectans. Sedile dicitur a sedendo. Monile ornamentum muliebre est a collo usque ad pectus dependens et dicitur a monendo, eo quod moneat mentem mulieris subditam esse debere uiro suo. Duo genera tantum in e desinunt: femininum, quando Graecum fuerit, ut Euterpe; neutrum, ut sedile. Sciendum etiam, nomina, quae

---

2 dracena 3 a potu dorcheste 5 leena 11 rotundos circulos habens *in marg.* 12 primitiuum] *suprascr.* i. scutum offici^n^a 13 hoc pistrinum — diminutiuum est *in marg.* 16 in ore canis *supra lin.* *Ante* rana *in margine habetur*: statua diminutiue statunculus masculinum i. parua statua (statura). Statua est imago alicuius rei ex aere uel ex qualibet materia; inde statuarius fusor, qui eam componit et fundit et statuarium locus, ubi fiunt. 17 onomatopeion, *corr.* -peium 20 Nomina] *In marg.*: omnia genera 21 martia 22 toreo graece 23 siue id — 27 ita uocantur *in marg.* 27 boloutes aî hami lorica.... 28 in a, *suprascr.* s. desinit Aduena] *In marg.*: grece proselitus uocatur: pros ad, elten uenire. epichoenon, *suprascr.* s. in a, *cf. Don. p. 376, 12 cum adnotatione Keilii* 31 est *suprascr.* et dicitur — uiro suo *in marg.* 33 grecum

Digitized by Google

in e desinunt, si Latina sunt, neutra esse. Sinapi herba fortissima est.
376, 16 Gummi resina arboris. Aptota incasualia, *a* sine, ptosis casus, inde
376, 18 aptoton sine casu. — Hic et haec pumilio, i· nanus et nana; papilio
376, 19. 20 est genus uolatilis. Desinens i· finiens. Cornu indeclinabile in singulari, in plurali uero declinatur, cornua cornuum. Antiqui autem ita declinabant: hoc cornu huius corni || 162 || . . . . . . .

De numero. Numerus dictus est a numerando a frequentatione numerorum, uel a Numeria dea paganorum, quae fertur numerum repperisse. Nam illius templum quisquis fuisset ingressus, non antea audebat faciem conuertere, donec mille passus retrorsum incedens numeraret. Vel numerus dicitur quasi nummorum riuus. Plus nomen est quantitatis, inde hi et hae plures et haec plura, inde etiam pluralis numerus dicitur. Dualis numerus dicitur eo, quod duos tantum recipit numeros, ut in 'duo' et in 'ambo', sed hunc non recipimus, quia, qui singularitatem excedit,
376, 25 in pluralitate deprehenditur. Dies dicitur a diis, ex quibus nomina acceperunt, ut dies Solis, quem dominicum uocamus, dies Lunae a Luna, dies Martis a Marte, dies Mercurii a Mercurio, dies Iouis a Ioue: Iouis dicitur quasi Ianis i· omnium uis et fortitudo. Dies Veneris a Venere, dies Saturni a Saturno, quem sabbatum dicimus. Nubes dicitur a nubendo i· cooperiendo, eo quod caelum cooperiunt. Nubere dicimus cooperire, inde nuptiae dicuntur, quia ibi capita nubentium flammeo uelamine
376, 26 teguntur. Puluis singulariter declinatur, licet Horatius abusiue dixit:

Nouendiales spargite pulueres.

---

2 incasualia sine ptols 3 hoc et haec 6 huius corni] *Post haec in cod. secuntur p. 162 init.:* haec corna (?) . . . . orum remansit. *Remigius, qualis est in cod. Bern. 386 f. 25 seq., haec habet f. 29ª col. II:* Antiqui ita declinabant 'hoc cornu huius corni'. Inde 'cornuorum' remansit. 8 quae fertur numerum repperisse *supra lin.* 10 conuerti numeraret] *In marg.:* uel a Numa Pompilio rege Romanorum, ante quem ipsi Romani expertes erant numerandi, sed lapillis computabant, omnia prospera quidem candidis, aduersa uero nigris, unde Persius (*Sat. II 1*): 'Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo', i. candido, uel a nummis uocatur numerus, quia (qui) saepius numerantur. Numerus est coacervatio unitatum. Singularis numerus non proprie dicitur, quia non constat ex pluribus; sicut autem nominatiuus non proprie dicitur casus, sed quia ab illo alii cadere incipiunt, ideo casus dicitur, et sicut numerus numerus unus ideo dicitur tantum, quod fons sit et origo numerorum, ita et singularis numerus uocatur, quia pluralis numeri est origo. 11 nomen, *suprascr.* uel aduerbium 12 hi *supra lin.* 14 hunc, *suprascr.* i. dualem 15 in pluralitatem 18 omnium, *suprascr.* uniuersalis 21 uelamine, *suprascr.* i. orali 22 oratius] *Epod. XVII 48*: Nouendiales dissipare pulueres. 23 pulueres] *In marg.:* nouendiales nonus dies est, quia (qui) celebrabatur nono die in exequiis mortuorum. Octo enim diebus seruabatur corpus et abluebatur, nono uero die incendebatur et sic sepeliebatur. — Sanguis dicitur a sanciendo eo quod

---

7 *Glossa codicis Bernensis 386 f. 4ᵇ marg. sin.:* Numerus est unitatum collectio, sicut quidam, aceruus ex multis unitatibus collectus (cum lectus). Dicitur enim numerus a numerando uel a Numeria dea paganorum, quae fertur numerum inuenisse uel a Numa Pompilio (ponp-), qui fuit auctor numerandi: antiqui nescientes numerare, lapillis omnia conputabant, in aduersitate nigris, in prosperitate candidis, unde Persius: 'Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo.' 22 *Glossa codicis Bernensis f. 4ᵇ marg. sin.:* Ciuis iterum singulare est, quamuis legatur in oratio: 'Nouendiales cineres'.

Digitized by Google

Manes dicuntur animae mortuorum uel dii infernales: 'manum' dicebant
antiqui bonum, inde 'mane' prima pars diei, hinc etiam per catantifrasin
i· per contrarium 'manes' dicuntur, eo quod non sunt boni. Quirites
dicuntur Romani a Quirino i· a Romulo, qui et ipse dicitur a 'quiri' i·
hasta, quam semper in manu portabat; 'quiris' enim lingua Sabinorum
hasta uocatur. Pax singulariter declinatur. Nam si diuiditur pax, dis-
cordia erit. Lux similiter, nam si diuidatur, tenebrae semper manebunt.
Lux dicitur a luendo, i· a purgando, eo quod purgat tenebras. Kalen- 376, 27
dae dicuntur pluraliter a 'kalo' i· uoco. Nam sacerdos Romae Capito-
lium | 163 || ascendens tot uicibus clamabat, quot dies restabant usque
ad idus i· diuisionem mensis, et dicebat: 'kalo kalo': ideo pluraliter
declinantur. Nundinae dicuntur mercationes a uerbo 'nundinor nundi-
naris' i· mercor mercaris, et quia pluribus diebus celebrabantur, ideo
semper pluraliter efferuntur. Feriae dicuntur a fando, quia deus in
creatione mundi dixit: 'fiat fiat'. Ideo pluraliter dicuntur feriae, licet
abusiue dicatur 'prima feria' 'secunda feria'. Quadrigae, dicuntur
quibus quattuor equi copulantur, bigae uero quibus duo. Nuptiae,
pluraliter declinantur, eo quod ibi duo copulantur. Scopae, pluraliter
dicuntur, eo quod ex multis uirgis constant: 'scopare' dicimus pauimentum
uerrere. † Scalineon dicunt Graeci gradatum, inde scalae a gradibus,
eo quod ex multis lignis constant. Pus, indeclinabile est, quando putre- 376, 29
dinem uel corruptionem corporis significat. Virus, dicitur uenenum a
ui et est indeclinabile. Aurum, dicitur ab aura i· a splendore: inde et
aurora dicitur prima pars diei. Argentum, Graece argyrion dicitur. —
Olea et oliua arbores sunt; oleum et oliuum idem sunt i· liquor. Tri-
ticum, dicitur a terendo. Ordeum, dicitur genus farris. Arma, plu- 376, 32
raliter declinantur, quia multa significant; 'arma' enim uocantur instrumenta
boum et pistorum. Nostros etiam libros arma uocamus. Inde armarium
dicitur locus, ubi spiritualia arma conduntur. Moenia, dicuntur muni-
tiones ciuitatum. Floralia, i· festa Florae deae, ministrae Veneris,
cuius festa uernali tempore celebrabant, quando flores ... et pluraliter
declinantur, quia multis uicibus fiebant, i· in uernali tempore. Satur-
nalia i· festa Saturni et pluraliter declinantur, quia unoquoque anno
fiebant. 'Vulcanalia', i. festa Vulcani et dicitur Vulcanus deus ignis quasi

---

sauciat (*cod.* sanctiet) corpus i. confirmet (*Glossa cod. Bern. 386 f. 4^b marg. sin.*: Sanguis singulare est, quamuis legamus 'sanguinum' et 'sanguinibus', quod inproprie est. Sanguis dicitur a sanciendo i. a confirmando eo quod sanctiet i. confirmet hominem uel sanguis dicitur a suauitate eo quod suauiter senciatur.)

5 [in]manu 7 similiter, *suprascr.* singulariter declinatur 10 clamabat, *suprascr.* kalo kalo 11 ad kalendas [idus] (sic) 13 et quia — 14 efferuntur *in marg.* 18 duo, *suprascr.* i. uir et femina 20 greci 23 [et] aurora 24 grece [dicitur] argirion 25 i. liquor] *in marg.*: omnia nomina quae ad mensuram et ad pondus pertinent singulariter declinantur 30 ministrae — quando flores.... *in marg.*

uolans candor. 'Compitalia' festa Cereris, quae filiam suam Proserpinam raptam a Plutone per compita et biuia inquirebat. Compita dicuntur, ubi multae uiae competunt i· iunguntur. S u n t q u a e d a m n o m i n a p o s i t i o n e, i· uoce; s i n g u || 164 || l a r i a i n t e l l e c t u p l u r a l i a u t c o n t i o. Contio dicitur congregatio. Inde contionator dicitur, qui ad contionem, i· ad congregationem, sermonem facit, sicut Salomon ecclesiastes. Ec- p. 377, l. 2 clesiastes Graece Latine contionator. P l e b s, multitudo. A t h e n a e, ciuitas est Graeciae potentissima et dicitur mater sapientiae, quia, ut Graeci dicunt, in illa inuenta est sapientia saecularis et dicuntur Athenae quasi athanatoe i· immortales. M y c e n a e, ciuitas est Agamemnonis. T h e b a e, ciuitas est Graeciae maxima cum centum portis. C u m a e, ciuitas est Campaniae. Ista nomina sunt uoce pluralia, intellectu singularia.

De figura. Figura dicitur a fingendo, i· a componendo: fingere dicimus componere, inde compositores luti 'figulos' uocamus. Est figura rerum forma, uel figura dicitur res artificalis, quae aut ex una parte constat et simplex dicitur, aut ex pluribus et composita uocatur. Duae sunt figurae secundum Donatum; secundum uero P r i s c i a n u m tres, simplex composita et decomposita; sed decomposita dicitur, quae a composita diriuatur. 'Animus' simplex figura est, 'magnanimus' composita, 'magnanimitas' 377, 4 decomposita. I n d o c t u s, stultus; i m p o t e n s, nihil potens. Sicut ex quattuor elementis componuntur omnia corpora, sic componuntur nomina 377, 5 ex quattuor modis. S u b u r b a n u s, qui in suburbio habitat, i· in terri- 377, 6 torio. E f f i c a x, effectus corrumpitur et facit effi; capax corrumpitur et facit cax. Inde efficax dicitur effectus capax, qui implere potest, quod uult. M u n i c e p s, dicitur munia capiens. Municeps genus quoddam apud Romanos, qui in omnibus communicabant cum eis, nisi in suffragatione. I n e p t u s, inconueniens. I n s u l s u s, qui non est sale sapientiae conditus. — † Pin Graece acutum, inde p i n n i p o t e n s dicitur gladiator.

1 competalia 2 competa, *bis* 7 grece 8 greciae greci 9 secularis 10 athanate immortalis micenae 11 greciae 17 praescianum] *I p. 177, 11* 28 grece

18 *Glossa codicis Bernensis 386 f. 5ᵃ marg. sin.*: Adiciunt q u i d a m g r a m m a t i c o r u m tertiam figuram i. decompositam, quae licet incomposita figura sit, tamen regulariter per se intelligi potest. Nam composita figura est, quae potest resolui in duas intelligibiles partes, ut magnanimus, quia magnanimus compositum nomen est ex magno et animo; decomposita est, quae non potest resolui in duas intelligibiles partes, sed a composita diriuatur, ut magnanimitas *etc.* 25 *Glossa codicis Bernensis f. 5ᵃ marg. dext.*: Municipes erant quoddam genus Romanorum a Tarso Ciliciae. Tursus enim (ei) ciuitas est Ciliciae, quam expugnauit Pompeius et subiugauit Romanis praeter in suffragatione (suffragulatione), hoc est fideiussores non ualebant esse. de qua ciuitate fuit sanctus Paulus, sicut ipse dicit: 'Ego Romanus natu a Tarso Ciliciae non ignotae ciuitatis municeps'. 28 *Glossa codicis Bernensis f. 5ᵃ marg. inf.*: Pinna corrumpitur et facit pinni, potens integrum nomen est uel participium, Inde componitur pinnipotens: pin Graece Latine dicitur acutum, inde pinna dicitur gladius et inde pinnipotens, qui bene potest pugnare cum pinna i. cum gladio et pinnipotens uocabatur retiarius. Erat enim species ludi antiquitus in theatris ubi praecedebat (teatris

Digitized by Google

Nugigerulus, dicitur piger et inutilis portitor || 165 ||. Inexpugna- 377, 8 bilis, dicitur qui non potest expugnari. Imperterritus, qui nihil timet. Praetor, dicitur quasi praeitor, qui praeest urbi, ipse est et 377, 11 aedilis. Aedes dicuntur domus uel munitiones ciuitatis, inde aedilis dicitur, qui praeest aedibus. Eques Romanus. Populus Romanorum diui- 377, 10 sus erat in equites et in pedites.

De casibus. Casus dicitur a cadendo, eo quod unus cadit in alterum. Sex sunt apud Latinos, quia apud Graecos quinque sunt. Sed sciendum, quia nominatiuus non proprie dicitur casus, sed abusiue. Nominatiuus dicitur a nominando, eo quod per illum nomina requirimus et nomina pueris imponimus, et quia alii originem ab illo sumunt. Genetiuus a generando uel quasi generis relatiuus, quia genus reportat ad memoriam; dicitur etiam paternus, quia patrem demonstrat, ut: 'cuius filius est iste?' 'Aeneae'. Dicitur et possessiuus, quod possessionem demonstrat, ut: 'cuius equus est iste?' 'Ascanii'. Datiuus a dando, eo quod per illum damus; dicitur et commendatiuus, quia per illum commendamus, ut: 'commendo tibi meum librum'. Accusatiuus ab accusando, dicitur etiam et actiuus, quia actiuis uerbis adiungitur, ut 'lego librum' 'laudo deum'. Vocatiuus dicitur a uocando, ablatiuus ab auferendo. Ex his sex casibus duo sunt recti, nominatiuus et uocatiuus, quia in omni declinatione similes sunt excepto in secunda declinatione: quando nominatiuus exit in us, uocatiuus in e, ut 'hic doctus' et 'o docte'; quando uero in ius, facit uocatiuum in i, ut 'hic Terentius' et 'o Terenti'.

Obliqui, ·i· tortuosi. Graeci non habent ablatiuum, sed pro eo 377, 17 utuntur genetiuo. Hunc sextum casum quidam Latinum uocant, quia proprius est Latinorum, nonnulli sextum casum uocant propter ordinem. Nominatiuus hic Cato. Modo docet declinationem casuum. Quidam 377, 18 assumunt septimum casum sine praepositione, sed nos non recipimus,

---

8 grecos  12 genere latinus  18 actiuus] accusatiuus, *quod fortasse se recte habet, cf. p. 193, 25*  24 greci

---

ubi p̄cedebat) retiarius cum rete et sequebatur sequutor cum gladio ut, si posset, retiarium interficeret, et e contra retiarius, si posset, pedes gladiatoris cum rete inuolueret et abstracto ab eo gladio, qui pinna uocabatur, illum interficeret.

9 *Glossa codicis Bernensis 386 f. 5ᵇ marg. dext.*: fit nominatiuus et dicitur a nominando quia per illum nominamus omnia et rebus nomina imponimus, ut est illud: 'Iohannes uocabitur' et per illum rebus omnibus nomen aptatur (aptamur, *suprascr.* † tur). 15 *Glossa codicis Bernensis f. 5ᵇ marg. sin.*: fit datiuus et dicitur a dando eo quod per illum damus ut 'do tibi pallium'; dicitur et commendatiuus quia per illum commendamus, ut 'commendo tibi equum'; dicitur salutatiuus, quia per illum amicos salutamus, ut 'uenerabili patri.' 19 *Glossa codicis Bernensis f. 5ᵇ marg. inf.*: fit uocatiuus et dicitur a uocando eo quod per illum uocamus, ut 'o Virgili ueni'; uocatur et salutatiuus, quia per illum salutamus, ut 'o Aenea salue', qui (quia *cod.*) a apud Graecos ultimus ponitur quia Graeci ablatiuo carent. 25 *Glossa codicis Bernensis f. 5ᵇ marg. inf.*: Hoc confirmant quidam grammatici, quia ablatiuus quando inuenitur sine praepositione, tunc VII est casus, sed friuolum est, quia aut sit cum praepositione aut sine praepositione semper est sextus.



Digitized by Google

quia, siue dicamus cum praepositione || 166 || uel sine praepositione, ab-
377, 23 latiuus semper est. Formae casuales sunt VI, i· uarietates; sicut
sex casus sunt, ita et sex uarietates sunt casuum. Monoptota, 'monos'
unus 'ptosis' casus; inde monoptota dicuntur unum casum habentia, ut
frugi. Diptota duos casus habentia, ut uicem uice. Triptota, tres
casus habentia, ut Musa. Tetraptota, quattuor casus habentia, ut dies.
Pentaptota, quinque casus habentia, ut doctus. Hexaptota, sex
casus habentia, sicut unus. Aptota, i· incasualia, quae non declinantur,
ut nequam fas nefas; fas, licitum; nefas, illicitum. Frugi, monoptotae
formae; nugas, monoptotae formae; nihili, i· inutilis; nequam, quasi
377, 26 nequiquam. De qua forma, i· de aptota sunt indeclinabilia a quattuor
377, 30 usque ad centum. Laterem, non habet nominatiuum, quia non facit
'latus lata' neque 'lateris' genetiuum nec 'lateri' datiuum. Nam a nomine
ueniunt, quod est latus, i· pars corporis. Laterem dicimus coctam tegu-
lam ex terra et paleis factam. Dicione, i· iussione, ablatiuus est tan-
tum. Dicio est lex uel potestas, quod ex toto declinatur. Conditio uero,
i. creatio, a uerbo condo condis; dictio autem, i. locutio a uerbo dico.
Similiter alia deficiunt per reliquos casus. Vt sponte, ablatiuus est, i.
propria uoluntate; est et aduerbium qualitatis, quando uerbo iungitur.
Tabo, est putredo uel corruptio cadauerum. Natu, similiter ablatiuus
est et pro aetate ponitur, ut 'annos natu i· aetate XIX'. Inde compo-
377, 32 nitur senatus, a senibus et natu. Ignarus belli, i· nesciens bellare.
Securus amorum, i· de amoribus. Amores in malo pluraliter ponun-
tur, singulariter uero in bono. Securus dicitur quasi sine cura. Cura
377, 33 autem dicitur eo, quod cor urat. Congruus paribus, . . . . . . .
. . . . . . . inde et 'grues' dicuntur sibi || 167 || conuenientes, quia
inuicem se custodiunt, uel, ut alii dicunt, onomatopoeium nomen, i· de
sono uocis factum. Alia accusatiuum sed figurate, .i. non proprie.
Vt exosus bella, i· per bella. Bellum diminuitur a bono per catanti-
378, 1 frasin, i· contrarium, quod minime sit bonum. Praescius futura, i·
antesciens: 'prae' pro 'ante', praescius diuinus, scius dicitur doctus, inscius
indoctus. A Romulo, i· post Romulum; alter a Sylla, i· secundus.
378, 2 Alia septimum casum, i· ablatiuum sine praepositione. Vt mactus
uirtute, .i. incretus quasi magis auctus.

378, 3 Terminantur. Priscianus per genetiuum ostendit declinationes,

4 ptois 5 dyptota 7 exaptota 9 mono$^{ptotae}$ formae .....rtus(?) mono$^{ptotae}$ formae 18 ut sponte] *cf. Don. p. 377, 31 cum adnot. Keilii* 20 tabe] *cf. l. l.* natu] *cf. l. l.* 25 *Post* paribus *aliquot uocabula euanuerunt* 27 onomatopeium 32 silla 35 prescianus] *cf. de nomine etc. p. 443, 3 K.*

32 *Glossa codicis Bernensis 386 f. 6$^{a}$ marg. sin.*: Sciendum est, quia nomina ordinis semper trahunt ablatiuum casum, ut secundus a Romulo, alter a Sylla et sicut est illud: 'Beatus Bonefacius a beato Gregorio Romae episcopatum quartus tenebat.'

35 *Glossa codicis Bernensis 386 f. 6$^{b}$ marg. super.*: Quaerendum est, cur Donatus

Digitized by Google

quia Graecis scribebat: Graeci enim non habent ablatiuum, sed pro eo
utuntur genetino. Donatus uero, quia Latinis scribebat, per ablatiuum;
ipse enim proprius est Latinus, unde et Latinus uocatur. Dumtaxat, 378, 4
aduerbium est affirmandi et significat 'tantummodo'. Quaecumque no- 378, 5
mina. Superius dixerat, omnia nomina quinque uocalibus terminari in
ablatiuo casu singulari, in illis uidelicet, quae non sunt aptota i· in-
casualia; modo docet de prima declinatione, quae in a terminat ablatiuum,
genetiuum pluralem in rum . . . . . . . . . conuenit, ut declinentur,
i. inflectantur, quaedam nomina contra hanc regulam . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Ab hoc uase horum uasorum his et ab his uasis . . . . . . . 378, 14
|| 168 || antiqui secundum secundae declinationis ordinem proferebant, ut
hoc uasum uasi, sicut templum templi, et inde remanserunt isti casus.
Vas generale nomen est, ut: Super omnia uasa utensilia scuta
uasa bellica dentur. Si e producta, in rum. Hic tangit quintam 378, 15
declinationem. Haec regula putatur, i· arbitratur, esse feminini 378, 17
generis. Nomina quintae declinationis feminini generis sunt excepto die
et meridie. Vnde quidam dixerunt, eam exceptionem a prima esse.
Cladis, dicitur pestilentia uel mortalitas, inde gladius quasi 'cladius' a 378, 26
clade, quam facit. Restis, est uinculum a retinendo dicta uel a retorta. 378, 28
Licet 'puppim' 'nauim' debuissemus dicere, tamen 'puppem' 'nauem' et
cetera dicimus uel proferimus. Quaecumque nomina o littera. Modo 378, 30
de secunda declinatione docet magister. Contra hanc regulam quaedam sunt,
quia non faciunt 'domis' 'iugeris'. Domus et secundae et quartae est et in
utraque 'domibus' facit. Terentius de secunda:

Domi focique fac uicissim ut memineris.

Similiter ueteres 'iuger iugeris' et 'iugerum iugeri'. Iugerum est spatium
terrae, quantum par boum arare in die possunt. Verum, pro sed.
Meminerimus, i· recordemur. In dictionibus, i· in partibus. 379, 2. 3
Euphoniam, i· bonam sonoritatem. Quam analogiam, i· propor-
tionem. Et praeceptorum regulam. Praeceptorum regula est, ut
diceremus his 'domis' et 'iugeris', sed quia euphonia plus ualet, dicimus
his 'domibus' et 'iugeribus'. — 'Artubus' necessitate dicimus, quia, si dice- cf. 379, 8
remus 'artibus', uideretur descendere ab eo nomine, quod est ars artis:

---

8 *Post* pluralem in rum *duo fere uocabula euanuerunt*, *fort.* mittit. necesse est i. 9 inflectant *Post* regulam *aliquot lineae putredine extinctae sunt; item litterae nonnullae post* uasis *uersu sequenti.* 11 ab his uasis....] Ideo hoc fit quia antiquitus secunde declinationis secundum ordinem proferebant *Remigius cod. Bern. 386 f. 30*[b] 14 non est] nomen est super — bellica dicuntur *Remigius Bern. l. l.* 25 Terentius] *Eun. IV 7, 45* 29 meminerimus] *cf. Don. p. 379, 2 cum adnot. Keilii*

---

per ablatiuum casum declinationes uoluit ostendere et non per genitiuum ut Priscianus, sed Priscianus Graecos imitatus est qui ablatiuum non habent, sed pro illo genitiuo utuntur, Donatus uero quia Latinis scribebat, non per genetiuum, sed per ablatiuum suas declinationes ostendit.

Digitized by Google

cf. 379, 10 artus dicuntur maiora membra. — Aptota nomina nec pluralia nec illa,
quae a Graecis sumpsimus, || 169 || non ueniunt in hanc regulam, quia
379, 12 ablatiuum non habent. Emblema, uarietas pauimenti. Epigramma,
superscriptio. Stemma, ordo uel series generationis. Stemma autem
uocatur filum, quo sacerdotes tempore aestiuali capita ligabant, non
ualentes portare pilleos, et pro corona ponitur. Antiqui enim feminino
genere proferebant, ut emblema emblemae. Et inde remansit datiuus et
379, 14 ablatiuus pluralis. Duobus modis cognoscitur, analogia uel ex collatione positiuorum, i· ex conferentia nominum uel ex diminutione.

## DE PRONOMINE.

Pronomen dicitur, eo quod pro nomine i. in loco nominis ponitur,
sicut 'uicecomes' loco comitis et 'proconsul' loco consulis. Ad hoc autem
inuentum est pronomen, ut fastidium repetitionis tolleret et ornamentum
locutioni afferret. Nam fastidiosa locutio fuisset: 'Virgilius scripsit Bucolica. Virgilius scripsit Georgica, Virgilius scripsit Aeneida'. Cum autem
dixeris: 'Virgilius scripsit Bucolica, ipse scripsit Georgica, idem scripsit
379, 23 Aeneida', fastidium tollitur et ornamentum additur. Pars orationis,
una species Latinitatis. Posita i· constituta. Tantundem i· iterum
tantum et componitur ex 'tantum' et 'demum'. Paene, i· prope. Quare
dixit 'paene' et non absolute tantum? Quia nomen plenam orationem
facit per se, pronomen uero nihil facit, nisi antecedat nomen. Pronomen
379, 24 Graece ἀντόνομα dicitur. Interdum, non semper, propter infinita
pronomina, quae non recipiunt personas, sed inquirunt, ut 'quis uir fecit?'
'quae mulier?' 'quod animal?' Et hoc secundum Donatum: nam omnia
pronomina finita uoluit Priscianus esse duobus modis, demonstratione
aut relatione, demonstratione, ut ego tu ille, relatione, ut hic is. — Modo
379, 26. 27 dicit de qualitate. Finita i· determinata || 170 || circumscripta. Infinita, quae nullam demonstrant personam: 'quis qualis talis' non recipiunt
379, 29 personas. Minus quam finita, non ex toto finita, quia pro praesenti
et absenti ponuntur. Praepositiua, quia semper praeponuntur i· anteponuntur. Non potes enim dicere 'uir quis' 'liber hic', sed 'quis uir' et
379, 30 'hic liber'. Subiunctiua sunt, quia supponuntur, ut 'Aeneas filius Veneris,
is tenuit Troiam, idem superauit Turnum'. Sunt alia gentis, ut hic
et haec et hoc cuias: antiqui dicebant 'hic et haec cuiatis' et 'hoc cuiate'.

---

2 grecis 4 generacionis stema autem 9 conserentia 14 locutionis 19 pene 20 pene tantum] *An*: tantundem? 22 grece antonoma 25 Priscianus] *cf. I p. 578, 18 seq. p. 579, 15 seq.*

---

12 *Glossa codicis Bernensis 386 f. 8ª marg. dextr.*: Sicut enim proconsul in loco consulis et uicecomes in loco comitis ponitur, ita pronomen uice nominis ordinatur.

Digitized by Google

sed nos per concisionem ti dicimus 'cuias', remanente accentu in eadem
uocali et est diriuatiuum a 'quis'. Quotus sedet? sedetne decimus? 380, 1
totus sedet. Quot fuerunt heri, tot hodie. Infinita sunt, quae non 380, 2. 4
demonstrant personam; 'ad aliquid' sunt, quia se et aliud demonstrant;
per se enim semiplena sunt. Cum enim dico 'cuius', adhuc pendet, usque dum dicam 'equus' uel 'liber'. Cum dicis 'meus', adhuc pendet, usque dum dicatur 'equus'. 'Tuus' similiter pendet, usque dum dicatur 'equus'; 'suus', similiter, usque dum dicatur 'seruus'. Haec etiam possessiua dicuntur, quia possessionem significant. Et sciendum, quia pronomina possessiua duas habent personas: personam possessoris intrinsecus et personam possessionis extrinsecus, sicut 'meus equus', ita 'mea tabula': 'meus' ex parte possessoris intrinsecus generis omnis est, quia sicut dicit uir 'meus seruus', ita mulier dicit 'meus seruus'; et sicut dicit uir 'mea puella', ita et mulier 'mea puella'; ex parte uero posses-
sionis extrinsecus mobile est in us in a in um. Pronomina sunt quali- 380, 5
tatis, quae qualitatem demonstrant; ut 'qualis fuit ille? fuitne bonus? fuitne pulcher?' Et sciendum, quia qualitas in corpore et in animo fit, ut hic et haec qualis et hoc quale generis sunt communis. Cuius reddi-
tiuum est 'talis', i· ‖ 171 ‖ responsiuum. Alia quantitatis, quae quan- 380, 6
titatem demonstrant. 'Quantus fuit Hercules?' 'tantus fuit.' 'Quanta fuit Creusa?' 'tanta fuit.' Quantitas in corpore tantum fit; 'quantus' mobile est, cuius redditiuum, i· responsiuum est 'tantus'. Sunt alia demonstratiua, quae rem praesentem notant, i· designant. 'Designare'
dicimus 'notare'. Vt hic, quod Graece dicitur ὁ; haec, Graece dicitur 380, 7
ἡ; hoc, Graece dicitur τό. Relatiua, i· reportatiua, eo quod praecedentem personam ad memoriam reportant, ut: 'Aeneas filius Veneris; is est qui uicit Turnum'. 'Christus filius Dei est, is est qui superauit diabolum.' 'Sancta Maria ea est, quae genuit Saluatorem.' 'Verbum, quod in principio erat apud Deum, id caro factum est in fine temporum.'
Sunt magis demonstratiua, eo quod ex duobus demonstratiuis con- 380, 8
stant. Vt eccum, compositum est ab 'ecce' aduerbio et 'eum' pronomine; eccam ab 'ecce' et 'eam'; ellum similiter ab 'ecce' et 'illum'; ellam ab 'ecce' et 'illam'. Ista pronomina non habent nisi accusatiuum singularem et pluralem, ut eccum 'ecce eum', eccos 'ecce eos', ellos 'ecce illos'.

---

12 me ex  24 grece dicitur o  25 grece dicitur H

---

27 *Glossa codicis Bern. 386 f. 8ᵇ marg. sinistr.*: Relatiua dicuntur pronomina quae nomen reportant ad memoriam primae recognitionis, ut Aeneas filius Anchisae: is est qui uicit Turnum. Dominus Iesus Christus, is est qui uicit diabolum. Beata Maria, ea est quae genuit dominum. Verbum quod erat in principio, id caro factum est in fine temporum.

Digitized by Google

380, 10 Genera pronominibus, ita ut nominibus, accidunt paene *omnia* i. omnia genera, quae in nomine sunt, sunt et in pronomine excepto epikoeno genere, quod in pronomine non est, quia, quando constructio fit ex fixo nomine et adiectiuo et pronomine, ante quam perueniatur ad pronomen, iam cognoscitur per adiectiuum, cuius generis sit fixum. Verbi gratia: 'aquila magna; ea est, quae uolat in partes orientis': 'aquila' fixum est, 'magna' adiectiuum; ante quam dicatur 'ea' pronomen, cognoscitur per adiectiuum, quod est 'magna', cuius generis sit fixum, quod est 'aquila'; ideo in pronomine epikoenon non est. Masculinum, est ibi, sicut et in nomine. Vt quis, et substantiam requirit. || 172 || Femininum, ut quae et reliqua....

380, 13. 15 Vterque de duobus dicitur: 'ubi duo fuerint, uterque legat'. Sunt pronomina tota singularia, ex parte possessoris et ex parte possessionis. Nam, ut supra dictum est, in pronomine possessiuo duae personae sunt: persona possessoris intrinsecus et persona possessionis extrinsecus, ut 'meus seruus': ego solùs et ille solus; inde 'meus' trium generum est intrinsecus, sicut primitiuum eius; extrinsecus uero mobile, sicut et 'suus'.
380, 16 Sunt alia tota pluralia, intrinsecus, ut 'nostri equi': nos plures et illi plures. Alia ex parte singularia, i. ex parte possessoris, ut 'mei libri
380, 17 sunt isti': ego solus et multi libri sunt. Ex parte pluralia, ut noster uester: '*noster liber*': nos sumus decem et habemus unum librum; '*uester liber*': uos *estis* XII et habetis unum librum.

380, 18 Figura etiam in pronominibus duplex est, sicut et in nomi-
380, 21 nibus. Quisquis, compositum est ex duobus nominatiuis, ideo ex utraque parte declinatur; 'senatus consultum senatus consulti' ex parte nomi-
380, 22 natiui declinatur. Idem, compositum est ex duobus corruptis et, quando masculinum est, producitur, ut:

Viuo nocendo quidem, sed me manet exitus idem;

in neutro corripitur, ut:

Esset par aetas et idem si robur in annis.

380, 25 Personae finitis pronominibus accidunt. Bene dixit 'finitis', quia quaedam sunt pronomina infinita, quae impersonalia
380, 26 uocantur. Persona, uerbale nomen a uerbo 'persono personas' et

1 pene ·i· omnia genera 3 non est *supra lineam* 11 ut quae et rt uterque] *Lacunam indicaui, quia expositio eius lemmatis intercidit* 14 ut supra dictum est] *cod. p. 170; p. 247, 10* 16 inde me trium 21 noster liber *addidi* 22 uester liber *addidi* uos XII 28 Viuo] *Aenigmatis uersus, cf. p. 205, 10* 30 Esset] *Verg. Aen. XI 174*

33 *Glossa cod. Bern. 386 f. 9ᵃ marg. dextr.*: Persona dicitur eo, quod per se sonet, sed ne putetur (putentur *cod.*) esse uerbum imperatiui modi, circumflectitur in paenultimo loco persona et dicitur Graece prosopa, pros ad, opa facies. Inde prosopa dicitur eo quod ad faciem histrionum (istionum) ponebatur. Antiqui enim ludentes

Digitized by Google

ideo circum flectitur, ne putetur uerbum esse, et dicitur persona, eo quod per se sonet, quod Graece *πρόσωπον* dicitur. Prima persona est, quae de se ipsa loquitur ad secundam, ut 'ego lego'; sic et Graeci dicunt *ἐγώ*. Secunda est, ad quam loquitur prima de ipsa secunda, ut 'tu frater legis'; Graeci dicunt *σύ*. Tertia persona est, de qua loquitur prima ad secundam, ut 'ille frater scribit'; Graece *αὐτός*. Sed prima et secunda persona generis sunt omnis, quia, sicut dicit uir 'ego', ita et mulier, ita et mancipium. ‖ 173 ‖ 'Tu' similiter. In tertia uero persona iam discernuntur genera, ut 'ille illa illud'; et prima persona non habet uocatiuum, cum singularis est; in plurali uero uocatiuum cum aliis habet; se enim cohortatur cum aliis: 'O nos fratres legamus', sed magis hortatiuus dicitur, quam uocatiuus.

## DE CASIBVS.

Casus pronominum sex sunt, sicut et nominum. Nominati- 380, 29
uus, ut hic, genetiuus huius, datiuus huic, accusatiuus hunc,
uocatiuus o, ablatiuus ab hoc. Vocatiuus in tertia persona non
est, sed, ne locus eius uacuus remaneret, ponitur o. Nullum enim pro-
nomen uocatiuum habet, nisi secunda persona primitiui 'tu', et prima
persona possessiui 'meus', quod facit uocatiuum 'o mi'. O aduerbium
est uocandi; et nomen litterae illius aliquando etiam optandi inuenitur.
Cuius possessiuum est interrogatiuum. Cuia cuium genetiuum tantum 380, 32
habent et diriuantur a 'quis'. Sui non habet nominatiuum, quia hoc 380, 33
pronomen tantum relatiuum est. Relatio enim in nominatiuo non potest
esse, quia intransitiuus est: in se manet et non transit ad aliam perso-
nam. Ergo nec uocatiuum habet, qui similis est nominatiuo in omni
declinatione, nisi in secunda, ut 'hic doctus o docte'. Est etiam 'sui'
numeri communis: 'sui homo seruit' et 'sui homines seruiunt.' Nullum 381, 1
autem pronomen recipit comparationem, quamuis qualitatem
significet, quia iam antecedit nomen.

Inter pronomina et articulos hoc distat, quod ea 381, 4
pronomina esse putantur, quae sine nomine uicem nominis implent,
ut 'iste ipse ille'; articuli autem cum pronominibus ponuntur, ut
'hic ipse' 'hic ille'; cum nominibus, ut 'hic uir' 'hic magister';
cum participiis, ut 'hic legens'. Haec eadem pronomina 381, 8
pro articulis ponuntur, quando in declinatione sunt, et pro

2 prosopa 3 greci dicunt ego 5 greci dicunt su 6 grece autos 11 cohortat legimus 19 possessiua 27 nullum enim 32 articuli enim

publice deridebant quoscumque uolebant, sed cum prohibitum fuit hoc agi, accipiebant laruas i. talamascas de cortice arboris factas et ad faciem suam illas adponebant, ne cognoscerentur et sic, quoscumque uolebant, deridebant.

Digitized by Google

381, 9 demonstratione, quando pronomina sunt. Neuter uter unus alter ullus ambo uterque. Haec nomina quidam aestimauerunt ..... pronomina esse propter declinationem, quam habent. 'Alter' 'alterius' facit genetiuum, sicut 'ille' 'illius', excepto 'neuter' 'neutri', quod est secundae declinationis ‖ 174 ‖, et ideo pronomina existimanda sunt, eo quod articulis in declinatione carent. Nam non *dicitur* 'hic ullus' et 'hi ambo'.

## DE VERBO.

381, 14 Verbum est pars orationis, i· una species locutionis; ex his octo partibus una pars est uerbum: uerbero as, inde 'uerbum'. Verbum autem dicitur a 'uerberando', i· percutiendo, eo quod uerberato aere et plectro linguae formetur; uel secundum Augustinum uerbum dicitur 'a uere boando i· a uere sonando', et secundum hanc definitionem, quando uere sonat, tantummodo dicimus uerbum, falsa uero non sunt uerba. Omnes partes 'uerbum' possumus dicere: uerbi gratia solemus dicere: 'quis hodie fecit uerbum in ecclesia?', cum non de solo uerbo loquatur; sed specialiter haec pars nomen istud habet, quod in oratione frequentius iteretur, uel quod prolixiores habet declinationes. Nulla enim pars orationis est sine uerbo. Bene dixit 'cum tempore et persona', quia haec duo simul in uerbo sunt. Verbi gratia 'lego' praesens tempus est et prima persona, 'legi' praeteritum perfectum et prima persona et reliqua. Pulchre dixit 'sine casu' propter eos, qui uolebant casum esse infinitiuis, sicut solemus dicere: 'da mihi bibere' pro eo, quod est 'da mihi potum' et 'meum scire' pro 'mea scientia'. Vnde Persius:

Scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciat alter.

381, 15 Aut agere aliquid aut pati aut neutrum significans.

---

2 *Post 'aestimauerunt' lacunam indicaui, quam sic expleas*: sed patet ea   6 dicitur *addidi*   11 Augustinum] *De dialectica p. 9, 13 ed. Crecelius Elberfeldae 1857*: ergo uerbum dictum est quasi a uerum boando (quasi uere boando *cod. Bern. 548 saec. X*) hoc est uerum sonando, *cf. H. Keil annal. philol. tom. LXXIX p. 155 et supra p. 205, 20.*   14 quies   17 declinationes] declarationes *comm. Einsidl. I p. 205, 25*   23 Persius] *Sat. I 27, cf. supra p. 205, 34*   24 in te scire

---

2 *Glossa codicis Bernensis 386 f. 9ᵃ marg. sinistr.*: Haec pronomina neuter et uter et alter et alius ullus et ambo utrique sunt qui putant ea esse nomina, sicut Priscianus, qui certa ratione nomina ea esse dixit. Nam unus et duo et tres nomina sunt numeri et stultum est dicere illa pronomina propter solam declinationem.

9 *Glossa codicis Bernensis 386 f. 9ᵇ marg. sin.*: Verbum dicitur a uerberando i. percutiendo eo quod uerberato aere plectro linguae formetur: aere enim inter saepta oris percusso (*cf. p. 205, 19*) formatur uox. Omnes quidem partes uerba possunt appellari, ut dicitur: 'uerbum fecit hodie episcopus ad populum', sed haec pars ideo hoc nomen sibi specialiter assumit eo quod prolixiores habeat declinationes ceteris et saepius iteretur in nostra locutione adeo quod sine illa nulla oratio proferri possit.   18 *Glossa codicis Bernensis f. 9ᵇ marg. sin.*: Bene dixit cum tempore et persona, quia haec duo semper inueniuntur in uerbo simul, uerbi gratia 'amo' praesentis temporis est et prima persona.

22 *Glossa codicis Bernensis f. 9ᵇ marg. sin.*: Sine casu dixit propter illos, qui uolebant casum ponere in uerbo in infinitiuis modis, ut bibere legere. Solent enim dicere: 'da mihi bibere' pro eo quod est 'da mihi potum', 'da mihi manducare', pro 'da mihi cibum' et 'tuum scire' pro 'tua scientia'. Vnde Persius: Scire tuum — alter.

Digitized by Google

Quinque genera in sequentibus commemorat, quae hic breuiter tangit; cum dicit 'agere', comprehendit actiua et medietatem communis uerbi; cum dicit 'pati', comprehendit passiua et alteram medietatem communis uerbi; cum dicit 'neutrum', comprehendit neutralia uerba et depouentia. Qualitas dicitur in uerbo, eo quod, quale sit illud uerbum, demonstrat, 381, 16 perfectum uidelicet an frequentatiuum an meditatiuum uel inchoatiuum. Coniugatio dicitur quasi colligatio ‖ 175 ‖, eo quod sub una regula quasi sub uno iugo multa uerba coniungat; et est coniugatio uerbi declinatio. Genus dicitur a generando, eo quod unum generetur ex altero, passiuum ex actiuo, actiuum ex passiuo.

## DE QVALITATE.

Qualitas uerborum in modis et in formis est, constituta. 381, 17 Cum interrogetur, quid est qualitas? respondetur 'modus et forma', uerbi gratia: 'lego' cuius qualitatis? modi indicatiui perfectaeque formae; 'lectito' cuius qualitatis est? indicatiui modi et formae frequentatiuae; 'lecturio' modi indicatiui et formae meditatiuae. 'Modus' dicitur a 'moderatione' siue a 'motione', eo quod unus moueatur in alterum, indicatiuus in imperatiuum, imperatiuus in optatiuum, optatiuus in coniunctiuum. 'Forma' dicitur ab 'informando', eo quod nos informet ad sensum uerbi intelligendum, et est forma sensus uerbi. Modi autem sunt, ut multi 381, 17 existimant, VII, quasi diceret: 'ego non ita aestimo'. Quidam autem VII dixerunt propter promissiuum modum futurum indicatiui, ut 'legam'. Cum enim dico 'legam', promitto me lecturum; sed hunc non recipimus. Indicatiuus dicitur ab indicando: dico dicas i· consecro, indico indicas 381, 18 transit in participium indicatus, inde indicatiuus. Qui et pronuntiatiuus dicitur, eo quod per illum quicquid agimus uel patimur pronuntiamus. Imperatiuus dicitur ab imperando ut 'lege frater'. Op- 381, 19. 20 tatiuus dicitur ab optando, eo quod 'utinam' aduerbium optandi recipit. Coniunctiuus in ultimo ponitur, quia in perfectionem non solum eget 'cum' particula, sed aliud sibi uerbum coniungit, ut 'cum legam, intelligam', 'cum tribularer, clamaui.' Infinitiuus et impersonalis iam ultimi ponuntur, quia imperfecti sunt. 'Infinitiuus' dicitur, quia imperfectus est, eo quod non est 'finitus': non definit numerum nec personas, sed uoluntatiuis uerbis utitur, ut 'legere uolo' et 'nolumus'. ‖ 176 ‖ 'Coniunctiuus' dicitur a 'coniungendo', eo quod coniungit sibi 'cum' particulam. Considera ordinem modorum. Indicatiuus primus ponitur, eo quod

6 uel indicatiuum   17 in imperatiuum   30 ut cum

20 *Glossa codicis Bernensis f. 9ᵇ marg. sin.*: Quasi diceret Donatus: 'illi existimant, sed ego non existimo nisi sex esse modos, quia, quod dicunt futurum tempus indicatiui esse promissiuum, nos non accipimus.'

Digitized by Google

perfectus est: habet enim omnia tempora et omnes personas. Imperatiuus
postea ponitur, quia imperfectior est: non habet enim primam personam
in singularitate, quia nullus potest sibi ipsi imperare, et in praeterito
deficit: non habet nisi praesens et futurum. Deinde optatiuus ponitur,
quia, licet omnes habeat personas et sua tempora coniuncta, tamen maior
est, qui imperat, quam qui optat. Optatiuus uero aduerbio 'utinam' eget
et sine eo non potest esse. 'Impersonalis' dicitur, eo quod persona de-
ficit, non recipit sibi supplementum a personis pronominum, ut 'legitur
a me a te ab illo a nobis a uobis ab illis'; ita currit usque in finem.
381, 21 Sed quidam receperunt hunc modum pro genere ac significa-
tione uerbi, sicut actiuum uel passiuum, eo quod per omnes modos et
381, 23 tempora exit aut in tur aut in et aut in it. Sed quae in tur et in
it exeunt, ab indicatiuo ueniunt et habent sensum actiuum, ut lego legis
legit, inde 'legitur a me'; quid est 'legitur a me', nisi 'ego lego'? 'legitur
a te' i· 'tu legis, 'legitur ab illo' i· ille legit; 'auditur a me' i· ego
381, 24 audio. Contingit mihi i· euenit. 'Contingo' quando integre declinatur,
significat tactum: tango, inde contingo, quasi simul tango; quando uero
tertia persona recipitur 'contingit mihi' i· euenit, significat fortuitam rem
i· subitam. Quae in et exeunt, duas formas habent, alia ab in-
dicatiuo ueniunt, ut misereor miseret, me i· misericordiam habeo
et 'miseret te' i· misericordiam habes. Antiqui dicebant 'misereo mise-
381, 25 res', sed iam non est apud nos: inde remansit 'miseret'. Alia a se
381, 26 oriuntur, i· quae sine origine sunt uerbi: Vt pudet me i· uerecun-
diam habeo. Taedet me i· taedium est mihi. Sed hoc distat inter
'pudet' ‖ 177 ‖ et 'taedet': 'pudet' de praeterito accipitur, ut 'pudet pec-
casse' et sicut in libro Regum: pudet me constituisse Saulem
regem super Israhel. 'Taedet' autem de praesenti accipitur, ut 'taedet
me facere' i· pondus est facere. Libet similiter non habet originem
uerbi: 'libet mihi tibi illi, libet nobis uobis illis'. Poenitet me te illum
inde 'poenitentia' dicitur, quasi 'punitentia'; ille enim, qui poenitet, punit
381, 27 i· damnat, quae facit. Qualitas uerbi etiam in formis est con-
stituta, non solum in modis; quas formas alii generibus signi-
ficationibusque uerborum permiscent, i· copulant coniungunt.
Genus et significatio idem est in uerbo: uerbi gratia 'lego' cuius generis
381, 28 est? actiui; cuius significationis? actiuae. Formae igitur Latinae
quattuor sunt. Bene dixit Latinae, quia apud Graecos una forma est;
381, 29 deficit enim Graeca lingua in formis i· unam formam habent. Perfecta
forma dicitur, quod perfectam rem demonstrat, ut 'quid facis?' 'lego'.
Meditatiua forma dicitur, quod meditationem i· cogitationem significat,

21 misereo res 24 tedet me ·i· tedium 26 in libro Regum] *I Sam. XV 11*
35 Latinae] *Non extat uulgo hoc uerbum apud Donatum, sed cf. Keilii adnot. crit. p. 381, 28 et Consentium p. 375, 30 K., quem et ipsum talia legisse uides.*

ut 'lecturio' i· legere cogito, 'esurio' i· edere cogito; qui enim esurit,
meditatur, ut manducet; 'parturio' i· parere cogito; 'parere' est fetum
i· partum emittere, 'parturire' uero ante partum dolere, unde in euan-
gelio: mulier cum parturit, tristitiam habet, i· cum dolet ante
partum. Frequentatiua forma dicitur a frequentia, quod crebro fit,
ut 'lectito' i· saepe lego. Inchoatiua dicitur ab inchoando, quod in-
choationem i· inceptionem significat, ut feruesco i· feruere incipio.
Sciendum, quia Donatus in his formis rectum non tenuit ordinem.
Primo enim meditatiuam debuisset ponere, secundo inchoatiuam, tertio
perfectam, quarto frequentatiuam, quia primum meditamur aliquid, ante-
quam faciamus, deinde inchoamus, postea perficimus ‖ 178 ‖, ad ultimum
in usu ponimus. Sed ille imitatus naturam a perfecta inchoauit; natura
enim i· deus a perfectis omnia coepit: fecit hominem perfectum quasi
in aetate triginta annorum; fecit et arborem non fructum. Ideo Dona-
tus a perfecta inchoauit. Hoc quoque sciendum, quia frequentatiua uerba
primae coniugationis sunt, ut lectito as; inchoatiua tertiae, ut feruesco
cis; meditatiua sunt quartae, ut lecturio. Verba uero perfectae formae
omnium sunt coniugationum. Inchoatiua non habent praeteritum tempus, cf. p. 382, 1
quia, quae inchoantur, non possunt habere praeteritum. Sunt etiam p. 382, 2
frequentatiua, quae a nomine ueniunt. 'Etiam de nomine' dicit, quia
superius dixit 'a uerbo'; non solum a uerbo, sed etiam a nomine, ut a
nomine, quod est pater, 'patrisso' i· more patris ago, et ab eo, quod
est Graecus, 'graecisso' i· more Graecorum loquor. Sunt alia quasi 382, 3
diminutiua, quia in io desinunt et a perfecta forma ueniunt, i· a
perfecto uerbo, ut sorbillo frequenter sorbeo; suggillo, i· strangulo
a uerbo suggero i· interrogo; 'suggillare' proprie est crebra interroga-
tione quasi strangulare. Alia sine origine, i· quae a se ueniunt, ut 382, 4
pitisso, i· frequenter bibo uel spuo, inde 'pituita' dicitur minuta saliua.
Vacillo, i· titubo moueo dubito: 'uacillat animus meus' i· dubitat.
Sunt et frequentatiua in tres gradus, i· in tres litteraturas, ut
curro primus gradus; curso secundus; cursito tertius; sed 'curso' et 382, 5
'cursito' idem est. Saepe in duos, s. gradus. Vt uolo uolas, inde 382, 6
uolito as: 'uolitat aquila', i· frequenter uolat. Compesco, i· mitigo 382, 7

2 fętum 3 in euangelio] *Ioh. XVI 21* 12 in usum 14 in triginta aetate
21 superius] *Don. p. 382, 1* 22 patrizo patuis ago 23 grecus grecizo

8 *Glossa codicis Bernensis f. 10ª marg. dex.*: Sciendum est quia non rectum ordinem tenuit Donatus in his formis; nam primum debuerat ponere meditatiuam, deinde inchoatiuam, postea perfectam, ad ultimum frequentatiuam; nam primum meditamur rem agere, deinde inchoamus, postea uero perficimus, perfectam uero in frequenti usu tenemus. Sed in exordio mundi omnia perfecta fecit deus, hominem scilicet perfectum in aetate triginta annorum, non puerum, uolatilia, non oua, arbores magnas cum foliis et fructibus: hunc ordinem sequens Donatus a perfectis inchoauit.

Digitized by Google

'compescui' facit: 'sedo as' i· tranquillo; disco similiter, sed didici facit.
382, 8 Ea enim, quae inchoantur, non possunt habere praeteritum. Horreo
est metuo, inde 'horribilis', i· metuendus, et horreo est despicio, inde
dicitur: non horruisti uirginis uterum, i· non despexisti: hic pro
382, 9 despectione ponitur, inde ‖ 179 ‖ horresco horrere incipio. Consuesco,
i· in consuetudinem recipio, e contra 'desuesco' a consuetudine recedo,
'desueui' a consuetudine recessi.

382, 10 Coniugationes uerbis accidunt tres. Secundum Priscianum
quattuor sunt; Donatus tres enumerat coniugationes distinguens tertiam
et quartam, ubi dicit i correptam uel i productam: cum dicit 'i correptam',
tangit tertiam; cum dicit 'i productam', tangit quartam: uincio, i. ligo,
cf. 382, 29 'uinxi' facit, uincior ris 'uinctus'; uinco, i· supero, 'uici' facit, uincor
'uictus'.

383, 1 Genera uerborum sunt quinque. Cum dixit 'quinque',
numerum definiuit, quia alii uoluerunt impersonalem modum cum
generibus et significationibus uerbi sextum genus ponere. Genus
et significatio in uerbo idem est. Genera dicuntur a generando,
eo quod unum generetur ab altero, passiuum uidelicet ab actiuo et actiuum
a passiuo. Significationes dicuntur, eo quod actum uel passionem
383, 2 demonstrant, et est significatio sensus uerbi. Actiua dicuntur, eo quod
actum significant; passiua, eo quod passionem demonstrant, ut legor i·
383, 5 mea uerba leguntur. Neutra dicuntur non quasi aliquid non significent,
i· uel actum uel passionem, sed utrumque simul non significant; quando
actum significant, passionem relaxant, et quando passionem, dimittunt
383, 11 actum. Communia dicuntur, eo quod sub una litteratura duos sensus
383, 10 i· duos intellectus habent. Deponentia dicuntur, eo quod non deponunt
r uel quod deponunt participium futuri temporis a passiuo, quod
383, 8 desinit in dus, ut loquendus luctandus. Impersonalia dicuntur, eo
quod tertiam habeant personam. Neutro passiua dicuntur eo
quod in praesenti et in futuro neutralem habent declinationem, in prae-
383, 11 terito uero transeunt iam in passiuam, ut gaudeo gauisus sum. Soleo,
i. in consuetudine habeo, solitus sum. Conuiuor, ‖ 180 ‖ simul uiuo;

---

8 Secundum Priscianum] *I p. 452, 18 seq. multisque aliis locis.* 10 ubi dicit] *p. 382, 21* 16 uerbi sexti sextum 17 $\overset{\text{in}}{\text{uerbo}}$ 29 neutro passiua] *cf. Don. p. 383, 9 cum adnotatione critica H. Keilii* 31 Soleo] *cf. Keilii adnot. l. l.* 32 in consuetudinem

---

5 *Glossa codicis Bernensis f. 10ᵇ marg. sin.*: Haec duo uerba consuesco et quiesco aiunt quidam non esse inchoatiua, quia praeteritum habent consueui et quieui, sed reuera satis possunt esse inchoatiua, quia consueui et quieui a uerbis consueo et quieo ueniunt, quae modo non sunt in usu, sed illis ab usu recedentibus eorum praeterita in usu remanserunt. 14 *Glossa codicis Bernensis f. 10ᵃ marg. dext.*: Genus et significatio idem est in uerbo. Hunc modum inpersonalem quidam grammatici putant esse per se sicut actiuum et passiuum, et quare? Quia per omnes modos currit et habet tertias personas.

Digitized by Google

colluctor, simul luctor: luctari est concertare. In duas formas, i· 383, 12
in duos intellectus uel sensus, ut 'scrutor te': ecce actum; 'scrutor a te',
i· mea uerba scrutaris: ecce passionem. 'Criminor te' similiter et 'cri-
minor a te', i· tu me criminaris. Inaequalia dicuntur, quia inaequa- 383, 14
lem habent declinationem, ut fio factus. Fio neutrale uerbum est, sed
tamen passiuum esse potest secundum quosdam ab eo, quod est facio:
'facio illum' et 'fio a te' dicimus. Vescor, pastus sum. Medeor, 383, 15
mederis et medicor caris idem est, sed distat: 'medeor' genetiuo uel
datiuo iungitur, ut 'medeor tui' uel 'tibi', i· medicinam tibi impendo,
'medicor' accusatiuo, ut 'medicor te'. Edo, quando significat manduco,
inaequaliter declinatur 'edo es est', 'edi' facit praeteritum. Pando, i·
aperio, passus sum; uolo, uis imperatiuo caret: nullus enim uoluntati
imperat. Cedo, i· dic. Aue, et salue uerba sunt salutantis. Inquit, 383, 16
i· dicit. Aio, ais ait, et 'ait' praeteritum; faxo, pro faciam; inquit,
i· loqui incipit. Sunt monosyllaba, i· unius syllabae uerba et ideo 383, 19
producuntur, ut sto do flo, i· spiritum emitto, inde 'efflo' et 'sufflo' 383, 18
componuntur. Alia uerba, quae in o desinunt, ut 'lego' 'amo', corripiun-
tur. Sunt uerba incertae significationis, i· incerti generis, quia 383, 18
incertum est, utrum sint actiui generis, an passiui uel neutri aut depo-
nentis. Vt tondeo, actiue et neutraliter declinatur et quando accusatiuo
iungitur, actiuum est, ut 'tondeo te', quando uero absolute dicitur 'ton-
deo', neutrum est. Tondeor similiter passiue et deponenter dicitur, 'ton-
deor a te' passiuum est, 'tondeor' uero deponens. Similiter lauo actiue
et neutraliter et lauor passiue et deponenter. Est etiam duarum con-
iugationum, ut lauo lauis et lauo as, sed lauo uis 'laui', lauo uero lauas
|181|| 'lauaui' facit praeteritum; lauor lauaris 'lotus' facit praeteritum, sic
et cetera. Tondeo, capillos i· incido; punio, i· damno uindico; mu- 383, 19
nero, munera do; partior, i· diuido; populor, deuasto; assen-
tior, consentio; adulor, falso laudo; auguror, diuino. Haec omnia
incerti generis sunt inter actiuum et neutrum, passiuum et deponens.
Tempora participiorum, praesens uidelicet, ut tondens, praeteritum 383, 20
tonsus, futurum tondendus uel tonsurus, sic de reliquis. 'Paene' autem 383, 21
dixit propter participium futuri temporis, quod exit in dus. — 'Reaio' cf. 383, 22
'requaeso' dicere non potes.

---

10 medicorate 11 edo facit 15 monosylla[ba]||| 22 tondeor autem passiuum 32 pene 33 Reaio *etc.*] *Expositio lemmatis p. 383, 22:* sunt quae non possumus, ut aio quaeso

---

11 *Glossa codicis Bernensis f. 10[b] marg. sin.:* Pandor similiter inaequaliter declinatur et facit praeteritum passus sum et non facit pansus differentiae causa, ne uideatur eius participium femininum, quod est pansa, proprium nomen, uidelicet cancellarii Augusti Caesaris qui Pansa uocabatur.

Digitized by Google

## DE NVMERO.

384, 2 Dualis numerus est in nomine, qui singulariter efferri non potest, ut in 'ambo' et in 'duo'; similiter in uerbo dualis numerus est; ut legere, dicimus enim 'legere uolo' et 'legere uolumus' in singulari numero et in plurali.

384, 4 Componuntur uerba quattuor modis, sicut et aliae partes
384, 6 orationis: ex duobus corruptis, ut efficio, ab ex et facio; ex
384, 7 duobus integris, ut abduco, ex ab et duco. Ex corrupto et in-
384, 8 tegro ut alligo, i· ualde ligo. Defringo ex integro et corrupto. Repono potest resolui in duo integra, sicut et distraho. Sufficio compositum ex duobus corruptis i· ex sub et facio. Et quando integre declinatur, est subministro; quando impersonaliter 'sufficit mihi tibi illi', significat 'satis'; suffio est suffumigo et est compositum ex sub et fio; suspendo est sursum pendo; suspicio compositum est ex sub et spicio, sed non potest resolui in duo integra, quia 'spicio' in usu non est; sic et compleo.

384, 10 Tempora uerbis accidunt tria. Tempora dicuntur a temperando, i· a moderando. Sunt anni quattuor tempora, quae inuicem inter se moderantur, aestas calida et hiems frigida moderantur uer et autumnum, inde 'tempora' dicimus in uerbo qualitates || 182 || nostrorum actuum. Quod enim in praesenti facimus, praesens tempus uocamus; quod in praeteritis, praeteritum tempus uocamus; quod in futuro sumus acturi, futurum tempus dicimus. Praesens uero tempus a philosophis 'instans' uocatur, eo quod non stat: uerbi gratia, cum dico 'lego', pars praeterita est, pars futura; praesens enim tempus nihil aliud est nisi confinium inter duo tempora, i· punctus inter praeteritum et futurum. Futurum tempus similiter imperfectum atque incertum est, licet quaedam futura naturalia sint, ut diem sequitur nox, et sicut sol mane oritur et sero occidit: hoc cotidie fit. Ea, quae in nostro actu fiunt, incerta sunt, quia possunt esse et non esse. Praeteritum uero tempus perfectum atque certum est; praeterita enim res perfecta est et ideo in tres partes diuiditur, i· in tres species. Quando aliquid inchoamus et ad finem perducimus, praeteritum perfectum est, uerbi gratia: 'quid fecisti heri?' 'legi', i· totum legi. Praeteritum imperfectum est, quando aliquid inchoamus et non perficimus, ut: 'quid faciebas heri?' 'legebam uersum, sed ad finem non perduxi', i· non totum legi. Praeteritum plusquam perfectum est, in quo res multo iam tempore facta est, ut: 'quid fecisti in tua infantia?' 'legeram'. Ergo in modis uerborum quinque tempora numerantur, quia praeteritum tempus in tres partes diuiditur.

10 sufficio] *cf. Don. p. 384, 9: commentator pro* suspicio conpleo *legerat in suo codice:* sufficio suffio suspendo suspicio conpleo. 36 in quos

Personae uerbis accidunt tres. Et dicitur persona, quod per 384, 17
se sonet: habet enim suam uocem per se, ut 'lego'. Prima persona
est, quae de se loquitur, ut lego; secunda est, ad quam loquitur prima
de se uel de ipsa secunda, ut 'tu legis'; tertia est, de qua loquitur
prima ad secundam, ut 'ille legit': nam prima numquam loquitur cum
tertia, sed prima persona non eget casu, quia plenum per se, || 183 || ut
'lego'. Vocatiuus proprius est secundae personae. Vt uerberaris in- 384, 21
nocens, liber seruis. 'Liber', quando corticem uel librum significat,
breuis est li; quando uero liberum, i· ingenuum, tunc producitur li.
Impersonalia dicuntur, eo quod personas non habent, sed a pronomi- 384, 22
nibus recipiunt. Et tertiam personam pro cunctis recipimus, ut 'libet
mihi tibi illi': ecce 'libet' pro cunctis personis. Formulam, i· simili- 384, 27
tudinem genitiui. Vt reminiscor mei i· recordor; alia datiui, ut
maledico tibi, quasi male dico; suadeo tibi i· hortor: 'suadeo' tetra-
syllabum dicimus, sed trisyllabum est, sicut 'suauis' disyllabum. Abscedo 384, 29
ab illo i· recedo; auertor ab eo i· recedo: sed quando accusatiuo iun-
gitur, significat execro i· abominor, ut 'auertor te'; inde et Virgilius:

Auertantur pabula.

Fruor agro; potior auro i· delector. Septimus casus est ablatiuus
sine praepositione. Non dicit modo 'ex agro' uel 'de auro'. — Omnia uerba cf. 384, 30
indicatiui modi aut e uel i uel u habent ante o, et quae non habent
uocales, recipiunt omnes consonantes ante o exceptis f et k et q. Lanio 384, 33
tractum est a lana i· excrucio uel interficio, inde 'laniones' dicuntur
interfectores ciuium. Libo i· sacrifico. Vado i· pergo et non habet
praeteritum in simplici, in composito uero habet, ut 'euado euasi'. Im-
pello i· cogo, facit praeteritum impuli, pello uero pepuli. Sculpo i· 385, 1
pingo uel caelo, per ae scribitur, inde 'caelum' a caelando i· a pingendo,
eo quod stellis est depictum; 'celo' uero, i· occulto, non habet a. Texo
telam i· ordior. Triumpho per p et h, idest post uictoriam immolo et 385, 2
dicitur ἀπὸ τοῦ θριαμβίζειν i· ab exiliendo. Nam homines quasi exi-
lientes post uictoriam laetantur || 184 ||. Cedo i· dic: deficit per modos, 385, 4
quia non habet nisi secundam personam imperatiui. Facesso frequen- 385, 5
ter facio, deficit per formas. Nam quamuis uenit a perfecta forma, fre-

---

7 uerberaris inimicus liber seruus 15 dissyllabum 17 abhominor Virgilius] *Fortasse Georg. III 320. 321*: Auertes: uictumque feres et uirgea laetus Pabula, *cf. Georg. III 499* uictor equus fontesque auertitur 18 auerta^n^tur 24 ciuium] *An*: ouium? 30 apotu triambein

---

24 *Glossa codicis Bernensis f. 12^b^ marg. sin.*: Lego (*Don. p. 384, 33*) multa significat, lego est litteras curro et lego est furor, inde sacrilegus dicitur, quia sacra legit i. furatur et legu i. colligo, inde legumina dicuntur eo quod manibus colliguntur et lego est nauigo, ut est illud: 'legebam Cretam' i. nauigabam. Et Sedulius (*ed. Ben. tom. VI p. 467 D*): 'arua legens dominus placidas peruenit ad undas', et inde murilegus dicitur catus (cato *cod.*) eo quod mures legat i. colligat.



Digitized by Google

quentatiua tamen forma non potest esse, quia tertiae coniugationis est.
'Adsum', 'fero' per coniugationes deficiunt; 'soleo' per genera deficit:
non est neutrum, quia in passiuum transit in praeterito; non est passi-
uum, quia in o desinit in praesenti, sed neutro passiuum ex utroque
385, 6 compositum: sic 'gaudeo fio': faxo i· faciam, deficit per numeros, non
habet pluralitatem. Nam sicut alii dicunt 'faxo' illumino, friuolum est.
385, 7 Impleo per figuras deficit, quia non facit 'pleo' simplex; fero per tem-
pora deficit. Nam 'tuli' de altero uerbo, quod est 'tollo', accipit. Edo
per personas deficit, quando 'comedo' significat: nam 'es est' a 'sum'
uerbo deducitur. Facesso similiter deficit per personas, i. facere desi-
dero. Cum impersonalia per omnes modos declinentur, quaedam de-
385, 9 fectiua inueniuntur, ut liquet mihi tibi illi; miseret me illum, i.
misericordia est mihi de eo.

## DE ADVERBIO.

Aduerbium bene posuit iuxta uerbum. Nam aduerbium iuxta uerbum
ponitur non tantum in ordine partium, quantum in usu nostrae locutionis,
et est adiectiuum uerbi, sicut adiectiua nomina apponuntur fixis. Nam
sicut dicimus 'bonus homo', ita dicimus 'bene legit'. 'Legit' per se non
demonstrat rem perfectam, usque adicias 'bene' uel 'male'. Adiecta i·
385, 11 superposita. Significationem i· sensum uel intellectum. Explanat
385, 12 i· elucidat, Vt iam faciam. Verbi qualitas per se ignoratur. Nam cum
dico 'faciam', incertum est, utrum 'cito faciam', an 'longe', usque dum
dico 'iam' aduerbium, ut 'iam legam': tunc demonstro, ‖ 185 ‖ cito me
facturum. Vel non faciam. Aduerbia aut a se nascuntur, sine
385, 13 ulla origine. Vt heri, quod poetae dicunt 'here' causa metri, quia i
longa est, e uero breuis. Inde Iuuenalis:

Iste dies hodie minor est here quam fuit alter.

Hodie, licet quidam dicunt, compositum esse ex 'hoc' et 'die'. Nuper
i· nouiter, quamuis quidam dixerunt, uenire a nomine, quod est 'nupe-
385, 14 rus'. Tulliane idest more Tullii loquitur. Tullius consul Romanorum
385, 15 fuit et dicitur a tollendo fascinum, .i. sarcinam uel adulationem. Ostium
dicitur ille aditus, per quem domum intramus, et est res incorporalis;
alii uero dicunt 'ostium' quasi obstaculum et tunc est corporale, sed
Donatus hoc non recipit. Ostiatim i· per singula ostia. Meatim i·

---

1 forma (tamen *superscr.*)   6 faxo] *A 'face' scilicet deriuatum.*   26 Iuuenalis] *cf. sat. III 23:* res hodie minor est, here quam fuit, atque eadem cras | deteret exiguis aliquid.

---

31 *Glossa codicis Bernensis f. 13ª marg. sin.*: Ostium dicitur ille aditus, per quem domum intramus, res uidelicet incorporalis uel, ut alii dicunt, ostium dicitur illa res corporalis, lignum uidelicet, quod claudit domum et dicitur ab obstando. Inde uenit aduerbium ostiatim; dicimus enim 'ostiatim uadit ille mendicus' i. per singula ostia.

Digitized by Google

meo more; tuatim i· tuo more. A uerbo curro cursim i· uelociter.
Strictim i· fortiter. Pedetemptim dicitur pedem post pedem leniter 385, 16
ambulando uel ponendo a nomine 'pede' et 'tempto' uerbo. A partici-
pio, ut indulgenter, s. iudicat rex i. cum indulgentia. Indulgeo multa
significat: 'indulgeo tibi peccata', i. dimitto; 'indulgeo tibi beneficia', i.
praesto; 'indulgeo operam lectioni', i. studium do. A nomine uenien- 385, 17
tia aut in a exeunt. Modo dicit, quibus litteris finiuntur aduerbia,
quae a nomine ueniunt. Vt una, aduerbium congregandi: 'una recor-
dantur pueri', i· simul. Aut in e productam, ut docte. Bene dixit
'in e productam', quia alia in e correptam desinunt. Omnia nomina, quae
rectam habent comparationem, in e longam faciunt aduerbium, ut 'iustus
iuste' 'clarus clare'. Aut in e correptam, ut rite, i· more uel recte, 385, 18
quia antiqui 'ritum' dicebant rectum. Aut in i, ut uesperi uenistis i·
uespertina hora, et uenit a nomine, quod est uesper ‖ 186 ‖ uesperis uel
uespera uesperae. Aut in o productam, ut falso loquitur uel false. 385, 19
Sciendum est autem, quia aduerbia tribus modis diriuantur: sensu ut
'modo'. 'Modus' nomen mensuram significat, inde 'modo' aduerbium
temporis: unam habent litteraturam, sed sensu distant; sensu et non lit-
teratura, ut 'semel' ab uno, 'bis' a duobus: eundem sensum habent, sed
non eandem litteraturam. Aut in u desinit, ut noctu uenisti i· tarde.
Aut in us ut funditus, a nomine, quod est 'fundus' i· fundamentum: 385, 21
inde 'funditus' aduerbium, ut 'funditus euersa est ciuitas', i· a funda-
mento. Rite a nomine, quod est 'ritus', deriuatur. Impune dicitur 385, 22. 24
sine damno et uenit a nomine, quod est 'poena' uel a 'punio' uerbo.
Saepe similiter in e breuem desinit, licet comparetur 'saepe saepius 385, 25
saepissime', et uenit a nomine, quod est 'saepes' uel a uerbo 'saepio',
i· munio. 'Saepes' est munitio et dicitur, eo quod frequenter ligna uel
uirgae ibi ponuntur. Facile i· plane uel leniter; difficile i· grauiter.
Facile et difficile nomina sunt neutri generis, sed pro aduerbiis ponun-
tur. Toruum, i· terribiliter. Toruus dicitur horribilis, inde 'toruum' 385, 26
neutri generis ponitur pro aduerbio. Horrendum i· horribiliter, nomen 385, 27
est similiter, sed pro aduerbio ponitur. — 'Sedulus' dicitur assiduus stu- cf. p. 386, 1
diosus et dicitur a sedendo, quia, qui bene studet, diu sedet. Agiliter 386, 2
i· uelociter. Vsurpauit i· usu rapuit. — Quaedam e contra, cum 386, 3
debuissent in e desinere, exeunt in ter, ut 'huic duro' duriter facit, non
dure, i· aspere. Tamen 'dure' dicimus, ut: dure sensit Abraham
pro filio suo.

Significatio i· intellectus. Comparatio, qui quaedam aduerbia 386, 7
comparantur; 'figurae' etiam, quia quaedam componuntur ‖ 187 ‖. Cer- 386, 8

---

7 dicet (i *supra* e) 10 productum correptum 11 longum 12 correptum 15 pro-
ductum 21 fundum 25 breue 36 ut dure sensit Abraham] *Mos. I 21, 11*

386, 10 nitur, uidetur. Vbi aduerbium est loci interrogatiuum. En et ecce
accusatiuo iunguntur, ut 'en Virgilium' 'ecce Priscianum.' Vt primitiuum
est, inde 'uti' diriuatur, et sunt aduerbia similitudinis, adde nam, fit 'uti-
386, 11 nam': iam aduerbium est optandi. Quamobrem compositum est ex tribus
et dicitur 'quamobrem' quasi 'ob quam rem': nam praepositio praeponi
386, 13 debet. — Paruus parua paruum, inde parum aduerbium. Forsitan
pluet; fortasse ueniet hospes. Personalia, eo quod personam demon-
strant. Mecum diriuatum est a prima persona; tecum a secunda:
nobiscum similiter a prima; uobiscum a secunda. Nobiscum recor-
dantur isti; uobiscum illi. — 'Orsum' dicimus in partem: inde seor-
sum i· separatim: 'seorsum uiri in ecclesia stent et seorsum mulieres.'
386, 15 Iurandi aduerbia sunt, sicut nos dicimus 'per deum', ita antiqui iura-
bant 'aedepol' i· per aedem Pollucis. 'Aedes' dicitur templum, inde
'aedilis' custos templi. Castor i· per aedem Castoris quos colebant pro
diis. Pollux et Castor duo fratres fuerunt filii Iouis et Ledae matris.
Hercle i· per Herculem. Hercules fuit fortissimus deus illorum et quasi
medius fidius, i· filius Iouis. Διός Graece Iouis Latine dicitur, uel quasi
medius fidius i· ἡμίθεος Latine semideus: ἡμί enim dicitur semi, θεός
deus. Inde semideus inter deum et hominem, ex parte matris mortalis,
ex parte patris immortalis erat; 'fidius' pro 'filius': d pro l ponebant
386, 16 antiqui, sicut 'sedda' pro 'sella'. Ne facias, ne uideas: est et interrogatiuum,
ut 'dixistine?' ponitur et pro 'ut non', ut 'bene lege, ne sis stultus' i·
386, 17 ut non sis. Tam in aequalitate ponitur, ut 'tam uolo legere, quam scri-
386, 18 bere', i· utrumque ‖ 188 ‖ uolo. Vbi infinitum est aduerbium et locum
requirit. Quando aduerbium temporis est infinitum, non definit tempus,
ut 'quando ueniat ille?' Ad hoc, quod dicitur 'ubi', respondendum est
386, 19 'hic', et ad hoc, quod dicitur 'quando', respondendum est 'modo'. In
hoc loco, quando stabilitatem significat, ut 'intus sum' 'foris sum': ecce
386, 20 stabilitatem. Ad locum, quando motionem significat, ut 'intro eo' 'foras
eo': ecce motionem. 'Intus' et 'foris' idem significat; 'intro' et 'foras'
cf. 386, 21 similiter idem est. Quidam adiciunt de loco speciem tertiam, sed quasi
in loco, eo quod unam litteraturam habent ea, quae in loco sunt, et ista
de loco, ut 'intus exeo' 'foris uenio': ecce de loco. Per locum adiciunt
386, 23 quartam speciem, ut 'hac illac pergo', i· per omnem partem. Heus et
heu absolute manent.

cf. 386, 25 Aduerbio quoque accidit comparatio, sicut et nomini. Ideo his ad-
uerbiis, quae non habent omnes gradus, coniungimus 'magis' et 'maxime'

1 ubi] *Commentator in suo codice 'hic ubi' legisse uidetur p. 386, 8* 6 paruum 17 dios grece 18 hemitheus hemi theos

36 *Glossa codicis Bernensis f. 14ª marg. sin.*: Longe positiuus est a quo diriuatur longule; dicimus enim 'longule abiit' i. parum. Et sciendum est, quia diminutiua

Digitized by Google

pro comparatiuo et superlatiuo, ut 'pie' positiuus non facit 'piius' propter duas uocales, ne fieret ibi magna apertio oris, sed pro comparatiuo et superlatiuo 'magis pie' et 'maxime *pie*' dicimus ad augendam significationem. 'Minus' et 'minime' ad minuendam significationem ponimus: 'minus pie' et 'minime pie'.

Figurae sunt duae aduerbiorum, sicut et nominum. Componuntur cf. 387, 1 387, 2 aduerbia modis quattuor, sicut et nomina: ex duobus integris, ut reponenter: ex duobus corruptis, ut sufficienter; ex integro et corrupto, ut insipienter; ex corrupto et integro, ut suspendenter. Falso, quando 387, 4 nomen est, alii datiuo iungitur, ut 'falso scriptori dedi' datiuus cum datiuo; quando aduerbium, uerbo iungitur, ut 'falso loquitur'. Quo pro- 387, 5 nomen est ablatiui casus, ut: 'a quo magistro didicisti?' Est et aduerbium loci, ut 'quo pergis?' Pone et uerbum est et aduerbium, sed accentu distat; quando ‖ 189 ‖ aduerbium est, significat prope uel retro. Vnde Virgilius:

Pone subit coniunx.

Profecto participium est a uerbo proficiscor et tunc alii datiuo iungitur, 387, 6 ut 'profecto homini dedi'; quando aduerbium, tunc pro 'certe' ponitur, ut in euangelio: profecto peruenit in uos regnum dei. Quando con- 387, 7 iunctio est et pro siquidem ponitur, ut 'quando ueniet?' Propter praepositio accusatiuo iungitur, ut 'propter augurium'. Est et aduerbium et tunc uerbo iungitur, ut 'propter stat', idest iuxta. Heu interiectio est dolentis et aduerbium respondendi. — Quaedam aduerbia discernuntur 387, 8 sensu, ut 'falso'; monstrat enim constructio, quae pars fuerit 'falso'. Quaedam accentu, ut 'pone'. Sunt aduerbia loci, in lóco ut 387, 9. 10 Romae sum, per genitiuum, de loco ut Roma uenio, per ablatiuum; ad locum ut Romam pergo, per accusatiuum. Non anteponitur 387, 11 praepositio his s. aduerbiis. Omnia nomina prouinciarum et locorum praepositione egent, quia sensum et significationem nominis seruant. Vt de Africa uenio, Africa nomen est proprium prouinciae, non aduerbium 387, 12 et dicitur ab Afro auctore. Prouincia dicitur quasi 'porro uincta' regno uidelicet iuncta. Verbi gratia Iudaea cum regnaret ibi Archelaus, regnum

---

3 et maxime dicimus 15 Virgilius] *Aen. II 725* 18 in euangelio] *Marc. I 15*

---

aduerbia, quando a positiuis ueniunt, diminuunt sensum, quando uero a comparatiuis nascuntur, augent sensum, ut meliuscule, melius comparatum est, a quo diriuatur meliuscule. Dicimus enim: 'amice, meliuscule bibe!' i. parum melius.

22 *Glossa codicis Bernensis f. 14ᵇ marg. sin.*: Heu interiectio est dolentis, ut illud: 'Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est', et est aduerbium respondendi, ut: 'Heu, frater, iam uenio.' 25 *Glossa codicis Bernensis f. 14ᵃ marg. sup.*: Nomina ciuitatum primae uel secundae declinationis in quo casu intelliguntur in loco? In genetiuo. Ad locum? In accusatiuo. De loco et per locum? in ablatiuo, ut Valentiae sum Lugduni sum, Valentiam uado Lugdunum uado, Valentia uenio Lugduno uenio, Valentia transiui Lugduno transiui.

Digitized by Google

uocabatur; eiecto illo prouincia dicta est. Sicilia dicitur a Siculo rege.
cf. 387, 13 Italia ab Italo. — Praepositio aduerbiis nusquam apponitur per appositionem,
sed per compositionem, ut 'derepente' sub uno accentu pronuntiatur et
cetera.

## DE PARTICIPIO.

387, 18 Participium est pars orationis. Post nomen et uerbum bene
posuit Priscianus participium, quia ab utroque uenit: inde participium
dicitur quasi 'particapium' et cetera. Ideo inuentum est participium ad
transitiuam ‖ 190 ‖ constructionem uerbi; per nomen et uerbum nulla fit
transitio, ut 'homo legit': non potest transire ad aliam personam, quia
nominatiuus intransitiuus est in se manens; sed uerbum transit in parti-
cipium, ut fit transitio uerbi gratia: 'hominis loquentis filius est iste'.
387, 24 Iam duae sunt personae: persona patris transit in filium. — Participia
praesentis temporis generis sunt omnis. Licet generaliter hoc
dixit, sunt tamen quaedam, quae ad mares uel ad feminas pertinent, ut
'nubo' uerbum feminis adhaeret, inde participium eius 'nubens' feminini
generis est, si non figurate dixeris 'bonus animus nupsit mihi' pro 'mu-
liere bonum animum habente'. E contra 'futuo' ad uiros tantum pertinet,
387, 27 inde 'futuens' masculini generis. Significationes participiorum a
uerbis sumuntur, quia cuius significationis sit uerbum, eius sit et
participium, uerbi gratia 'lego' actiuae significationis est, sic et 'legens'.
Deponens tria habet, quia sub litteratura passiui sensum habet actiui et
ex parte passiui unum habet praeteritum 'luctatus', a parte actiui duo
'luctans luctaturus'. Commune habet quattuor, quia sub una litteratura
duos habet sensus: de actiuo sensu duo habet participia 'scrutans scru-
388, 3 taturus', a passiuo sensu alia duo, ut 'scrutatus scrutandus'. Tepescens,
i· pigrescens: inde 'tepidus' dicitur nec calidus nec frigidus. Defectiua
interdum alicuius sunt temporis, ut soleo solens, in futuro
deficit: sic 'studens' et 'crescens' in futuro deficiunt. Componi etiam
participia quattuor modis possunt, ut describens sufficiens perficiens
sufferens.

388, 12 Sunt et nomina speciem participiorum habentia, ut tuni-
catus. ‖ 191 ‖ 'Tunicatus' litteraturam habet participii, ut armatus, sed
nomen est. Et 'tunicatus' dicitur tunica indutus, et dicitur 'tunica' quasi
tonica, inde et 'toga' dicitur quasi 'tega' a tegendo. Galeatus galea
munitus; galea est munimentum capitis. Applicanda i· coniungenda.
388, 13. 15 Triumphata i· uictoriosa: hinc Virgilius:

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho.

Regnata, unde Virgilius:

---

7 Priscianus] *cf. I p. 548, 2 seq.* 12 ut sit 22 actiuum 37 Virgilius] *Aen. VI 831* 38 chorinto 39 Virgilius] *Aen. III 14*

Digitized by Google

Acri quondam regnata Lycurgo.

Furibundus litteraturam habet participii, quod similitudinem habet 388, 20
furienti, sed nomen est, quia non uenit a passiuo. Ludibundus similis
est ludenti. Moribundus similis est morienti, sed nomina sunt. Passus. 388, 21
'Passus' *si* quartae declinationis *est*, tunc nomen est et significat mensuram pedum; 'passus' si participium est, significat ipsum pati et est mobile per tria genera in us in a in um, ut 'passus est heri'. Visus nomen idem est et uisio. 'Visus' si participium est, ipsum uidere significat ut apostolus dicit: nouissime uisus est et mihi. Cultus i· ornatus. 'Cultus' nomen significat ipsam culturam; 'cultus culti' participium significat ipsum colere. Ista tria casibus discernuntur et temporibus. 'Sapiens' 'indulgens' quando nomina sunt, comparationem recipiunt; quando participia
sunt praesentis temporis, tempus pro comparatione habent. Coeptus 388, 23
participium praeteriti temporis est a uerbo 'coepi' defectiuo et non habet futurum. Vrgendus i· cogendus non habet futurum a uerbo urgeo,
quod facit praeterito 'ursi ursisti' et 'conturgeo contursi'. Acceptus i· 388, 24
susceptus participium praeteriti temporis ab accipio uerbo, et quando nomen est, comparatur, ut acceptus acceptior ‖ 192 ‖ acceptissimus; acceptus i· dilectus. Incensus similiter i· concrematus a uerbo incendo incendis: quando nomen est, comparatur 'incensus incensior'.

## DE CONIVNCTIONE.

Coniunctio dicitur a coniungendo, eo quod coniungit alias partes. Est autem quasi uinculum partium. Coniungit enim duo nomina, ut 'Virgilius et Priscianus', duo pronomina 'ego et tu', duo uerba 'legit et scribit', duo aduerbia, ut 'heri et hodie', duo participia, ut 'legens et scribens', et se ipsam coniungit, ut 'si et si', duas praepositiones 'circum et circa', duas interiectiones 'heu et euax.' Recte etiam post alias partes posita est coniunctio, quia eas coniungit. Vnde et merito 'potestas' ei datur pro accidente, quam aliae partes non habent. Sciendum autem, quia coniunctio tribus modis coniungit partes: sensu et litteratura, litteratura et non sensu, sensu et non litteratura. Sed hoc inquirentibus dimittendum est. Cum duo nomina sunt et unum uerbum, duo nomina egent coniunctione, ut 'Virgilius et Priscianus legunt'; et quando duo uerba et unum nomen, uerba egent coniunctione, ut 'legit et scribit Virgilius'. Quando uero multa nomina fuerint et una persona, ut 'Publius Cornelius

---

1 ligurgo 3 ludibundus] *Hoc uocabulum apud Donatum uulgo non legitur.* 4 passus quartae declinationis tunc

---

22 *Glossa codicis Bernensis f. 15*[b] *marg. dex. ad Don. p. 389, 2*: 'Saltem' sermo tractus est a captiuis, qui abducti hosti dicunt: 'Omnia nostra accipe, et saltem nobis uitam concede', et inde remansit saltem per sincopam i. per abcisionem u litterae.

Digitized by Google

Scipio', non egent coniunctione, quia unum hominem demonstrant. An-
388, 28 nectens i· ligans. Ordinans i· ordinate componit, ut quae praece-
dere debeant, praecedant, et quae sequi, sequantur. Verbi gratia: 'si
dies est, lucet' et 'si stertit, dormit', 'si ambulat, mouetur' non possunt
conuerti, quia sic coniunctio ordinat sententiam. Non potes enim dicere:
cf. 388, 30 'si lucet, dies est' || 193 || et cetera. — 'Haec copula' generis feminini in
singularitate significat matrimonium et nuptias, ubi duo iunguntur; simi-
liter 'haec copula' in pluralitate neutri generis, unde Martianus 'co-
pula sacra' dixit i· nuptias. 'Copulae' uero feminini generis sunt liga-
menta canum, inde copulatiuae a copulando dicuntur, disiunctiuae
a disiungendo. Interrogandum est, cur dicitur disiunctiua species in con-
iunctione, cum dicitur coniunctio a coniungendo. Nam coniunctio et dis-
iunctio contrariae sunt. Ad hoc respondendum, quia licet sensum dis-
388, 30 iungat, litteraturam copulat. Expletiuae, i· ornatiuae. Ornat enim
orationem: potes etiam dicere: 'dominus Iesus postquam locutus est eis'
sine coniunctione, sed ipsa addita pulchrior fit locutio, ut: 'dominus qui-
388, 31 dem Iesus'. Causales dicuntur, quae causam demonstrant, ut: 'cur
occidistis eum? quia inimicus erat.' Rationales, quae rationem habent,
ut: 'dic mihi, quomodo occidam eum; quatinus lateat, ueneno; nam si
389, 5 ex gladio, patebit.' Quatinus per i coniunctio est et ponitur pro 'ut',
per e uero aduerbium est, ut 'quatenus' i· quousque.

## DE PRAEPOSITIONE.

Praepositio dicitur a praeponendo, i· anteponendo, eo quod prae-
ponatur aliis partibus, licet quaedam sint, quae supponuntur, ut 'cum'
et 'tenus', sed a maiore parte dicitur praepositio a praeponendo, quia
389, 20 plures sunt, quae praeponuntur. Complet i· auget, ut excelsus i· ualde.
389, 23 Mutat, ut indoctus; minuit, ut sublucet. Expresse i· manifeste.
389, 24. 21 Circum circa i· in circuitu. Prae me i· ante me. — Praepositio
duobus modis partibus iungitur, uerbo tantum per compositionem, ut
389, 27 diduco i· diuido; recipio i· iterum capio; secubo i· seorsum cubo;
389, 31 amplector i· deosculor; congredior i· contra egredior. Insula
dicitur eo quod in salo sit posita, i· in mari. Infula dicitur uestis
sacerdotalis, sed proprie 'infula' dicitur uitta, qua ornantur capita sacer-
cf. 390, 23 dotum et pro omni ueste ponitur sacerdotali. — Super et subter natura-
liter iunguntur accusatiuo, || 194 || ablatiuo uero figurate, ut: 'gemina

8 Martianus] *lib. 1, 1, u. 2*   20 patebat   35 gemina] *Verg. Aen. VI 203*

30 *Glossa codicis Bernensis f. 16ª marg. sin.*: Diduco est diuido, unde Iuuenalis (*Sat. X 153, cf. supra p. 217, 20*): 'Diduxit scopulos et montem rupit aceto Hannibal.' Distraho est uendo, unde legimus: 'Distraxit Iudas Dominum.'   32 *Glossa codicis Bernensis f. 16ª marg. sin.*: Infula proprie dicitur uitta qua ligabant antiqui sacerdotes crines suos ne defluerent eis in oculis et ponitur pro omni ueste sacerdotali.

Digitized by Google

super arbore sidunt'; 'subter densa testudine casus'. Super 391, 2. 3
et subter figurate hic locum significant. 'Testudo' est camera scutorum,
qua milites tegunt capita sua, cum ascendunt murum. Multa super 391, 9
Priamo rogitans. Verba sunt Didonis, ad quam cum uenisset Aeneas,
interrogabat eum de Priamo rege Troianorum et de Hectore filio eius.
Conficio i· excrucio uel punio. Inde 'confectores' dicuntur carnifices. 391, 13
Suscipio aliquando significat ueneror i· honoro. Antiqui etiam geni- 391, 14
tiuo iungebant praepositiones, ut 'crurum tenus' pro crure tenus. Et 391, 15
est Graeca figura, quia Graeci non habent ablatiuum, sed loco eius geni-
tiuo utuntur. 'Hoc paleare' et 'haec palearia': signum est boni bouis,
quando paleare i· çorium a mento crurum tenus, i· usque ad crura
pendet. — Suppositae praepositiones significationem perdunt i· sensum cf. 391, 16
et uim nominis, iam non sunt praepositiones, sed suppositiones. Et 391, 18
legem propriam, quia lex praepositionis erat, ut praeponeretur. Do- 391, 20
natus dixit unum accidens esse in praepositione, sed quidam putant
figuram et ordinem. Simplex figura, ut 'abs'; composita, ut 'absque'.
Ordinem, quia quaedam praeponuntur et aliae supponuntur; inde Vir- 391, 22
gilius: 'te sine' pro 'sine te' et 'capulo tenus'.

## DE INTERIECTIONE.

Interiectio dicitur ab interiaciendo, quia, quando de aliis partibus
loquimur, erumpimus in interiectiuam uocem acti gaudio uel tristitia, metu
uel dolore. Interiecta i· interposita. Inuenta est interiectio ad hos 391, 26
affectus animi exprimendos: aut enim exprimit affectum metuentis, i·
timentis, ut . . . . . . . . . . uideo subitis lapsura ruinis. 'Ei'
inter|| 195 ||iectio est monosyllaba, 'ei' uero pronomen disyllabum; aut affectum optandi exprimit, ut: 'o Gallorum uictor'; aut affectum dolentis exprimit interiectio, ut 'heu', et aliquando in metro geminatur, ut poeta:

Heu heu quam pingui macer;

aut affectum laetantis, ut euax. Graeci interiectionem non habent, sed inter aduerbia deputant. Latini uero non habent articulos, sed illis utuntur pro pronominibus. Nos uero Latini non facimus aduerbia de interiectionibus, quia non statim ea uerbum subsequitur. Nam aduerbium dicitur, eo quod sit iuxta uerbum, istae uero uoces sine uerbo proferun-

---

1 subter densa] *Verg. Aen. IX 514* 3 Multa] *Verg. Aen. I 750* 5 hęctore 17 Virgilius] *Aen. XII 883* 18 capulo tenus] *Verg. Aen. II 553; X 536* 24 *Ante* uideo subitis *etc. aliquot uocabula putredine euanuerunt.* 25 dissyllabum 28 poeta] *Verg. Ecl. III 100* 34 iuxta uerbum] *In marg. ad haec adscriptum est manu eadem*: ut iuste iudicat: iuste aduerbium est, iudicat uerbum.

---

25 *Glossa codicis Bernensis f. 17*[b] *marg. dex.*: Hei interiectio est timentis et est monosillabum, unde Arator (*lib. II ed. Ben. tom. X p. 137 F*): 'Hei mihi iam uideo subitis (-as *cod.*) lapsura ruinis.' Sed quando pronomen est, est dissillabum, ut is eius ei.

Digitized by Google

cf. p. 392, 1 tur, ut 'heu mihi' 'euax'. Singulae pluresue partes pro interiectione
ponuntur; singulae, ut 'fas'. Fas nomen, i· licitum, et transit in inter-
392, 1 iectionem, sic 'toruum' nomen pro aduerbio ponitur. Pluresue, sicut
'nefas' 'pro nefas', ex multis partibus compositae; 'pro dolor' dolentis
est, ut Sedulius:

Pro dolor aeterni fuerant duo crescere postquam,

ex 'pro' et 'dolor'. 'Deo gratias' similiter compositum est ex duabus par-
tibus et est interiectio laetantis: quicquid enim subita uoce pronuntiatur,
392, 2 interiectioni deputatur. Nullus accentus certus est in interiectione. Vt
fere in aliis uocibus i· in aliis partibus, quia quaeque gens suas
habet interiectiones, quae in aliam linguam transferri non possunt. Vnde
'racha' interiectio Hebraea ab euangelista in alia lingua exprimi non po-
tuit. Nihil autem differt, utrum 'papáe' accentu in fine posito dicatur,
an in paenultimo 'pápae'. Similiter in ceteris. 'Papae' interiectio est
392, 3 admirantis, inde 'papa' admirabilis. Quas uoces i· interiectiones. In-
conditas inuenimus i· informatas. Incondita res dicitur informata,
quae nullam formam nullamque conditionem habet. Affectus dicitur desi-
derium, i· uoluntas ... effectus ..... ipse actus ab efficio uerbo i· per-
ficio.

---

5 Sedulius] *Op. pasch. lib. II tom. VI p. 462 E ed. Ben.* 11 in alia lingua 12 ab euangelista] *Matth. V 22* 13 pape, *ter sine accentu* 16 informatus 18 *In fine huius tractatus aliquot uoces putredine deletae sunt; ad extremum legitur* perficio EXPLICIT . . . . .

---

9 *Glossa codicis Bernensis f. 17*ᵇ *marg. sin.*: Condita res est bene formata, incondita, quae non est bene formata. Vnaquaeque enim gens suas interiectiones habet quae non possunt transferri in aliam linguam. Vnde euangelista 'racha' quae est interiectio apud Hebreos, non potuit transferre in aliam linguam.

---

Digitized by Google

# X.

# COMMENTVM EINSIDLENSE IN DONATI BARBARISMVM.

---

## [DE METAPLASMO.]

. . . .

. . . . . . '| p. 197 || 'ecstasis' uero excessus mentis. Italia antepaenultimam p. 396, 14
idest i breuem habet. Sed Virgilius ectasin faciens contra naturam
produxit. Profugus, porro fugiens idest longe. p. 396, 15

Systole est correptio ·i· adbreuiatio. Contraria ectasi, ut p. 396, 16
aquosus Orion, cum Orion antepaenultima producte dici debeat.
Orion Gigas fuit, est et signum in caelo lucidissimum et pluuiale, unde
et 'aquosus' dicitur. Orion dicitur quasi Vrion, eo quod ex urina deorum
sit natus.

Diaeresis est discissio unius syllabae in duas facta, p. 396, 18
quando uidelicet in duas syllabas una diuiditur, ut Albai longai pro p. 396, 19
Albae longae. Diaeresis est discissio, haeresis scissio inde Haereticos
dicimus, qui se scindunt ·i· diuidunt ab unitate fidei. Alba ciuitas est,
quam aedificauit Ascanius propter nouercales insidias, in qua reperta est
porca alba cum triginta porcellis.

Synaeresis est conglutinatio duarum syllabarum in unam p. 396, 20
facta. Syn Graece con, gluten res tenacissima est, unde aues capiuntur,

---

*Cod. Einsidl. 172 p. 197—200, 209—214* 1 Extasis uero] *Agitur de uocabulorum 'ectasis' et 'ecstasis' differentia* antepenultimam, *sic semper* 4 sistole 9 diheresis 11 heresis hereticos 15 sinheresis 16 sin

---

1 *Glossa codicis Bernensis f. 21ª marg. dext.*: Italiam proceleusmaticus (proceleumaticus) est qui non potest stare in heroico metro, sed Virgilius, quia saepius erat nominaturus Italiam, primam syllabam contra regulam produxit. 4 *Glossa codicis Bernensis f. 21ª marg. dext.*: Orion signum est in caelo apparens tempore hiemis et habet primam syllabam longam, quae causa metri breuiatur. Verba sunt Annae ad Didonem sororem suam, ut retineret Aeneam hieme, quia ualde amabat eum dicens: 'indulge hospitio causasque innecte morandi, dum pelago desaeuit hiems et aquosus Orion.'

Digitized by Google

p. 396, 21 inde conglutinatio. Vt Phaethon pro Phaëthon. Phaëthon filius fuit Solis, qui cum uituperaretur ab omnibus, quod non esset filius Solis, rogauit patrem suum, ut permitteret ei regere currus eius et permisit ei. At ille nesciens uiam Solis duxit illos per septemtrionalem plagam et tunc coepit mundus ardere, quod cum aspexisset Iouis, fulminauit eum et mortuus cecidit in Eridanum fluuium, a quo nomen accepit. Ipse enim Graece uocatur ‖ p. 198 ‖ Erix, inde Eridanus. Nerei pro Nerëi. Aeripedem ceruam pro aëripedem. Hoc Virgilius dicit de Hercule, qui cursu suo fixit ceruam aërios pedes habentem. Hic autem non dicit, quod eam fixisset sagittis, sed uelocissimo cursu fixit eam i· stare fecit.

p. 396, 27. 28 p. 396, 24. 23 Aspere dure. Difficilis grauis. Dura aspera. Collisio. . . . . Per interceptionem i· per subtractionem per abscisionem. Vt at-
p. 396, 25 que ea diuersa penitus dum parte geruntur. Virgilius hoc dicit de Aenea et Turno. Aeneas erat in Tuscia, Turnus uero in Italia.
p. 396, 23. 24 Lubrica labilis; lenis suauis.

p. 397, 1 Olli pro illi, ut Virgilius:

Olli caeruleus supra caput astitit imber.

p. 397, 2 R littera de ultimo in paenultimo loco transfertur, ut 'Euandre' pro 'Euander'; similiter 'Thymbre' pro 'Thymber'. Vnde Virgilius:

Quod tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis.

## DE SCHEMATIBVS.

Schema Graece figura uel habitus, inde schemata dicuntur figurae.
p. 397, 5 Lexeos genetiuus est Graecus, sonat autem Latine 'dictionis'. Similiter dianoeas genetiuus Graecus est, quod Latine dicitur 'sententia'. Sunt ergo schemata lexeos et dianoeas i· sunt figurae uel habitus dictionis et sententiae. Schemata lexeos i· dictionum. Dianoea enim Graece sententia
p. 397, 6 dicitur. Sed schemata dianoeas i· sententiarum. Ad oratores i· ad rhetores pertinent. Oratores sunt rhetores eloquentes, quia rhetores non per partes, sicut grammatici, sed per sententias schemata faciunt, quae Cicero ‖ p. 199 ‖ describit. Quae autem ad grammaticos, Donatus de-
p. 397, 7 scribit. Necessaria, i· magis utilia.

p. 397, 12 Prolepsis est praesumptio, siue praeoccupatio, quando ea quae

1 pheton pro phoeton phoeton 8 cernam] *cf. Donati cod. P p. 396, 21 K.* Virgilius] *Aen. VI 803* 10 fixisset *etc.*] *Cf. Seruium ad l. l.: Fixerit* autem statuerit et delassauerit, quia si telo fixisset, non ita esset laudabile. 15 in tuschia 17 Virgilius] *Aen. V 10* 20 timbre pro tiber Virgilius] *Aen. X 394* 21 timbre pater 22 DE S$\overset{H}{\text{C}}$EMATIBVS. 23 Sc$^{h}$ema $^{h}$abitus 26 fugurę uel $^{h}$abitus 29 non per per partes 33 prolemsis

33 *Glossa codicis Bernensis f. 21$^{b}$ marg. sin.*: Est enim praeoccupatio rerum ordine secuturarum, quia illud, quod primum debuit ponere, longe distulit; debuit

sequi debent, anteponuntur. Interea reges ingenti mole Latinus, p. 397, 13 'Quadriiugo uehitur curru, cui tempora circum Aurati bis sex radii fulgentia iungunt, Solis aui specimen; bigis it Turnus in albis, Bina manu lato crispans hastilia ferro. Hinc pater Aeneas, Romanae stirpis origo, Sidereo flagrans clipeo et caelestibus armis Et iuxta Ascanius, magnae spes altera Romae, Procedunt castris.' Primitus debuisset dicere 'procedunt', ad ultimum uero 'reges', sed, cum anteposuit illud, quod est 'reges', fecit prolepsin. Hoc Virgilius dicit de regibus, Latino uidelicet et Turno atque Aenea, qui ad foedus faciendum uenerant.

Zeugma potest dici coniunctio, quia ζεύγω Graece coniungo dicitur p. 397, 15 Latine. Clausulis sententiolis; apte, congrue; coniuncta, copulata. p. 397, 16 Interpres diuum interpretator deorum. Illud uerbum, quod est 'sentis', p. 397, 17 unam quamque sententiolam claudit ita: 'O Troiugena, interpres diuum i· interpretator deorum, qui numina Phoebi sentis i· diuinationem Apollinis intelligis, qui tripodas Clarii lauros sentis.' Clarius dictus estApollo, eo quod in Clario monte fuit nutritus. Tripus uocatur mensa Apollinis a tribus pedibus dicta. Laurus arbor Apollini consecrata est. Est enim quoddam genus lauri habens tres radices in quibus diuinatio capitur. Haec uerba loquitur Aeneas ad ‖ p. 200 ‖ Helenum uatem Priami filium. Qui sidera sentis i· qui in sideribus capis diuinationem.

Hypozeuxis est figura superiori i· zeugmae contraria, quia p. 397, 19 zeugma superior figura uno uerbo multas clausulas coniungit, hypozeuxis uero singulis clausulis singula uerba coniungit. Vt regem adit et regi p. 397, 21 memorat nomenque genusque. De Aenea in Virgilio hoc legitur, qui cum perrexisset ad Tarchontem regem, ut peteret ei auxilium, indicauit ei nomen suum et genus.

Syllepsis est dissimilium clausularum per unum uerbum p. 397, 23 conglutinata i· coniuncta conceptio, ut hic i· in Carthagine. p. 397, 24 Illius i· Iunonis; arma, hic currus fuit. Hoc Virgilius de Iunone dicit. Dissimiles clausulas uocat dissimiles numeros i· singularem et pluralem, qui uno uerbo coniunguntur, ut 'hic illius arma, hic currus fuit' uno uerbo, quod est 'fuit', coniungit pluralem numerum i· 'arma' et singularem i· 'currus'. Hoc autem attendendum, quia uerbum ad

---

2 quadriiugo] *Verg. Aen. XII 161—169* 3 speciem 8 prolemsin 9 zeuma 10 zeugo 16 tripos 18 in quibus diuinatio capitur] *cf. Seruium ad Verg. Aen. III 359:* Per 'lauros' autem oraculum intellegimus. 19 *Verba* Helenum uatem *putredine euanuerunt.* 21 ypozeusis zeumae 22 zeuma multis [a] clausulis [a] 25 tarcontem 27 silemsis 28 in chartagine

---

enim dicere continuo 'reges ingenti mole procedunt castris', deinde 'Latinus'. Cuius rei exemplum hoc est: 'Continuo reges ingenti mole Latinus — procedunt castris puraque in ueste sacerdos.' Haec dicit de conuentu regum Latini et Turni Aeneae et Ascanii.

Digitized by Google

clausulam, quae sibi propria est, respicit, siue illa singularis siue pluralis
p. 397, 25 numeri sit. Hoc schema i· haec figura. Late patet i· ubique mani-
festatur. Et fieri solet s. illa figura. Per accidentia i· per genera
partium orationis, uerbi gratia 'uir et mulier, qui nouiter ad nos uene-
runt, magni sunt'. Hic 'uir' et 'mulier' cum sint masculini et feminini
generis, per unum genus i. masculinum clauduntur, quia, ubi duo genera
iunguntur masculinum et femininum, per illud, quod praecipuum est,
resoluuntur.

. . .

## [DE TROPIS.]

. . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . [*Periphrasis est circum-*]
p. 400, 32 || p. 209 || locutio quae fit aut ornandae rei causa i· ut res,
quae per se pulchra est, quodam ambitu locutionis pulchrior efficitur.
p. 400, 33 Aut uitandae s· rei causa; quae turpis est i· quae per se pulchre
p. 401, 1 efferri non potest nisi circumlocutione adornetur. Vt: et iam prima
nouo spargebat lumine terras Aurora et cetera. Per se pulchra
esset dictio, si diceretur 'oritur iam dies', sed circumlocutione pulchrior
fit oratio, cum dicitur ita: 'Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Aurora': 'nouo lumine' dicit secundum Epicureos, qui dicebant solem
p. 401, 2 occidere sero et mane iterum nasci, unde et puer depingitur. Et nimio
ne luxu i· nimia pinguedine. Obtunsior usus i· hebetatior uia sit.
Genitali aruo et sulcos oblimet inertes. Virgilius hoc dicit de equa-
bus, quae tempore coitus non crassae, sed macrae debent esse. 'Geni-
tali' autem 'aruo' dixit pro uulua, ut res, quae per se turpis erat ad
proferendum, quadam circumlocutione uitaretur. Aruum autem proprie est
terra proscissa.

p. 401, 4 Hyperbaton est transcensio i· transilitio et transgressio.
Quaedam i· quando multa interponuntur et ad ultimum ea, quae de-
buerant praecedere, subiunguntur. Verborum ordinem i· conturbans
ordinem uerborum.

p. 401, 6 Hysterologia uel hysteroproteron est sententiae cum
uerbis ordo mutatus i· quando sententiae et uerba simul mutantur.

---

8 *Post codicis pag. 200 ponenda erat p. 209 = Don. p. 400, 32 seq., aliquot foliis in medio deperditis.* 18 secundnm Epicureos] *cf. Seruium ad Verg. Aen. IV 584:* 'Nouo lumine' secundum Epicureos, qui stulte Solem de atomis dicunt constare, et cum die nasci, cum die perire. 20 hebetacior 26 yperbaton 30 ysterologia uel ysteroproteron

---

20 *Glossa codicis Bernensis f. 23*[b] *marg. sin.*: Iste locus in tantum totus turpis est, ut etiam in uulgari locutione despiciatur audiri, sed poeta quadam circumlocutione eum comit uocans uuluam genitale aruum et sulcos i. quasdam rugas in uulua esse dicit.

Digitized by Google

Vt et torrere i· coquere; parant i· student et praeparant; flammis p. 401, 8 i· ignibus; et frangere i· molere s. parant; saxo i· mola. Hoc in Virgilio de Troianis reperitur. Debuerat enim prius dicere 'et frangere saxo parant' et *tum* 'torrere flammis'. Prius enim fruges saxo i· mola comminuuntur i· moluntur, deinde torrentur i· igne coquuntur. Seruius autem dicit in commento Virgilii, hic non esse ordinem mutatum. Troiani enim fruges i· frumentum, quae post tempestatem illis remanserant et aspergine ‖ 210 ‖ maris humefactae fuerant, torrebant i· siccabant, deinde saxo frangebant. Nam et hodie siccari ante fruges et sic frangi uidemus et quia apud maiores nostros molarum usus non erat, frumenta torrebant et ea in pilas missa pinsebant, et hoc erat genus molendi, unde et 'pinsores' dicti sunt, qui nunc 'pistores' uocantur. 'Pinsere' autem dici Persius probat, ut:

O Iane, a tergo quem nulla ciconia pinsit.

O Iane i· o prudens; a tergo i· retro; quem nulla ciconia pinsit i· quem nullus iaculo inuidentiae et calliditatis retro percussit. Ianus enim bifrons est et prudens homo undique circumspectus et oculatus est, unde et nullius inimici hominis tela timet.

Anastrophe est uerborum tantum, s· non sententiae. Ordo p. 401, 9 praeposterus, ut 'Italiam contra'. 'Contra' praepositio est, praepositio autem a praeponendo dicitur. Cum ergo supponitur in hoc loco, ordo praeposterus est i· permutatus. Virgilius hoc dicit de Carthagine, quae contra Italiam ex i· contra Romam sita est. Roma enim est hac parte maris, Carthago uero ex alia. Italia dicta est ab Italo rege. Aeneas mittit; rapidum i· uelocem Achaten ad naues. Cetera uero cf. p. 401, 12 quae sequuntur, per parenthesin interposita sunt 'neque enim patrius' et cetera. Hoc autem de Aenea dictum est, qui cum esset cum Didone, misit Achaten armigerum suum ad naues propter Ascanium.

Una dictione uel pluribus interiectis i· interpositis, quando p. 401, 14 uidelicet in medio uerbi una uel plures dictiones interponuntur. Sep- cf. p. 401, 15 tentrio nomen compositum est: hoc uno nomine diuiso multae dictiones interponuntur. Plurima etiam talia inueniri possunt. Subiecta s· haec pars mundi. Septentrioni. Septentrio autem a septem stellis axis uocatus, quae in se reuolutae rotantur ‖ 211 ‖. Hoc autem proprie 'uertex' dicitur, eo quod uertitur, sicut poeta ait:

Vertitur interea caelum.

Synchysis est hyperbaton ex omni parte confusum p. 401, 18 i· commixtum i· quando uerba et sensus confunduntur. Vt tris i· tres p. 401, 20

4 et torrere  5 Seruius] *ad Verg. Aen. I 179*: Multi Hysteroproteron putant, non respicientes superiora: quia dixit undis Cererem esse corruptam, quam necesse fuerat ante siccari. — Et uolunt etiam hic Hysteron proteron esse: quod falsum est. Nam et hodieque *etc.*  9 Nam] *Sunt Serui uerba l. l.*  et hodieque *Seruius*  13 Persius] *Sat. I 58 Jahn.*  22 chartagine  35 poeta] *Verg. Aen. II 250*  37 sinchrisis est yperbaton

s· naues. Notus i. uentus australis; abreptas i· cum impetu raptas; in saxa latentia i· absconsa; torquet i· torquendo proicit. Haec saxa inter Sardiniam et Africam sunt, quae mari sereno apparent, tempestuoso uero latent, quia fluctibus operiuntur, ubi Romani et Afri inter p. 401, 21 se coniurationem fecerunt. Saxa uocant Itali i· Romani; aras s. deorum marinorum.

p. 401, 24 Hyperbole est dictio fidem i· credulitatem; excedens i· eminens et transcendens, quando uidelicet magna res dicitur, quae credi non possit; augendi causa, ut niue candidior. Talis res i· talis dictio p. 401, 25 fidem supereminet, quia nulla res niue candidior inuenitur. Minuendi ut tardior s. est iste; testudine. Testudo est animal tardigradum cuius dorsum testa durissima tegitur, unde et nomen accepit. Testudo etiam est camera scutorum. Ista dictio fidem superat, quia nullum animal tardius testudine incedit.

p. 401, 26 Allegoria est tropus i· conuersa dictio; quo aliud significatur quam dicitur, i· quando aliud sonat in uerbis atque aliud in sensu p. 401, 27 intelligitur; ut et iam tempus s. est; equum pro equorum; fumantia laborantia; soluere s. a frenis. Tractus sermo ab equis, quia sicut illis fatigatis colla soluuntur et frena laxantur, ita et poeta fatigatus suo carmini finem imponit; 'fumantia' igitur 'colla equum' carmen suum uocat.

p. 401, 30. 31 Ironia est, quando aliquem uituperando ‖ 212 ‖ laudamus. Vt egregiam uero laudem et cetera. Dido hoc loquebatur ad Venerem et ad filium suum Cupidinem. 'Egregiam uero laudem' i· non egregiam, 'et spolia ampla refertis' i· non ampla, utpote de una femina. Hanc p. 402, 2 s. ironiam; nisi grauitas pronuntiationis adiuuerit i· subleuauerit; quod negare contendit i. uult.

p. 402, 3 Anti Graece contra, frasis locutio, inde antifrasis contraria dictio uel p. 402, 4 locutio. Bellum diriuatum a bono. Bellum itaque i· proelium per contrarium dicitur, eo quod minime sit bonum. Lucus est silua densissima p. 402, 5 diis consecrata. Parcae dicuntur eo quod minime parcant i· indulgeant. Tres sunt Parcae filiae Iouis et Iunonis: Clotho interpretatur euocatio, Lachesis sors uitae, Atropos sine lege uel ordine. Prima enim fuit natiuitatis euocatio, secunda sors uitae, quemadmodum quisque uiuat, tertia mortis sine condicione i· sine lege. Ipsa sunt et tria fata.

Aenigma est obscura i. tenebrosa obtecta difficilis scrupulosa. p. 402, 6 Sententia i. dictio; per occultam i. absconsam et incognitam; simi- p. 402, 7 litudinem i· significationem. Vt mater me genuit et cetera. In aenigmatibus Symphosii hoc legitur de glacie. Glacies enim ex aqua

---

1 nothus 4 Romani et Afri] *cf. Seruium ad Aen. I 108* 7 yperbole 21 yronia 25 yroniam 31 cleto 35 enigma 37 enigmatibus 38 Symphosii] *Non inueni apud Symphosium, cuius quidem de glacie aenigma longe aliter sonat, cf. A. Riese anthol. Lat. I p. 190, 45. Quae commentatoris expositio si pro uera habenda est, Symphosii aetas accuratius definiri inde poterit, quam adhuc factum est ab Alexandro Rieseo ann. gymn. Austr. 1868 p. 485.*

Digitized by Google

congelata efficitur et iterum sole colliquefacta redit in aquam. Concres- p. 402, 8
cere i. conuertere; et ex eadem s. glacie; effluere s. aquam i. pro-
creare. Dura dictu i. ad dicendum; gratius delectabilius leuius; ut p. 402, 9
cum s. solet fieri. Interrogantibus nobis utrum nos quaesierit ali-
quis. Respondetur s. ab aliquo bona fortuna i. bonus euentus. p. 402, 10
Dura esset dictio si diceretur 'nemo nos quaesiuit'. Sed leuius profertur,
cum dicitur 'bona fortuna'. Vnde i. ex hac responsione.

Accommodatum acceptum congruum. Aduersus stimulum p. 402, 11. 12
calces. 'Calces' tractus sermo a bobus, qui stimulati calcitrant et iterum
punguntur. Prouerbialiter autem potest ad aliquem rebellem referri, qui
ab aliquo increpatus calcitrat sed iterum . . . . . . . pungitur. Et lupus
in fabula. Lupi natura est, ut, si hominem uiderit, antequam ab eo
uideatur, uocem illius auferat: sic homines malum de aliquo loquentes,
ipsum, de quo loquuntur, si superuenire uiderint, sermo eorum deficit,
et tunc conuenienter hoc prouerbium potest dici 'lupus in fabula'. Ho- p. 402, 13
stilis irrisio i. quae ab hoste infertur. Vt en agros i. ecce campos.
Verba Camillae sunt insultantis cuidam Troianorum, quem interfecit. Et p. 402, 14
quam s. Hesperiam; bello i. per bellum; Troiane petisti i. inuasisti. p. 402, 15
Hesperiam i. Italiam; metire i. mensura; iacens s. mortuus. p. 402, 16

Astismos est tropus multiplex i. multas species habens; pu- p. 402, 17
tatur s. a doctoribus dictum omne i. omnis dictio. Faceta lepida
iocunda; urbanitate i. eloquentia. Vrbani homines i. qui in ciuitatibus
habitant, eloquentiores solent fieri, quam rustici i. uillani. Inde 'urba-
nitas' pro eloquentia ponitur, 'rusticitas' uero e contra pro simplicitate.
Expolitum elimatum exornatum. Vt est illud s. exemplum. Qui p. 402, 18. 19
Bauium non odit, amet tua carmina Maeui. Bauius et Maeuius
duo pessimi poetae fuerunt, qui detrahebant Virgilio, quibus ipse facete
detrahit dicens: 'qui Bauium non odit, amet tua carmina Maeui', i. qui
non odit unum, sit ei pro poena, ut diligat alterius carmina i. Maeuii et
faciat contra naturam sicut sequitur: atque idem i. u. e. m. h.

Minus notae rei i. incognitae; quae magis nota est i. plus p. 402, 21
cognita, quando uidelicet aliqua res per se incognita per similitudinem
alterius rei cognitae demonstratur. Icon Graece similitudo dicitur. p. 402, 22
'Iconas' autem dicimus statuas gypseas: gypsus uero est terra tenax,
unde statuae fiunt. Vel eorum s. membrorum. Comparatio i. quali- p. 402, 23
tas et quantitas. Vt os humeros ‖ 214 ‖ deo similis. Hoc de Aenea p. 402, 24
in Virgilio legitur, qui cum apparuisset Didoni, erat similis deo. Os
i. per os et per humeros. Per os totum corpus intellige. Parabole
Graece parabola Latine i. similitudo. Mugitus proprie bouis est, sed p. 402, 26
hic hominis translatiue dixit mugitum, quia sicut bos mugitum dat, sic

4 utrum pro an nos 11 *Post* 'iterum' *aliquot uocabula euanuerunt.* 15 dici et lupus 20 antismos 26 meui meuius, *sic semper* 33 gipseas. gipsus uero

homo uulneratus sonum emittit confusum. Hoc autem de Laocoonte
dictum est, qui, cum uulneraretur a serpentibus, uoces ueluti bouis emit-
tebat. Cum saucius s. iam prosauciatus; aram taurus 'et incertam
p. 402, 28 excussit ceruice securim'. Paradigma est propositio i. problema uel
enarratio uel elocutio; hortantis aut deterrentis, i. quando aliqua
p. 402, 29 res hortando aut deterrendo dicitur. Hortantis ut: Antenor potuit
p. 402, 31 mediis elapsus Achiuis i. regibus uel Graecis. Illyricos i. Panno-
nios; penetrare sinus i. recessus. Illyria ipsa est Pannonia. In Vir-
gilio hoc legitur, quod Venus deprecabatur Iouem, ut concederet Aeneam
intrare posse in Italiam, ac si hortantis diceret: 'Cur Aeneas, qui de tua
stirpe descendit, non potest similiter Italicos penetrare sinus, sicut po-
tuit Antenor Illyricos?' Antenor socius fuit Aeneae, qui fugiens a Troia
facile potuit peruenire ad Illyriam. Aeneas uero in mari et in terra per
p. 402, 32 septem annos uagabatur. Deterrentis paradigma ut: Ac non sic
Phrygius pastor. Amata dicebat hoc ad Latinum maritum suum, no-
lens, ut ipse daret filiam suam Lauiniam Aeneae. Ac si diceret: 'Num
quid sic iste uult filiam nostram captiuam ducere, sicut Phrygius pastor',
p. 402, 34 i. Paris, qui etiam Alexander dictus est. Ledaeamque Helenam
duxit i. filiam Ledae. Hoc ad deterrendum dicebat. Lacedaemona
i. Lacedaemonem, Spartanam uidelicet. Lacedaemona pars Graeciae, hoc
est Laconia.

---

1 laochoonte 7 illiricos 8 illiria, *sic semper* 15 frigius, *bis* adamata
18 ledeam helenam 21 lacona

Digitized by Google

# XI.

# DIFFERENTIAE SERMONVM.

---

Inter metum *et timorem* et pauorem hoc interest, quod metus futura prospicit, timor subita mentis consternatio, pauor animi motus, unde etiam 'pauida iumenta' dicimus.

Inter que et ue hoc interest, *quod* que coniunctio, ue districtio.

Inter omnes et cunctos et uniuersos hoc interest, quod omnes, quorum mentio est, cuncti, qui in uno loco conuersi; qui ubique sunt, uniuersi.

Inter undam et aquam hoc interest, quod unda copiosa aqua est, unde etiam 'abundantiam' dicimus, aqua naturalis est.

Inter tacere et silere hoc interest, quod tacet, qui desinit loqui, silet, qui nondum coepit.

Inter auxilium et praesidium et subsidium hoc interest, quod auxilium laborantibus mittitur, praesidium praeparatur, subsidium seruatur, ut, cum exegerit necessitas, detur.

Inter consequi et insequi hoc interest, quod consequimur praecedentem, insequimur inimicum.

---

*Cod. Bern. 178 saec. IX f. 111ᵃ—116ᵃ = A; cod. Bern. A 92 fragm. 34 saec. XI—XII p. 1 seq. = B; cod. Bern. 330 saec. X f. 45ᵃ 46ᵃ = C, quo usus erat Putschius p. 2203—8. In cod. Bern. 178 hic est titulus:* DIFFERENTIAS CICERONIS. Inter metum *etc., in cod. A 92:* INCIPit dissonantia sermonum. Inter auxilium *etc., in cod. 330:* IN NOMINE SALVATORIS INCIPIT DE DISSONANTIA SERMONVM. Inter auxilium *etc.* 1 et timorem *om.* A quod metus frustra prospicit, timor subita mentis consternatio est, pauor animi motus, unde et iam — dicimus *Dionysius Gothofredus (uide praef.) app. p. 93; cf. Reifferscheidii Suetoni rell. p. 279* 4 quod *om.* A coniuntio A districio A Inter que et ue disiunctio *Gothofredus p. 93* 5 omnes quorum mentio est, cuncti, qui ubique sunt, uniuersi qui in uno loco uersi *Gothofredus p. 93, cf. Reiff. p. 283* 9 aque A unda copiosa aqua est, aqua etiam naturalis *Gothofredus p. 93* 10 sileat A qui desinit loqui silet et qui nondum coepit tacet *Gothofredus, cf. Reiff. p. 289* 12 Inter auxilium] *Hinc incipit cod. Bern. A 92 fragm. 34 = B et cod. Bern. 330 = C* sub^si^dium B quod *om.* B 13 laboranti B ut est cum exigerit A ut cum exhibuerit B (exibuerit C). *Eadem quae supra posui, extant apud Gothofredum p. 93* 16 consequi et sequi A sequi et insequi B cum sequimur A sequimur B. Inter sequi et consequi hoc interest, quod consequimur — inimicum *Gothofredus p. 93, cf. Reiff. p. 289*



Digitized by Google

Inter initium et principium hoc interest, quod principium . . . . . operis caput, initium est, quod frequentius intellegimus et toties accipimus, quoties aut mutat personam . . . . . in alteram rem, et principium semel, initium saepius. Principium est, ut: 'arma uirumque Troiae cano'; initium: 'Musa mihi memora causas.' Sunt tamen principia, quae natura sui carent et speciem initii habent, ut: 'At regina graui *iam dudum saucia* cura' et: 'Sic *fatur lacrimans classique inmittit habenas.*'

Inter simulare et dissimulare hoc interest, quod simulare scire, quae nescimus, dissimulare, quae scimus et nos scire negamus.

Inter polliceri et promittere hoc interest, quod pollicemur ultro, promittimus rogati.

Inter nullum et neminem hoc interest, quod nullus ad uniuersa potest referri, nemo ad hominem et est nemo quasi nec homo.

Inter intus et intro hoc interest, quod intro eo, intus sum.

Inter intus et foras hoc interest, quod intus uenio, foras eo.

Inter lustra productae et lustra correptae hoc interest, quod lustra sunt certa tempora, lustra latibula uel turpium hominum receptacula.

Inter seruitium et seruitutem hoc interest, quod seruitus necessitas seruiendi, seruitium dicimus numerum seruorum idest multitudinem.

Inter terminum et finem hoc interest, quod terminus non nisi manu ponitur, finis uel sermonis uel uoluntatis uel cuiuscumque rei intellegi potest.

Inter asperum et ferocem hoc interest, quod ferox natura, asper ad tempus.

---

1 inter principium et initium BC pricipium A principium operis capud initium est A principium totius corporis iuitium rei est B (*idem om.* est C) principium totius corporis est, initium quasi primum *Gothofredus p. 93* 2 quod frequentius — habenas *om.* BC accipies A 3 quoties ā motat personam in alteram rem A 4 inicium sepius A arma] *Verg. Aen. I 1* 5 Musa] *Verg. Aen. I 8* quantum sui A 6 at regina grauarum et sic A At regina] *Verg. Aen. IV 1* 7 Sic fatur] *Verg. Aen. VI 1* principium totius operis, cuiuscunque uuum est, quasi primum operis caput, initium est, quod frequentius intelligimus et toties accipimus, quoties aut persona mutatur quasi intus in alteram rem et principium semel — causas memora. Inueniuntur tamen principia quae natura sui carent et specie initia habent ut — habenas *Gothofredus p. 106, cf. Reiff. p. 275* 9 disimǐlare A simulamus quae BC que A 10 nescimus et negamus nos scire, dissimulamus quae scimus BC *et Gothofredus p. 93, cf. Reiff. p. 290* 11 pollicere A pollicemus, *corr.* -mur A quod promittimus roganti pollicemur ultro B promittimus rogati pollicemur ultro C *Gothofredus p. 79, cf. Reiff. p. 286* 13 quod *om.* BC nullum quasi ad neminem referri hominem nemo quasi nec homo BC nullus potest referri — nec homo *Gothofredus p. 79, cf. Reiff. p. 281* 15 intro eo intus (in intus C) sum intus uenio foras uenio (eo C), *ceteris omissis* BC Inter intus et intro hoc interest, quod intro eo intus sum intus uenio foras eo *Gothofredus p. 79* 17 producte A producta B correpte AC correpta B quod sunt certa lustra tempora A quod lustra sunt tempora certa BC 18 latibula ferarum BC turpia BC Inter lustra producte et lustra correpte hoc interest quod lustra sunt certa tempora, lustra latibula ferarum — receptacula *Gothofredus p. 79, cf. Reiff. p. 277 ibique Handium* (*progr. Ien. 1848 p. 8*). 20 seruitium numerorum A idest multitudinem *om.* BC *et Gothofredus p. 79, cf. Reiff. p. 290* 21 non nisi quod manu BC 22 intelligi B terminus non sine manu ponitur — uel cuiusque rei alterius intelligi potest *Gothofredus p. 79, cf. Reiff. p. 292* 23 quod asper ad tempus ferox ad naturam BC asperum ad tempus, ferox a natiuitate *Gothofredus p. 79*

Digitized by Google

Inter flumen et fluuium et amnem et torrentem hoc interest, quod *flumen a* fluere dicitur, fluuius temporalis aqua est, amnis ab ambitu cognominatur, torrens, qui hieme intumescens imbribus niuibusque conpletur, aestate torretur, idest siccatur.

Inter innocentem et innocuum hoc interest, quod innocens sanctitate morum intellegitur, innocuus, qui nocendi uim non habet.

Inter generosum et nobilem hoc interest, quod generosus ex nobili genere nascitur, nobilis operibus uel opibus fit.

Inter regium et regalem hoc interest, quod regius puer est, regalis rex, qui regit regnum.

Inter amentem et dementem hoc interest, quod amens tota mente caret, demens, qui partem retinet, quasi deminutus parte mentis.

Inter pecudes et pecora hoc interest, quod pecudes tamquam oues tantum accipimus, pecora autem mixtura omnium animalium.

Inter demonstrare et monstrare hoc interest, quod monstrare semel, demonstrare autem saepius.

Inter diuitem et honestum et pecuniosum et locupletem et opulentem et beatum hoc interest, quod diues auro et argento, honestus moribus dicitur et dignitate et honoribus, pecuniosus a pecoribus dicitur, locupletem agri faciunt: dicitur ab eo, quod sit loci plenus, opulentus his omnibus plenus, beati ab animo.

Inter palam et coram hoc interest, quod palam omnium praesentiam notat, coram personam accipere desiderat.

Inter album et candidum hoc interest, quod album naturale est, candidum cura facit.

---

1 et amñ A amnem, *om.* et C quod fluere dicitur A quod flumina pluraliter dicuntur fluuius temporalis BC 2 [ab]ambitu A 3 cognominatur *om.* B quem A intumescit BC 4 estate B flumen a fluere dicitur, flumen a temporali aqua est, amnes ab amnito cognominatur, torrens qui hyeme intumescit et imbribus — completur *Gothofredus p. 79* 6 intelligitur innocuus qui non habet uim innocendi B innocens — qui non habet uim nocendi C *Gothofr. p. 80, cf. Reiff. p. 276* 7 quod sic generosusus A quod generosus nascendo [o]peribus sit B, *aliquot uerborum spatio relicto.* generosus nascitur (nascendo C) nobilis opibus fit C *Gothofredus p. 80* 9 Inter regem et regalem C hoc est inter B regis puer C puer regalis est BC Inter regium et regem hoc interest, quod regius puer regalis est, rex quia regit regnum *Gothofr. p. 80, cf. Reiff. p. 288* 11 tota menta A in toto caret mente BC 12 qui *om.* B demens par[t]e mentis C *reliquis omissis* retinet quasi deminutus parte *om.* B amens in totum caret mente, demens partem retinet dictus diminuta parte mentis *Gothofredus p. 80* 13 pe|||cora, *bis* C pecudes tantum oues accipimus BC 14 animalium est BC pecodes tantum oues accipimus — animalium est *Gothofredus p. 80, cf. Reiff. p. 286* 15 in monstrare et demonstrare B monstramus sem[el] demonstramus saepius B, *idem* (semel — sepius) C *et Gothofredus p. 80, cf. Reiff. p. 280* 17 et *ubique om.* BC pecuniosum beatum locupletem opulentum hoc interest BC 18 diues argento auroque B diues auro argentoque C 19 dicitur *om.* BC et honoribus dicitur beatus ab animo locupletem agri faciunt BC 20 dictus B locis plenus BC 21 his *om.* BC omnibus bonis plenus tanquam (tamquam C) operibus (opibus C) suis eminens BC diues auro argentoque, honestus moribus dicitur, pecuniosus a pecoribus dicitur, beatus ab animo, locuples ab eo quod sit locis plenus, opulentus omnibus his plenus tanquam opibus suis eminens *Gothofredus p. 80* 22 hominum praesentiam (praesentium, *corr.* -iam C) BC omnium praesentium A 23 accipe A *om.* BC palam hominum — desiderat *Gothofr. p. 80. 91, cf. Reiff. p. 286* 24 Inter album — cura facit *om.* A, *add.* BC *et Gothofr. p. 91*

Digitized by Google

Inter sensum et intellectum hoc interest, quod sensus naturalis est, intellectus a re obscura.

Inter exanimum et inanimum hoc interest, quod exanimus, qui anima priuatus est, inanimus, qui numquam habuit.

Inter imbrem et nimbum et pluuiam hoc interest, quod imber a Graeca significatione descendit, quia summa ui quasi umbrosus cadit et cito desinit, pluuia quod inpulsu uenti nubes exprimunt, unde etiam plorare dictum, cum cogente dolore lacrimae exprimuntur. Nimbus etiam erumpit, ut aliquam partem caeli *minorem* occupet, aliam maiorem serenam relinquat.

Inter sanguinem et cruorem et saniem hoc interest, quod sanguis dicitur, cum intra corpus est, quod nos sanciat, idest contineat, cruor cum fusus, dictus quod conruere cogit, sanies cruor putridus.

Inter terga et tergora hoc interest, quod terga sunt hominum, tergora animalium; singulari numero tergum dicimus hominum, animalis tergus dicitur.

Inter mi et mihi hoc interest, quod mi pronomen est simplex, mihi conpositum est, uel mi uox affectus est et uocatiuum semper desiderat casum, mihi datiuum.

Inter iram et iracundiam hoc interest, quod ira ex causa nascitur, iracundia perpetuum uitium.

Inter tum et tunc hoc interest, quod tum ordinis habet significationem, tunc temporis.

Inter noctu et nocte hoc interest, quod nocte nomen est, noctu aduerbium.

---

2 intellectus ā rem obscura A sensus naturale est — obscura *Gothofredus p. 91, cf. Reiff. p. 290* 3 unanimum BC iterest A qui anima priuati est A qui priuatus est anima BC 4 unanimus qui unum animum habet BC exanimus — qui nunquam habet animam *Gothofredus p. 91* 5 inbrem B quod *om.* BC a greca BC a grecarum A 6 qui AC quasi humbrosus A, *om.* BC cadet A *in ras.* C 7 pluuia est quod B pluuia est quam C impulsa uentorum nubes B inpulsu uentorum et nubes, et *eras.* C expremunt A plorare B pluale A dictum est B est dictum C 8 coacte (coactę C) doloris BC lacrime expremuntur A et aliquam B 9 partem caeli maiorem occupet aliam serenam relinquit A partem maiorem occupaet cęli quam serena relinquet B *idem* C (occupet caeli — serenum, *corr.* serena — relinqu^e^et) imber a Graeca significatione descendit quasi umbrosum qui summa ui cadit sed cito descendit. Pluuia est quam impulsu uenti — plorare est dictum cum coactae dolore lacrymae — ita ut aliquam partem minorem occupet coeli, maiorem serenam relinquat *Gothofr. p. 91* 10 quod *om.* BC 11 intra corpus est dictus qui (quod C) nos BC conteneat A cruor confusus A cruor conscius est dictus quod cogat (corruere cogat C) BC 12 cruor puris B patris C sanguis — est dictus quod nos sanciat — cum fusus ideo dictus quod conruere cogat, sanies corpus putre *Gothofr. p. 91, cf. Reiff. p. 290 ibique Handium.* 13 quod terga hominum sunt BC 14 singulari tergum dicimus animalis tergus dicitur numero hominum A nam singularis hominis tergum animalis tergus dicimus BC terga hominum sunt, tergora animalium: numero singulari hominis tergum dicimus, animalis tergus *Gothofr. p. 91, cf. Reiff. p. 292* 16 quod *om.* BC simplex est BC 17 compositum BC est — datiuum *om.* BC 19 cassum A mi pronomen — casum (est *bis om.*) *Gothofr. p. 91, cf. Reiff. p. 278* 20 causa, *om.* ex A quod ^ex^ causa, *om.* ira C 21 iracundiam A uitium est BC ira ad tempus, iracundia continetur in corde *Gothofr. p. 91, cf. Reiff. p. 274 ibique Handium.* 22 temporis signif B temporis significationem, temporis *supra lin.* C *Eadem, quae supra posui, leguntur apud Gothofredum p. 91, cf. Reiff. p. 293* 23 noctem B inter^est^ C quod aliqua pars noctis quomodo aliquam partem diei nocte autem totam noctem intelligimus B quod noctu aliqua pars noctis quomodo interdum significat aliquam diei partem, nocte autem — intellegimus

Digitized by Google

Inter fari et loqui et sermocinari et narrare hoc interest, quod famur, cum aliquid facunde dicimus, loqui natura, sermocinamur, quando cum aliis sermones conferimus; narrare docte.

Inter tenere et sumere et accipere hoc interest, quod tenemus aliqua, quae sunt in nostra potestate, sumimus posita, accipimus data.

Inter aspicere et inspicere, suspicere et prospicere, despicere circumspicere conspicere et intueri, uidere et spectare, uisere hoc interest, quod aspicimus casu, inspicimus iudicaturi, suspicimus in superiorem partem uel ueneramur, prospicimus quae longe sunt, despicimus *in* inferiorem partem uel languidam, circumspicimus in orbem, conspicimus prope, intuemur cum causa, uidemus natura, spectamus cum uoluntate, uisimus experta.

Inter furorem et insaniam hoc interest, quod furor temporale uitium est, insania perpetua.

Inter alium et alterum hoc interest, quod alius ex multis, alter de duobus.

Inter scelus et facinus hoc interest, quod scelus crimen est, facinus etiam in laude ponitur.

Inter dona et munera hoc interest, quod dona a deo donantur, munera ab hominibus tribuuntur, et munera, quibus milites officio funguntur, quae quidam et munia uocant.

Inter uestem et uestimentum hoc interest, quod uestes feminarum dicimus, uestimentum uirorum.

---

C noctu sic dicitur quomodo interdiu et significat aliquam partem dici, noctem autem totam noctem intelligimus *Gothofredus p. 91, cf. Reiff. p. 281*

1 et *ubique om.* BC sermocinare A narrari A quod cu̇m famur A 2 loquimur BC quando cum aliquo sermonem cumferimus (conferimus C) narramus cum aliquid docte dicimus BC famur cum aliquid facunde dicimus, loquimur — quando cum aliquo sermone contendimus narramus docte *Gothofredus p. 91* 4 et *bis om.* BC sūmere A sumere *supra lin.* C te(nem)us C aliqua quae sunt *om.* BC tenemus quae sunt — accipimus data *Gothofredus p. 91, cf. Reiff. p. 293 ibique Handium.* 6 et *ubique om.* BC aspicere suspicere inspicere prospicere despicere intueri uidere (*corr.* uideri C) spectare hoc interest BC suscipere A dispicere A 7 et exspectare uirere A 8 inpicimus iudica(tu)ri A iudicatum BC sus(ci)picimus A 9 partem *om.* A dispicimus (despicimus C) inferiorem partem ABC 10 languidam BC langudū A circumspicimus — prope *om.* BC conspicim(ur)us A 11 cum causa uendemus A cum gaudemus BC expectamus A 12 ex parte A spectata BC. Inter aspicere suspicere inspicere prospicere dispicere intueri uidere spectare et uisere hoc interest, quod aspicimus casu, suspicimus in superiorem partem uel ueneramur, inspicimus iudicaturi, prospicimus quae longe sunt, dispicimus inferiorem partem uel languidam, intuemur cum causam uidemus, natura uisimus experta *Gothofredus p. 91. 92.* 13 Inter furorem — perpetua *om.* BC temporalē uicium A furor temporis uitium — perpetua *Gothofredus p. 92* 15 ex duobus BC *et Gothofredus p. 92, qui cetera eadem habet.* 17 inter scelū A criminis B criminem (est) C scelus crimen est, facinus etiam in laude recte dicitur, Salustius dixit bonum facinus *Gothofredus p. 92, cf. Reiff. p. 291* 19 quod deo donantur dona B a *om.* C munera — tribuuntur et *om.* BC 21 quidem C et *om.* BC uocantur BC dona dono dantur, munera hominibus tribuuntur, et munera — quae quidem munia uocantur *Gothofredus p. 92* 23 dicuntur BC uestis foeminarum dicitur uestimentum uirorum *Gothofredus p. 92, cf. Reiff. p. 294*

Digitized by Google

Inter uuidum et humidum hoc interest, quod uuidum penitus maduit humidum, quod ad medium usque peruenit.

Inter uetus et uetustum hoc interest, quod uetus nouo conparatur et contrario uetustum ad antiquitatem refertur.

Inter terrere et deterrere hoc interest, quod qui terret, timore cogit, qui deterret, prohibet perseuerare.

Inter solum et unum et solitarium et unicum hoc interest, quod solus, qui a ceteris relictus est, unus initium multorum agit, solitarius, qui semper sine ceteris uiuit, unicus, qui solus habetur propter inopiam aliorum.

Inter afaeresin et syncopen et apocopen hoc interest, quod afaeresis ex prima parte uocis fit *et* litteras uel syllabas detrahit, ut: 'Si genus humanum et mortalia tempnitis arma' pro 'contempnitis'. Syncope mediam partem perdit, ut: 'Apparent rari nantes' pro 'natantes'. Apocope ex ultima fit, ut: 'domus luxu instruitur' pro 'luxuria'.

Inter soloecismum et barbarismum hoc interest, quod soloecismus in sensu, barbarismus in uoce.

Inter relictum et desertum hoc interest, quod relinquimus uoluntarie, deserimus inuiti.

Inter misereri et miserari hoc interest, quod miseremur, cum eodem tempore et dolet nobis de alicuius casu et subuenimus laboranti, miserari consolari tantum intra affectum doloris.

Inter orare et precari hoc interest, quod orare dicimus, quem oris

---

1 inter madidum et humidum A permaduit BC uuidum p. p. *in ras.* C humidus A humidum usque (quod usque C) ad medium peruenit BC Inter humidum et uuidum hoc interest, quod humidum penitus permaduit, uuidum, quod medium usque peruenit *Gothofredus p. 92, cf. Reiff. p. 294. Fortasse hic quoque 'madidi' definitio olim extiterat latetque inde aliquid sub illo 'maduit' uel 'permaduit'.* 3 comparatur BC idest contrario BC 4 antiquitate A refert B uetus nouo comparatur, idest contrario — refertur *Gothofredus p. 92, cf. Reiff. p. 294, qui 'e contrario' coniecit idque ad superiora retulit.* 5 timorem facit B timere facit C 6 proseuerare, *corr.* perseuerare B perseū|rare C qui terret timere cogit — perseuerare *Gothofredus p. 92* 7 inte A quod solus — relictus est *om.* BC 8 initio BC solitarius solus semper uiuit sine ceteris BC 9 unicus habetur solus BC propter impiam aliorum desolationem qui remanet BC solus — multorum ait, solitarius qui semper sine caeteris quit, unicus habetur, solus propter inopiam aliorum *Gothofredus p. 92, cf. Reiff. p. 291* 11 Inter afaeresin — luxuria *om.* BC afrisin et sinocopen A afrisis A 12 fi litteras uel sillabas A si genus] *Verg. Aen. I 542* 13 sinocope A 14 apparent] *Verg. Aen. I 118* 15 luxorii instruitur pro luxoria A domus] *Verg. Aen. I 637* aphaeresis — fit litteras uel syllabas detrahens — syncopen mediam perdit — raro nantes — apocopen ex ultima ut ad domus luxu instruitur pro luxuria *Gothofredus p. 92* 16 solatismum A solecismum BC ba^r^barismum B quod solum in sensu A quod solescismus (solecismus C) in sensu fit BC 17 babbam in uoce A soloecismus in uoce fit — uoce *Gothofredus p. 92, cf. Reiff. p. 291* 18 hoc est A reliquimus A, *om.* B uoluntarię A uoluntariae C 19 inuiti et subuenimus laboranti A, *cf. sequentia* relinquimur uoluntate deserimur inuiti *Gothofredus p. 92, cf. Reiff. p. 288* 20 miseremur *om.* B quod miseremur *in ras.* C cum eo tempore B 21 alicuiis (u *supra*) C carsu A causa BC et subuenimus laboranti *om.* A, *cf. praecedentia* subueni|mus C consulari A 22 tantum intrare affectu doloris A tantum est inter affectum doloris B miseremur — tantum et intra affectum doloris esse *Gothofredus p. 92, cf. Reiff. p. 279* 23 et deprecare A hoc est A quod orare dicimus quem oratio ducit A quod orare oris ratio est BC

ratio ducit et qui orat, etiam precatur: at qui rogat, non utique precatur, ut is, qui orat quamquam etiam †praesenti ad preces descendunt.

Inter nescire et ignorare hoc interest, quod nescit, qui omnium notitia caret, ignorat, qui aliquid nescit.

Inter legatum et oratorem hoc interest, quod legatus, qui electus est ad officium a ciuitate et est sacrosanctus, et orator, qui ad orandum missus est, ut oris ratione id, quod petit, exponat.

Inter tardum et pigrum et inertem et segnem hoc interest, quod tardus est, qui trahit tempus, iners qui sine arte nullius officii capax, piger, qui per omnia aegro similis est, segnis remotus a calore.

Inter natum et gnatum hoc interest, quod natus participialiter dicitur a uerbo, ut nasci est, gnatus filius a generatione.

Inter infamem et famosum hoc interest, quod famosus tam in bona, quam in mala cogitatione, infamis tantum in mala.

Inter iuuentutem et iuuentam et iuuentatem hoc interest, quod iuuentus dicitur multitudo iuuenum, iuuentas iuuenis aetas est, iuuenta dea est iuuentutis.

Inter decus et decorem hoc interest, quod decus ad uirtutem refertur, decor autem ad corpus.

Inter sceleratum et scelestum et scelerosum hoc interest, quod sceleratus suo scelere uel alieno contaminatus, scelestus scelerum cogitator, scelerosus quasi insidiator.

---

1 qui orat etiam precatur at qui rogat (roga|||t *in ras.* C) deprecatur et qui orat etiam imperiti ad preces descendit (descendunt C) BC, *cf. Handium apud Reiff. p. 283* qui ora enm deprecatur quam etiam praesenti ad prece distendunt A. *Pro* 'praesenti' *fortasse* 'rogantes' *legendum est.* orare dicimus quum oris ratio ducit et qui orat, et iam precatur, aut qui rogat, deprecatur, non utique qui orat, quia etiam imperiti ad preces descendunt *Gothofredus p. 92* 3 et ignorare *in marg.* C hoc est A quod qui nescit omnium noticia (omni$^{u}$ notitia C) BC 4 qui ignorat aliquid BC aliquit A qui nescit omnium notitiam caret, qui ignorat aliquid nescit *Gothofredus p. 93, cf. Reiff. p. 282* 5 ligatum B oratione A hoc est A qui *om.* C legatus electus est ad oficium B 6 a ciuitate idest sacrosancti orator ad BC missus nt oris rationem in quo petit agnoscatur BC ratio id quod A legatus electus est — sacrosanctus, orator ad orandum missus ut oris rationem exponat in quod petit *Gothofredus p. 93, cf. Reiff. p. 277* 8 In$^{ter}$ C et signem hoc est A tardus qui BC 9 tempus et ers qui sine ante A qui *om.* BC ullius B offici A 10 qui *om.* BC egro ABC similis segnis semotus a calore (*idem hucusque ceteris omissis* C) quasi sine igne B signis remotus a cacore A segnis dicitur quasi a calore semotus *insuper in marg. habet* C tardus dicitur qui trahit tempus iners sine arte nullius officio capax, piger per omnia — segnis semotus est a calore *Gothofredus p. 93, cf. Reiff. p. 293* 11 Inter natum — generatione *om.* B gratum A participialiter] parricida · paliter A 12 gratus A natus particulariter dicitur a uerbo, idest nasci, ignatus filius a generatione *Gothofredus p. 93, cf. Reiff. p. 282* 13 infam̄ B hoc est A quod *om.* BC in bona cogitatione quam in mala (im malo, *corr.* in mala C) B 14 infamis — mala *om.* A famosus tam in bona cogitatione quam in mala — mala *Gothofredus p. 93* 15 iuuentutem A iuuentem$^{tu}$ B et iuuentatem *om.* B et iuuentam *om.* C hoc est A 16 dicitur *om.* BC iuuenta etas iuuenis, *reliquis omissis* B iuuentas unius aetas est A iuuentas aetas iuuentutem a iuuentatus C decea A iuuentus dicitur — iuuentas unius aetas, iuuenta dea iuuentatis *Gothofredus, cf. Reiff. p. 274* 18 hoc est A decus — decor ad corpus *Gothofredus p. 93* 19 ad corpus] *In C haec adduntur:* Inter super et supra hoc interest, quod super est supra *(sic lacuna relicta)* superior inferiori. 20 sceclestem A hoc est A sce$^{le}$ratus C 21 contiminatur B contaminatur C 22 insidiosus BC sceleratus suo scelere — quasi insidiosus periculos uel totus uel dies uel animus propter arduitatem *Gothofr. p. 94, cf. Reiff. p. 289*

Digitized by Google

Inter reliquos et ceteros hoc interest, quod reliquos dicimus relictos ab omnibus referentes, ceteros, quos nescimus.

Inter aegrum et aegrotum hoc interest, quod aeger animo, aegrotus corpore.

Inter prior uenit et anteuenit hoc interest, quod prior uenit ad dignitatem, anteuenit ad tempus.

Inter officere et inficere hoc interest, quod officit, qui nocet, inficit, *qui* quasi lanam uel alia inficit.

Inter oleas et olinas hoc interest ‖ fol. 113[b] ‖, quod oleas ipsum fructum dicimus, unde fit 'oleum', oliuas dicimus arbores unde fiunt 'olиueta'.

Inter nutrit et nutrificat hoc interest, quod nutrit mulier, nutrificat nutrix.

Inter maritimum et marinum hoc interest, quod maritimus proximus mari, marinus ab ipso mari.

Inter merum et meracum hoc interest, quod merum per se, meracum mixtum.

Inter laniat et lacerat et lanceat hoc interest, quod laniat, cum membra discerpit, lacerat, qui partibus suis membra destituit, lanceat, qui inutiliter membra discerpit.

Inter laurum et lauream hoc interest, quod laurus ipsa arbor, laurea corona uel uirga.

Inter caeruleum et caerulum hoc interest, quod caeruleum dicimus quasi aureum et caerulum quasi argenteum.

---

1 hoc est A  dicimus *om.* BC  2 ex omnibus BC  referentes] refertur A, *om.* BC  cetoros A  reliquos dicimus relictos ex omnibus, caeteros quos nescimus *Gothofredus p. 93, cf. Reiff. p. 288. Hucusque codicum BC differentiae extenduntur; sequitur etiam in B:* inter redibinu (u *suprascr.*) per b litteram et rediuinum per v hoc interest: redubinũ quod fluit nascitur rediuum (ul *suprascr.*) quod reuiniscit. Blandior et adulor unum significant. *Cetera in singulorum uocabulorum explicatione glossaria uersantur. Eadem usque ad illa:* rediuinum quod reuiniscit *in C codicis fine leguntur* (inter redibinum — redibinum quod nascitur). *De* 'rediuino', *cf. Reiff. p. 288, Gothofred. p. 94:* redibibum per b litteram — interest quod redibibum est quod nascitur, rediuiuum est quod reuiniscit.  3 egrum et egrotem hoc est  eger  egrotus  aeger — corpore *Gothofredus p. 94 sine ulla uarietate*  5 hoc est qui prior  quod prior ad dignitatem, ante ad tempus refertur *Gothofr. p. 94, cf. Reiff. p. 286*  7 hoc est, *sic fere semper*  inficit quasi luna  officit, qui nocet, inficit quasi qui lanam aut alia inficit *Gothofredus p. 94*  9 oleas — oliuas arbores, unde fiunt olineta *Gothofredus p. 94, cf. Reiff. p. 282*  13 nutrici  Inter nutrit et nutricat hoc interest quod nutrit mulier, nutricat nutricius *Gothofredus p. 94, cf. Reiff. p. 282*  14 maritinus  maritimum proximo mari, marinum ex ipso mari *Gothofredus p. 94*  16 Inter — mixtum *apud Gothofredum non extat.*  meritum (v *suprascr.*) hoc est  merutum mixtum  18 laneat, *bis*  19 distituit  Inter laniat lacerat et lancinat hoc interest quod laniat cum membratim distendit, lacerat — distruit, lancinat — discerpit *Gothofredus p. 94, cf. Reiff. p. 277 ibique Handium*; pro 'inutiliter' *fortasse* 'mutilanter' *scribendum est, secundum Handii progr. p. 20:* lanciat qui mutilat membra discerpit.  21 laure[u] hoc est  ipse arbor laureo  22 uirgo  laurus est ipsa — uirga *Gothofredus p. 100*  23 ce|||ruleum et cerulum hoc est  24 aurum et ce[ri]lum quasi argentum  caerulum dicimus sicut aurum, caerulaeum ex caerulo quasi argentum *Gothofredus p. 100*

Digitized by Google

Inter imum et infimum hoc interest, quod imus loco, infimus ordine.

Inter curam et diligentiam et curiam hoc interest, quod cura cruciatum habet, diligentia rerum administratio, curia, quae curat.

Inter uires et uirtutes hoc interest, quod uires corporis sunt, uirtutes animi.

Inter animam et animum et spiritum et mentem hoc interest, quod anima, qua uiuimus, animus, quo regimur, spiritus, quo spiramus; mens qualitas est aut bona aut mala, quae ad cogitationem potest referri.

Inter graue et ponderosum hoc interest, quod graue secundum ferentis qualitatem, ponderosum natura.

Inter ultorem et uindicem hoc interest, quod ulciscimur nos accepta iniuria, uindicamus, ne accipiamus.

Inter fallacem et pellacem hoc interest, quod fallax infidelis, pellax uerbis, dictus a pelliciendo, idest peruerse loquendo.

Inter immolare et mactare hoc interest, quod immolari dicitur hostia, cum mola salsa in caput adiecta est, mactatum autem factum quasi magis factum.

Inter hostiam et uictimam hoc interest, quod hostia dicitur tunc, cum dux in hostem proficiscitur, uictima, cum uicit.

Inter nequiquam et nequaquam hoc interest, quod nequiquam frustra, nequaquam nullo modo significat.

Inter iter et itiner hoc interest, quod iter, quo imus, itiner a uia.

Inter liberos et filios hoc interest, quod filii masculino genere ponuntur, liberi in utroque sexu, et quod filii in numerum singularem reuocari *possunt, liberi* non possunt: nemo enim dicat, qui habet filium unum: 'liberum habeo'. Item filii promiscue omnis conditionis tam ingenui, quam serui ‖ f. 114[b] ‖ intelleguntur, liberi non dicuntur; nisi ingenui.

---

1 immum Inter imum — ordine *Gothofredus p. 100* 3 curio quod curuat Inter curam et diligentiam hoc interest, quod curam cruciatum habet qui commoueat, diligentia rerum administratio *Gothofredus p. 100. 101* 4 hoc est 5 a[ni]mi uires — animi *Gothofredus p. 101, cf. Reiff. p. 294* 6 animum et animam 7 quo uiuimus spiramur anima et qua uiuimus — mens qualitas quae bona aut mala potest referre ad cogitationem *Gothofredus p. 101* 9 grauis secundum — natura *Gothofredus p. 101* 11 Inter ultorem — ne accipiamur *Gothofredus p. 101, cf. Reiff. p. 294* 14 a pellendo fallax infidelis dicitur, pellax in uerbis ab appellando idest per se loquendo *Gothofredus p. 101* 15 h' est quod immolare dicitur ostia cum molis facta in capud 16 mactatum h' factum immolare dicitur hostia commoles falsa incapit adiecta est, mactatum hoc factum quasi magis auctum *Gothofredus p. 101, cf. Reiff. p. 275* 19 uictima cum uincit hostia perhibetur tunc cum dux in hoste proficiscitur, uictima conuincunt sicut Ouidius in Fastis: Victima quae dextra cecidit uictrice uocatur, hostibus a domitis hostia nomen habet *Gothofredus p. 101* 20 neciuquam hoc est nequiquam — nequaquam nemo significat *Gothofredus p. 101, cf. Reiff. p. 282* 22 iter — a uia dicitur *Gothofredus p. 101, cf. Reiff. p. 275* 24 innumerum singulari reuocari non possunt. nemo enim filii masculino genere — reuocari possint. Nemo enim dicit — item quod filii promiscue omnis conditionis intelliguntur. Tam ingenui quam serui liberi non dicuntur, nisi ingenui *Gothofredus p. 101, cf. Reiff. p. 277, qui tamen Gothofredum alia prorsus dicentem produxit.*

Digitized by Google

Inter dulce et suaue hoc interest, quod dulce idem potest esse quod suaue, non utique suaue, quod dulce: dulce enim mel dicimus et suaue acetum, quod non est dulce.

Inter bellum et duellum hoc interest, quod bellum in externas partes, duellum inter ciues dictum eo, quod diuellatur populus in duas partes.

Inter exemplum et similitudinem hoc interest, quod exemplum historia, similitudo re adprobatur.

Inter diuinitatem et diuinationem hoc interest, quod diuinitas ad potentiam refertur et diuinatio futurorum praescios facit.

Inter uim et uirtutem hoc interest, quod uirtus honesta res dicitur, uis iniuria.

Inter rogum et pyram hoc interest, quod rogus defunctis paratur, pyra sacrificiis.

Inter arma et armamenta et tela hoc interest, quod arma sunt, quibus corpora in bello teguntur, armamenta nauium, tela missilia uel iacula.

Inter uirum et masculum hoc interest, quod uir specie, masculus genere, et uir quattuor modis intellegitur, idest specie natura nuptiis uirtute, masculus etiam ab homine segregatur, ut in animalibus dicitur.

Inter primum et priorem hoc interest, quod primus praecedit multos, prior alterum.

Inter profugum et exulem et relegatum et transfugam hoc interest, quod profugus quasi uoluntarie relinquit, exul damnatus expellitur, relegatus ad tempus, transfuga, qui ad hostes transit.

Inter altum et excelsum hoc interest, quod altum tam in superiorem partem elatum intellegitur, quam quod ad inferiora deponitur, excelsum in superius tantum.

Inter uim et uires hoc interest, quod uis impetu et iniuria constat,

---

1 dulce idem potest esse — quod dulce non est *Gothofredus p. 101* 4 et auellum in extenas, *corr.* externas 5 auellum inter ciues dictum eo quod auellatus Inter bellum et auellum hoc interest, quod bellum inter exteras gentes, Auellum inter ciues, dictum quod auelluntur populi in duas pares *Gothofredus p. 101. 102* 7 istoria exemplum historia est, similitudo adprobatur *Gothofredus p. 102* 10 praesciuor facit diuinitas ad potentiam nominis refertur — praescius facit *Gothofredus p. 102* 12 uir iniuria uirtus hortare est, uis iniuria *Gothofredus p. 102, cf. Reiff. p. 294* 13 piram paratus pira sacrificis rogus — sacrificiis *Gothofredus p. 102, cf. Reiff. p. 288* 16 musilia arma sunt quibus corpora nostra — iacula *Gothofredus p. 102* 18 speciæ 19 et uir inior (= IIII or) modis specię nuptis uir specie intelligitur, masculus genere et quod uir tribus modis intelligitur, natura nuptiis et uirtute — ut in animalibus *Gothofredus p. 102, cf. Reiff. p. 295* 21 prior alterum praecedit primus omnibus *Gothofredus p. 102, cf. Reiff. p. 287* 23 religatum et transfugum hoc est 24 uoluntariæ reliquid exul dumnatus religatus 25 transfugus qui ad hostes profugus quasi uoluntarie reliquerit, exul quidam natus — transit *Gothofredus p. 102* 26 exelsum hoc est in superiore parte 27 quamq; deponit altum tam in superiorem partem elatum intelligimus quam ad inferiora — tantum *Gothofredus p. 102*

Digitized by Google

uires ad bonum et fortitudinem corporis referuntur, et ita uis facit uiolentum, uires uiriosum.

Inter saeuum et crudelem hoc interest, quod saeuus circa uerbera est, crudelis monstratur sanguinis.

Inter bellum et aciem et proelium et pugnam hoc interest, quod bellum indicitur, acies ordinatur, proelium committitur, pugna geritur, et quod acies tam ferri, quam oculorum.

Inter passum et expertum hoc interest, quod patimur uoluntate, experimur necessitate.

Inter genus et gentem hoc interest, quod genus tam hominum, quam ferarum est et ab uno capite descendit, gens ad congregationem plurimam pertinet: dicimus enim 'gens Gallorum'.

Inter terram et tellurem et humum hoc interest, quod tertia pars mundi terra est, tellus dea, humus locus sepulturae ab humando dictus | f. 114ᵇ ||.

Inter moenia et aedificia hoc interest, quod moenia publicorum sunt operum, aedificia priuatorum.

Inter omne et totum hoc interest, quod omne numerositate constat, totum soliditatis est.

Inter ulcus et uulnus et plagam hoc interest, quod ulcus per se exit, uulnus ferro, plaga potest esse planus ictus, et quod ulcus lenitatis est, uulnus grauitatis, plagae etiam uerbera uocantur.

Inter sic et ita hoc interest, quod sic qui dicit, exempla · ostendit, ita ad rationem refertur.

Inter duos et ambos hoc interest, quod duo numerantur, ambo congregantur.

Inter paret et apparet hoc interest, quod paret imperio, apparet uidentibus.

---

1 refferunti̅ ita uis facit uiolentiam uis impetu — refertur. Ita uis facit uiolentiam, uires uiriosum *Gothofredus p. 102, cf. Reiff. p. 294* 3 seuum seuus 4 saⁿguinis saeuus circa uerba est, crudelis monstratur sanguinis *Gothofredus p. 102, cf. Reiff. p. 291* 6 dicitur acies ordina̅t cum mititur bellum dicitur — oculorum est *Gothofredus p. 102* 8 Inter parum pati|m|ur patimur — necessitate *Gothofredus p. 102* 10 genus hominum tam quam ferarum est gens ad congregationem plurimam pertinet ab uno capite descendit dicimus enim genus tam hominum quam ferarum est, gens ad cognationem plurimum pertinet et ab uno capite descendit — Gallorum *Gothofredus p. 102* 13 tellorem 14 sepulture tertia pars — sepulturae dicitur ab humando *Gothofredus p. 102* 16 moepnia moenia — priuatorum *Gothofredus p. 102. 103, cf. Reiff. p. 281, qui pro altero* 'aedificia' muros *scribi iubet, pro altero* muri aedificiorum, *fortasse recte.* 19 soliditatis est] soliditateis omne — totum soliditas *Gothofredus p. 103, cf. Reiff. p. 283* 21 exiit potest |il| esse lenitatis 22 plaga enim uerba uocantur ulcus per se exit — siue quod ulcus — uocantur *Gothofredus p. 103, cf. Reiff. p. 295* 23 sic quid dic̄ sic qui dicit ostendit exempla — refertur *Gothofredus p. 103, cf. Reiff. p. 292* 25 duo — congregantur *Gothofredus p. 103* 27 apparaet paret — uidentibus *Gothofredus p. 103, cf. Reiff. p. 287*

Digitized by Google

Inter pullum et nigrum hoc interest, quod pullum albo contrarium est, nigrum colore accipimus.

Inter putat et existimat, opinatur arbitratur suspicatur hoc interest, quod putat, qui dubitat, existimat, qui †ex maturo quae acta sunt dicit, opinatur, qui opinioni aut suae aut alterius credit, arbitratur, qui dubiae rei finem inponit, suspicatur, qui latentis rei prospicit formam.

Inter prohibere et inhibere hoc interest, quod prohibere est porro habere, inhibere ni dicitur, et quod prohibemus iure, inhibemus imperio.

Inter ostentum et prodigium et monstrum hoc interest, quod ostentum sine corpore solido nobis se ostendit in oculis *et* auribus, prodigium uero, quod solidis corporibus prospicitur, ut in caelo cometes stella et in nocte lux, in die tenebrae; monstrum uero naturam cognitam egreditur, ut serpens cum pedibus aut cum quattuor alis.

Inter conticuere, obticuere, reticuere hoc interest, quod qui conticuit, undique silentium praestitit, ut antiqui: 'conticuit tandem factoque hic fine quieuit.' Obticuit, qui nullam spem loquendi reliquit, reticuit, qui silentio responsa finiuit.

Inter sepulchrum tumulum monumentum bustum hoc interest, quod sepulchrum locus, in quo corpora sepeliuntur et a sepeliendo dicitur, tumulus, qui cineres tegit, monumentum, quod sepulchro circumdatur, dictum a monitionibus, bustum, in quo ossa sunt, quasi 'bene ustum'.

Inter astra et sidera hoc interest, quod astra sine sideribus esse possunt, sidera sine astris non possunt, quia astra fixa sunt caelo, sidera mouentur.

Inter deripere et diripere hoc interest, quod deripere, cum *ex* superiore parte in inferiorem rapimus, diripimus autem, cum laniamus et in diuersas partes diducimus.

Inter causam et rationem hoc interest, quod causa multas habet species, ratio paucissimas || f. 115ª || et quod ratio efficitur, causa desideratur.

---

1 pullum — accipimus *Gothofredus p. 103* 3 exestimat iterest 4 exestimat qui ex maturoq; exacta sunt. *Pro* ex maturo *fortasse* existimatione *scribendum.* 5 opinione aut suæ quod dubiæ putat qui dubitat existimat qui ex immaturo quae acta sunt — inponit, suspicatur qui latentem rei prospicit formam *Gothofredus p. 103, cf. Reiff. p. 287* 7 pro habere 8 inhibere III dicitur inibimus prohibere — inhibere uidetur quod — imperio *Gothofredus p. 103, cf. Reiff. p. 287* 10 in oculis auribus 11 comitis 12 tenebre cognitum ostentum siue corpore solidum uoisse ostentat et oculis et auribus — in coelo comitis stella — interdiu tenebrae, monstrum uero contra naturam cognitum — alis *Gothofredus p. 103, cf. Reiff. p. 284* 15 conticuit] *Verg. Aen. III 718* factoq; hic finem 16 loquedi 17 qui conticuit — finiuit *Gothofredus p. 103* 18 sepulcbrum 19 sepeliuntur aut sepeliendo 20 qui ut cineres tergit 21 quam si sepulchrum — sepeliuntur a sepeliendo — monimentum quod sepulchrum circumdatur — ustum *Gothofredus p. 103* 22 quam astra astra sine sydera esse possunt quia astra fixa — mouentur *Gothofredus p. 103* 25 cum superiore 26 diripimus li 27 deducimus Inter diripere et deripere hoc interest, quod diripimus, cum ex superiore parte — deripimus autem — deducimus *Gothofredus p. 103* 28 Inter cāsā speties 29 desideratur. arcus dicitur ita illud, *cf. sequentia* causa — desideratur *Gothofredus p. 104*

Digitized by Google

Inter Italum et Italicum hoc interest, quod Italus homo, Italicus arcus dicitur, ita illud ad personam refertur, hoc ad rem.

Inter inuium et deuium et auium et peruium hoc interest, quod inuium est sine uia, auium † secretum, deuium secretus locus, peruium, per quod commeatur.

Inter dexteram et dextram hoc interest, quod quidam putauerunt, litteram sine causa abundare consuetudine antiqua, ut reprendo et reprehendo, uel uemens et uehemens, ita 'ad dexteram manum' 'dextram prosperam partem' dicimus.

Inter leges et iura hoc interest, quod iura reperta sunt ab honesta consuetudine, leges, quae inter nos probanda facimus; iura ab unius cuiusque iustitia dicuntur.....

Inter inuidum et inuidiosum hoc interest, quod inuidus, qui alteri inuidet, inuidiosus, cui inuidetur.

Inter protinus et protenus hoc interest, quod protinus statim continuo aduerbium temporis est, protenus quasi porro tenus.

Inter demitto et dimitto hoc interest, quod demittit hic, qui *de* alto deorsum mittit, dimittit, qui in multas partes mittit.

Inter altaria et aras hoc interest, quod altaria deo ponuntur, arae etiam defunctis.

Inter dimidium et dimidiatum hoc interest, quod dimidium non potest significare partem, nisi subiaceat integrum nomen siue dimidiatum est, ut plena hora dicitur: hora integrum nomen quasi totum, siue hora non potest dici dimidia esse; aut dimidiatam horam aut dimidium horae dicendum est; dimidiatum autem diminuta portio.

Inter fiduciam et confidentiam hoc interest, quod confidentia est conuictio temeritatis, fiduciam habet, siquis honesta conscientia uiuit et fiducialiter uiuit.

---

1 Inter italiam quod italius homo italicus ad personam Italus homo — ad rem *Gothofredus p. 104* 4 deuium secretius locus 5 comiatur inuium est sine uia secretum, deuius desertus locus, auium extra uiam, peruium, per quod commeatur *Gothofredus p. 104, cf. Reiff. p. 276* 7 sine causa aliunda rē consuætudine ut rep̄hendo et rep̄hendo ut uemens et uihimeus quidam putauerunt literam sine causa abundare consuetudinem antiquam ut repraendo et repraehendo, ut uemens — ita dexteram manum, dexteram — dicimus *Gothofredus p. 104* 10 ab ouesta 12 dicuntur] *Post haec alia legum definitio intercidit, quam seruauit Gothofredus* iura reperta sunt — dicuntur, leges quod esta elegantur (*leg.* honeste *uel* iuste legantur) *Gothofredus p. 104, cf. Reiff. p. 278* 13 inuidit inuidus — inuidiosum cui inuidetur *Gothofredus p. 104* 15 protinus est statim — temporis protenus — tenus *Gothofredus p. 104* 17 qui alto demittit — mittit *Gothofredus p. 104* 19 altaria — defunctis *Gothofredus p. 104* 21 demedium et demediatum hoc est quod demedium 22 nisi subieciat demediatum est ut plena bora dicitur nom̄ integrum nom̄ 24 media esse aut media tam horam aut dimedium horae dimedium est dimediatum hoc diminuta dimidium potest significare partem nisi subiiciat integrum nomen, siue dimidiatum est — non potest dimidia esse; ergo aut dimidiata hora aut dimidium horae dimidium est — portio *Gothofredus p. 104* 26 fidutia conuitio timeritatis fidutiam 27 constientia fidutialiter confidentia est cum uitio temeritatis, fiducia habet — conscientia uiuit *Gothofredus p. 104*

Digitized by Google

Inter legionem et dilectum hoc interest, quod legio dicitur ab eo, quod legantur. . . . , dilectus, quae maxime diligimus, ut filii et cognati uel patres.

Inter assidue et cotidie hoc interest, quod assidue sedulitatis est, cotidie autem perseuerantiae.

Inter maeret et meretur hoc interest, quod maeret, *qui* tristis est, meretur, qui ex alterius iudicio parem beneficii gratiam exspectat.

Inter plenitudinem et plenitatem hoc interest, quod plenitudo corporis est, plenitas rei.

Inter precor et deprecor hoc interest, quod precamur deum, deprecamur homines.

Inter tueor et tuor ‖ f. 115ᵇ ‖ hoc interest, quod tueor custodio, tuor uideo.

Inter ludibrium et ludicrum hoc interest, quod ludibrium in alterius iniuria, ludicrum autem, quo ipsi delectamur sine cuiusquam iniuria.

Inter stillam et guttam hoc interest, quod stilla cadit, gutta stat.

Inter fidum et fidelem hoc interest, quod fidus amicus dicitur, fidelis seruus.

Inter cognoscimus et agnoscimus hoc interest, quod agnoscimus, *quos* prius habuimus amicos, cognoscimus, quos numquam uidimus.

Inter fratrem et germanum hoc interest, quod germanus est uerus frater . . . . . patre et matre, frater uero ex diuerso patre uel diuersa matre.

Inter mersare et mergere hoc interest, quod mersare saepius, mergere semel.

Inter agere causam et dicere hoc interest, quod agit patronus, dicit reus.

Inter eminus et comminus hoc interest, quod eminus ex longinquo, comminus sede.

---

2 legantur dilectus, *cf. Gothofredum* dilegamus, *corr.* dilegimus legio dicitur ab eo quod legatur uiri fortes et utiles militiae, dilectus quae — uel cognatio patres *Gothofredus p. 104, cf. Reiff. p. 278* 4 cottidie hoc est assidue — quotidie autem perseuerantiae *Gothofredus p. 104* 6 meret quod meret tristis est qui moeret tristis est, meretur autem qui — beneficio gratiam exspectat *Gothofredus p. 104, cf. Reiff. p. 281* 8 plenitudo — rei, ita plenitudinem obesorum hominum, plenitatem uariae rei dicimus cuiuslibet *Gothofredus p. 104. 105, cf. Reiff. p. 287* 10 deprecamur deum precamur homines *Gothofredus p. 105, cf. Reiff. p. 287* 12 custodia tueor — uideo *Gothofredus p. 105, cf. Reiff. p. 293* 14 ludicrium hoc est quod ludribrium 15 ludicrium aut quod ipsi dilectamur sine cuiusq; ludibrium — quod ipsi — iniuria *Gothofredus p. 105, cf. Reiff. p. 278* 16 gutta imbrium stilla situlae uel acei *Gothofredus p. 105; at idem p. 94 eadem habet, quae supra leguntur, cf. Reiff. p. 292* 17 fidus etiam amicus — seruus *Gothofredus p. 105* 19 agnoscimus prius habuimus amicus aguoscimus cognitos, cognoscimus quod numquam uidimus *Gothofredus p. 105* 21 uerus frater patre] *Suppleas*: ex eodem fratre uero germanus est uerus frater patre — patre et matre *Gothofredus p. 105* 24 merrare et meggere hoc est quod merrare sepius mersare — semel *Gothofredus p. 105* 26 agit — reus *Gothofredus p. 105* 28 coguinus hoc est longinco 29 sede ‖ eminus — cominus pede *Gothofredus p. 105*

Digitized by Google

Inter capere et decipere hoc interest, quod capimus etiam merentes, decipimus innocentes, aut capimus arte, decipimus insidiose.

Inter consilium et sententiam hoc interest, quod consilium cogitatio, sententia consilii pronuntiatio.

Inter fors et fortunam hoc interest, quod fors casus est, fortuna dea est, et quidam sic uolunt: 'fors tamquam sors, idest mors.'

Inter uoluntatem et uoluptatem hoc interest, quod uoluntas animi, uoluptas corporis est.

*Inter* interea et interdum hoc interest, quod interdum aduerbium temporis est, interea causa rei.

Inter meditamur et melitamur hoc interest, quod meditamur animo, melitamur corpore.

Inter homines et bestias hoc interest, quod bestiae uentri seruiunt, homines rationi.

Inter surgo et exurgo resurgo consurgo insurgo hoc interest, quod surgo .... exurgo de lecto, resurgo a morte, consurgo cum aliis, insurgo in alios.

Inter uolumtatem et uoluntatem *et uoluptatem* hoc interest, quod uolumtas Dei est, uoluntas hominis, uoluptas diaboli.

Inter elementum et elimentum et alimentum hoc interest, quod elementum de litteris, elimentum de creaturis dicitur, alimentum de escis.

Inter monumentum et monimentum hoc interest, quod monimentum memoriae, monumentum sepulturae dicimus.

Inter simul et simitu hoc interest, quod simul una pariterque † res clamat, ut 'simul legimus' 'simul scribimus' ‖ f. 116ᵃ ‖, simitu loci recipit significationem tamquam 'simul itu'.

Inter grates et gratias hoc interest, quod grates referimus, gratias agimus.

---

2 insidiore capimus merentes — insidiose *Gothofredus p: 106* 3 consilium — pronuntiatio *Gothofredus p. 106* 5 furtunam hoc est carsus est fors casus est, fortuna data est et quidam — fors tanquam mors *Gothofredus p. 106* 7 et nolumptatem hoc est 8 nolumptas Inter noluntate et nolupiate hoc interest, quod noluntas — corporis *Gothofredus p. 106, cf. Reiff. p. 295* 9 interea, *om.* inter 10 interrea interdum — causa rei *Gothofredus p. 106* 11 meditamur — corpore *Gothofredus p. 106* 13 seruiuunt bestiae uentri saeuiunt homines ratione *Gothofredus p. 106* 15 inter surgu et exurgu resurgu consurgu insurgu hoc est quod surgo exurgo de lecto Inter surgo — insurgo in alios *deest apud Gothofredum*; lacunam, *quam indicaui post 'surgo' uerbis* e sede *expleas, cf. differentias Terentii grammatici, quas in praef. (de disson. serm. cap. III) ex codice Einsidlensi 32 p. 206 edidi.* 18 Inter uoluntatem et uolumtatem hoc est quod nolūtas Inter uolumtatem — diaboli *deest apud Gothofredum.* 20 Inter elementum — de escis *deest apud Gothofredum.* 23 Inter monumentum — dicimus *deest apud Gothofredum.* 25 et semitum hoc est 26 semiti 27 significationem tamquam similitum simul una pariter quae res clareat ut simul legimus simul scribimus, simitum lucri recipit significationem, quasi simulitum *Gothofredus p. 94, cf. Reiff. p. 291* 28 refferimus Inter gratis et gratias hoc interest, quod congratis referimus, gratias agimus *Gothofredus p. 94.*

Inter nixus et nisus hoc interest, quod nixus ad corpus refertur, idest ad genua, nisus ad animum, idest 'conatus'.

Inter nefarium et nefandum hoc interest, quod nefarius a praeteritis intellegitur, nefandus in opere.

---

1 re'fertur idẽ et génua 2 aminum idem cognatus nixus ad corpus refertur, nisus ad animum idest conatus *Gothofredus p. 94; idem p. 99:* nixus ingenua, nisus a nitendo, idest conando 3 nefarius — in opere *Gothofredus p. 94, cf. Reiff. p. 282.*

Digitized by Google

# XII.

# AVCTORES ANONYMI DE ORTHOGRAPHIA.

## A. ORTHOGRAPHIA BERNENSIS I.

'Ara' per a scribendum.

'Aurit', hoc est aquam leuat, sine h; 'haurit', hoc est bibit, per h.

'Aestatem' per ae scribendum.

'Alit' sine h.

'Aesus', qui est cibus, per ae.

'Aedes' per ae.

'At', quod 'uero' significat coniunctionem, per t scribendum, 'ad' praepositio casus accusatiui, per d: 'ad amicum uado.'

'Assiduus' 'assecutus' per duas s.

'Accumulatus' per duas c.

'Aggestus' per duas g.

'Apparet', quod uidetur; 'adparet', quod obsequitur.

---

*Cod. Bern. 522 saec. IX f.* 94ᵇ—95ᵇ.     5 cybus     11 aggetus

---

TESTIMONIA.

1 ara] *cf. Gloss. Lat. Bern. 16 saec. IX f. 36ʳ a*: Ara. quum altare significatur per a sola scribendum. quum uero cubile porcorum cum aspiratione   2 aurit] *cf. Gloss. Lat. Bern. 16 f. 48ᵘ b*: de orthografia | Aurit. per a et u scribendum idest aquam leuat   3 *Gloss. f. 16ᵘ b*: de ortografia | Aetas per a et e scribendum   4 *Gloss. f. 22ʳ b*: de ortografia | Alit per a sola scribendum   5 *Gloss. f. 16ᵘ a*: quod est cibus per a et e scribendum   6 *Gloss. f. 13ᵘ a*: Aedis per a et e scribendum   7 *Gloss. f. 45ᵘ b*: de orthografia | At quod uero significat per a et t scribendum, *cf. Gloss. f. 7ᵘ b*: Ad praepositio casus accusatiui per a et d scribendum ut est ad amicum uado.   9 *Gloss. f. 42ᵘ b*: de orthografia | Assiduus per duo ss scribendum, *cf. Gloss. f. 42ʳ b*: de orthographia | Assęcutus per duo ss scribendum ne praepositio nomini coniungatur

10 *Gloss. f. 7ʳ b*: per duo cc scribendum   11 *Gloss. 18ᵘ b*: Aᵍgestus per duo gg scribendum.   12 *Gloss. f. 32ᵘ b*: Appaṛet per duo p̄p scribendum. ‖ ESδR | (Isidorus) Apparet et paret ita distinguitur. Apparet qui uidetur, paret qui obsequitur non regulae racione sed discernendi intellectum gratia (*cod.* gratiae)



Digitized by Google

'Adponi' uero per 'ad', quia 'ad' praepositio uęrbo coniuncta est.

'Ammonuit' per duas m.

'Admirandum' per ad.

'Annuit' per duas n.

'Ademptus' per m et p.

'Auctio', quod est uenditio, per diphthongum scribendum.

'Cedo', quod est concedo, sine a; 'caedes' per ae et 'caelum' 'caesaries' per a et e.

'Cementarius' 'ceterum' et 'chere', quod est aue, per e.

'Celeritas' per e.

'Commentarium' per duas m.

'Conpetit' 'clangor' per duas c.

'Celeber' per b, unde et 'celebrum' dicimus.

'Cymbalum' 'cymba' per y.

'Commessatio' per e.

|| f. 95$^a$ || 'Cetus', quod est marina belua, per e solam scribendum.

'Commercium' per duas m.

'Clanculum' per duas c scribitur.

'Cum' praepositio ablatiui casus per c, si uero aduerbium fuerit, per q; dicimus enim 'quum lego'.

'Daemon' per diphthongon scribitur.

'Dogma' per g.

---

1 uerbi 6 uinditio per dyptong̃ 9 et cetere haue 16 sola 21 dyptongon, *semper*

---

TESTIMONIA.

1 *Gloss. f. 11$^r$ a*: ЄSIDÕ | Adponi per d scribendum quia prepositio *etc.* 2 *Gloss. f. 26$^r$ b:* de ortografia | Ammonitus per duo mm scribendum | Ammounit per duo mm scribendum. 3 *Gloss. f. 10$^r$ b*: per a et d scribitur 4 *Gloss. f. 32$^r$ b*: de ortografia | Annuit per duo nn scribendum 5 *Gloss. f. 8$^r$ b*: et p scribendum 6 *Gloss. f. 46$^r$ a*: de orthografia | Auctio quod est uenditio per diptongas syllabae e addendum. 7 *Gloss. f. 71$^r$ b:* de ortografia | Cedo per e scribendum quod est consentio. *Gloss. f. 60$^u$ b:* Caedes per a et e scribenda. *Gloss. f. 60$^u$ b:* de ortografia | Cęlibe cum a scribi oportet, *ibid.*: De ortographia | Cęlum per a et e scribendum. *Gloss. f. 76$^r$ b*: Cesaries per a et e scribenda 9 *Gloss. f. 73$^u$ a*: de ortographia | Cementarius per e sola scribendum. *Gloss. f. 76$^u$ a*: de ortographia | Ceterum per e sola scribendum. Ceterum. Nam (*sic*) *Gloss. f. 74$^u$ a*: de ortographia | Chere quod aue dicimus per e sola scribendum. 10 *Gloss. f. 71$^u$ b*: de ortographia | Celeritas per e sola scribenda 11 *Gloss. f. 87$^u$ b*: de ortografia | Commentarium per duo mm scribendum 12 *Gloss. f. 94$^r$ a*: Conpetit per n scribendum. *Gloss. f. 82$^u$ b*: de orthografia | Clangor per c non per g scribendum 13 *Gloss. f. 71$^u$ b*: de ortographia | Celebs per b scribendum. Inde et celebem dicimus 14 *Gloss. f. 78$^r$ b*: de glossis | Cymbalum cymbia per y grega scripð 15 *Gloss. f. 87$^u$ b*: Comesatio per e scribendum 16 *Gloss. f. 76$^u$ a*: de ortographia | Ceta quod est — sola scribenda 17 *Gloss. f. 87$^u$ b*: Commercium quod est negocium per duo mm. 18 *Gloss. f. 82$^u$ b*: de orthografia | Clanculum per duo cc singularum sillabis scribendum 19 *Gloss. f. 106$^r$ a*: ЄSIDORI | Cum prepositio ablatino casu per c scribenda est si autem aduerbium fuerit per u scribendum enim dicimus cum lego. 21 *Gloss. f. 114$^u$ b*: ЄSIđ | Daemon per diptonga est scribendum 22 *Gloss. f. 128$^u$ b*: de ortographia | dogma per g non per c scribendum est.

Digitized by Google

'Dicatus' per i, non per e scribitur.

'Erus', quod est dominus, per e.

'Externus' 'extremus' per e et x.

'Hesternus' dies praeteritus per h et e.

'Essentia' per e scribendum.

'Effossa' 'effudit' 'effeta' 'efficit' 'effigiem' per duas f scribendum.

'Erebus' per e solam.

†'Effiori' per duas f.

'Fedus', idest deformis, per e; foedus uero, quod est pacis indicium, per oe.

'Foenum' per e solam scribendum; 'foenus' uero per oe.

'Fabor' per b, unde 'fabet' dicitur; nam per u 'faui' scribuntur.

'Flagra', quae sunt uerbera, per f et l; nam 'fragra' odora per f scribendum.

'Gnarus', quod est sciens, per g et n; 'gnatus', quod est filius, per g.

'Grassator', quod est latro, per g; 'crassus', quod est pinguis, per c.

'Haec' pronomen per h et diphthongon scribendum. Nam et omnia per h scribenda exceptis possessiuis subiunctiuis relatiuis. Nam quotiens subiunctiua syllaba ponimus || f. $95^{b}$ ||, quod est 'ac', per solam a scribitur, ut coniunctio a praepositione differre possit. 'Hic' uero pronomen, ut aduerbium loci, scribendum, sed ea re ab inuicem distant, quod aduerbium loci producta syllaba pronuntiamus, pronomen correpta.

'Hiat' per h scribendum.

---

2 eros  4 praeter] praeteritus *cod. Sangermanensis 1447, cf. praef.*  5 esentia  6 effosa  7 crebrus per e sola  11 sola  15 gnarus |||||| |||||| quod  19 sola  20 a praepositione] a pronomine?  differe  21 ea rem

---

TESTIMONIA.

1 *Gloss. f. $119^{u}$ a*: scribendum est  2 *Gloss. f. $147^{r}$ b*: Erus per e sola scribendum  3 *Gloss. f. $157^{u}$ b*: de orthographya | Externa quod est extranea per e et x srribendum si de die loquamur per h scribendum  5 *Gloss. f. $147^{u}$ a*: de ortografia | Essencia per e sola et duos ss scribendum  6 *Gloss. f. $135^{r}$ b*: Effosa per duo ff scribendum. *Gloss. f. $135^{u}$ a*: Effudit per duo ff scribendum. *Gloss. f. $134^{u}$ a*: de ortografi | Effecta per duo ff scribendum (*s. v.* effeta *nulla adest glossa orthographica*). *Gloss. f. $135^{r}$ a*: de ortographia | Effici per duos ff et e puru scribendum. *Ibid.*: de ortographia | Effigies per duos ff scribendum  7 *Gloss. f. $145^{r}$ a*: de ortografia | Erebus per e puru scribendum  8 *cf. Gloss. f. $135^{r}$ b*: de ortographi | Efflabit per duos ff scribendum; *ibid.* Effluit per duo ff scribendum.  10 *Glossarium codicis Sangallensis 905 saec. X p. $348^{b}$*: Fedus quod est deformis per e solam scribendum.  11 *Glossarii Vaticani excerpta 'de orthographia' in Class. Auct. Vatic. tom. VI ab Angelo Maio p. 577—581 proposita, p. 578:* Fenum quod est palea per e solam scribendum.  12 *Gloss. Vat. p. 578 Mai*: Fabor per h scribitur, unde et fabet dicitur: nam per u faui scribuntur.  13 *Gloss. Vat. p. 578*: Flagra — per f et l scribitur, nam fragla, quod est odora, per r scribitur.  17 *Gloss. Vat. p. 579*: Haec pronomen — nam et omnia pronomina per h scribenda — nam quotiens coniunctiuam syllabam ponimus — per a solam scribimus ut coniunctio a positione differre possit. *Ibidem infra*: Hic pronomen ut aduerbium loci scribimus — correpta.  23 *Paulus Abbas in gloss. Vat. p. 599 Mai*: Hiat hispidos honor per h scribenda.

Digitized by Google

'Haut', quod est non, per h et diphthongon scribendum et t muta nouissime ponenda.

'Heremum' per h.

'Hispidus' per h.

'Impedit' 'impius' 'immemor' 'imperator' per duas m scribendum.

'Inmaculatus' 'inmortalis' per n, quia 'in' praepositio addita m euacuatur et non addita 'innocens' redditur.

'Irritum' per duas r. '*Itum*' uerbum est per t scribendum.

'Immanes' per duas m.

'Laeua', quod est sinistra, per a et e.

'Lixa', quod est uilis uel luxoriosus, per i et x scribendum.

'Moechus', quod est adulter, per oe scribendum.

'Notus', quod est cognitus, per t; 'nothus', quod est auster, per h.

'Occipitium' per duas c scribendum, quod est capitis pars posterior.

'Olympus' per y Graecam scribendum.

'Obpilat' per b et p scribendum.

'Offendit' 'officium' 'offulsit' per duas f scribendum.

'Occupat' per duas c ‖ f. 96 |'.

'Oppetere' per duas pp.

'Paenes' per diphthongon scribendum; 'penum', quod est cellarium, per e solam scribendum.

'Cur' per c scribendum.

'Raeda' per ae scribendum.

'Saeuit' per a et e scribendum.

'Supplet' per duas p; 'suggerit' per duas g; 'succubuit' per duas c.

'Scaphum' per p et h.

---

1 quod est nomen dyptongon conscribendum 3 herenum 6 prepositiuo addita in euacuatur et sons addita innocens reditor] *Quae supra posui, in cod. Sangerm. 1447 leguntur, nisi quod pro 'non' ibi extat 'son', quod correxit Thurotus.* 8 per duas r uerbur est] *Quae supra posui, in cod. Sang. sunt.* 10 siuixtra 14 occipicium 15 olymphus per y greca 17 effulsit 19 duos 21 sola 22 C|||ur, *i. e. fuit* quur, *cf. ord. alph.* 25 per duos, *ter*

---

TESTIMONIA.

1 *Gloss. Vat. p. 579:* Haud, quod est non, per h et diphthonga et d muta nouissime posita. 3 *Gloss. Vat. p. 579:* Heremum per h scribimus. 5 *Gloss. Vat. p. 579:* Impedit imperator impius per i et m scribenda. 6 *Gloss. Vatic. p. 579:* In praepositio aut uacuat aut implet, ut dignus indignus, nocens innocens. 8 *Gloss. Vat. p. 579:* Irritum per duo rr scribendum. 9 *Gloss. Vat. p. 579:* Immanitas et immemor per duo mm scribenda. 12 *Gloss. Vat. p. 580:* Mecum, idest ego et tu, per e solam scribendum; moechum uero, quod est adulterum, per o et e scribendum.
13 *Gloss. Vat. p. 580:* Notus, quod est cognitus, per t solam scribendum; nothus, quod est auster, per h scribendum. 16 *Gloss. Vat. p. 580:* Obpilat — scribendum. 17 *Gloss. Vat. p. 580:* Offulsit per duo ff scribendum. 22 *Gloss. Vat. p. 580:* Quur per q scribitur 23 *Gloss. Vat. p. 580:* Rhaeda per a et e scribendum. 24 *Gloss. Vat. p. 581:* Saeuit per a et e scribendum. Nam seuit, quod dicitur serui, per e puram scribitur. 25 *Gloss. Vat. p. 581:* Succedit succubuit succensus per duo cc scribuntur. Suffectus per duo ff scribendum; suggerit per duo gg; suppetit per duo pp scribuntur. 26 *Gloss. Vat. p. 581:* Scapham per p et h scribendum, et in capite per solam s.

Digitized by Google

'Taedet' per a et e scribendum.

'Thema', quod est materia, per h scribendum.

'Xerses' 'Xenofontium' † exentium per x scribendum.

'Ymettia' 'ydasy' 'ypsilon' 'ydros' et cetera Graeca nomina, quae in usum Latini sermonis ueniunt, per y scribenda.

Littera z pro peregrinis nominibus admissa est. Scribendum est 'zelus' 'zabolus' 'Zenon' et cetera sibi similia nomina per z scribimus; est enim z Graeca littera duplex, quia breuis est.

## B. ORTHOGRAPHIA BERNENSIS II.

|| f. 1[b] || Rectae ortografiae ratio, quae hic annotatur, sicubi praeuaricatur, ignorantiae potius, quam seruandae traditioni imputetur.

'Oportet' per unum p scribendum est, unde et corripitur. Virgilius:

Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.

'Opportunus' per duo p scribendum est, unde et producitur. Lucanus:

Opportuna tamen ualli pars uisa propinqui.

'In' praepositio in compositis mutat n in m sequente m uel b uel p, ut 'inmitto' 'impono' 'imbibo'. In aliis manet, ut 'incido' 'ingero' 'infero' 'inquiro' 'insequor' 'innitor' 'intromitto'. Transit uero in l sequente l, ut 'illido' 'illatus'. In r sequente r, ut 'irrideo'.

'Ad' praepositio in compositis mutat d in c sequente c, ut 'accubo'; in f sequente f, ut 'affero'; in g sequente g, ut 'aggero'; in l, ut 'allido'; in n, ut 'annitor'; in r, ut 'arrideo'; in s, ut 'assequor'; in p, ut 'appono'; in t, ut 'attero'; sequente d uel m manet, ut 'addo' 'admitto'.

'Aufero' non componitur ex 'ad', sed ex 'ab' praepositione.

'Irritus' componitur ex 'in' et 'ratus', quod corripitur; 'irritu' ex 'in' et 'ritu', quod producitur.

'Abscindo' corripit paenultimam in praeterito 'abscidi'. Lucanus:

Abscidit impulsu uentorum adiuta uetustas.

'Nullo modo' 'ullo modo' 'aliquo modo' duae partes sunt, quia sine sensus confusione interpositis aliis partibus intellegi possunt, ut: 'nullo enim modo', 'non ut diximus ullo penitus modo', 'aliquo denique modo'. Quod fieri non posset, si una pars esset. Non enim dicimus: 'do enim minus', 'do denique minus', sed 'dominus enim', 'dominus denique'.

'Nullatenus' 'ullatenus' 'aliquatenus' correptam paenultimam habent et sub uno accentu pronunciantur.

---

4 ymetia ydasilen et ceteraque greca 5 scribendo 8 greca *Cod. Bern. A 92 sched. 28 saec. XI* 12 Virgilius] *Ecl. VI 5* 13 dicere 14 Lucanus] *Phars. VI 125* 25 irrito 27 pen. Lucanus] *Phars. III 471* 30 intelligi 34 pen.

---

TESTIMONIA.

1 *Gloss. Vat. p. 581*: Taedet — scribendum. 2 *Gloss. Vat. p. 581*: Thema, quod est materia, per t et h scribendum. 3 *Gloss. Vat. p. 581*: Xenophontis per x scribendum.

Digitized by Google

'Huiusmodi' 'istiusmodi' unam partem et omnis generis esse Priscianus asserit et paenultima corripitur in eis.

'Alioquin' paenultima producitur. Horatius:

Quod moechus foret aut sicarius aut alioquin.

'Circumeo' tam in praesenti, quam in aliis eiusdem uerbi modis m habet in scribendo, sed causa euphoniae subtrahitur in legendo.

'Reperio' 'repello' duplicant p in praeteritis, ut 'repperi' 'reppuli'. || f. 2ª || 'Paulo minus' 'nihilo minus' 'siquo minus' duae partes sunt, quia sine ulla sensus confusione interpositis aliis partibus intellegi possunt, ut 'paulo enim minus', 'nihilo igitur minus', 'siquo enim minus'.

'Vindico' aliquando significat optineo. Vnde et 'uindicta' dicebatur uirga, qua serui quondam percutiebantur, quando libertatem optinebant. Vnde Persius:

Vindicta postquam meus a praetore recessi.

'Sub' praepositio in compositis mutat b in c sequente c, ut 'succino' 'succumbo'; in f sequente f, ut 'suffero'; in g sequente g, ut 'suggero'; in m sequente m, ut 'summitto'; in aliis manet. Nam 'sustollo' componitur a 'sursum' et 'tollo', 'surgo' a 'sursum' et 'rego', 'sullimis' a 'sursum' et 'limo', 'sulleuo' a 'sursum' et 'leuo', et plura alia, quae a 'sub' uidentur esse composita.

'Ob' praepositio in compositis mutat b in c sequente c, ut 'occurro'; in f sequente f, ut 'offendo'; in p sequente p uel t, ut 'oppono' 'optineo'; in aliis manet, ut 'obsequor' 'obruo' 'obnitor' 'oblino'.

'Omitto' per solum o scribendum est, unde et corripitur. Vnde Horatius:

Aut spem deponas aut artem illusus omittas.

'Cieo' secundae coniugationis, 'cio' quartae, quorum est significatio 'uoco' uel 'moneo'; utriusque supinum 'citum citu', sed differunt, quod 'citum' secundae coniugationis corripitur, quartae producitur, unde inuenitur 'accĭtus' et 'excĭtus' secundae coniugationis paenultima correpta, 'accītus' et 'excītus' paenultima producta quartae coniugationis. Ab eodem, quod est secundae coniugationis, 'citus cita citum' nomen deriuatur et uerbum 'cito as', cuius compositum 'excito excitas taui.' Antiqui componebant cio quartae coniugationis ex praepositione 'ad' d in r mutantes, dicentes 'arcio', quamuis modo non sit in usu, *sed* 'accio', et inde deriuatur aliud uerbum 'arcesso cessis arcessiui', quod est 'uoco'. 'Arcesso' tamen aliam significationem habet deriuatum a uerbo 'arceo ces',

1 pricianus] *cf. I 596, 5 H.* 3 oratius] *Serm. I 4, 4* 4 mechus siccarius 8 paulo nichilominus 9 intelligi 10 nichilo 13 Persius] *Sat. V 88* 16 sufferro, *corr.* -fero 17 m in summitto 18 et rgo 22 op||tineo (*fuit* opptineo) 25 oratius] *Serm. II 5, 26* 26 omitas 27 sigñ 28 suppinum 30 accitus, excitus *sine notis* 31 accitus, excitus *sine notis* 34 d in re 35 in usu accio] *Cf. Papiae elem. cod. Bern. 2 saec. XII p. 136ᵇ col. II:* Antiqui pro ad ar ponebant ut aruocatus unde arcesso ab arcio pro adicio quod nunc actio dicitur.

Digitized by Google

quod est 'cohibeo'. Iuniores autem idem 'cio' per 'ad' componebant loco d c ponentes et dicentes 'accio', unde ipsi quoque aliud uerbum deriuauerunt 'accerso' tertiae coniugationis uel 'accersio' quartae coniugationis, unde secundum antiquos 'arcesso' tertiae, iuniores autem 'accerso' tertiae uel 'accersio' quartae inuenitur.

## C. ORTHOGRAPHIA EINSIDLENSIS.

'Religio' ideo dicitur, quod animas religet ad cultum diuinum.

'Scripsi' propterea per p scribitur, quia apud Graecos p et s una littera est, quam uocant ψ.

'Assiduus' 'assecutus' 'assatus' per duas s.

'Aggestus' 'suggestio' 'suggerendum' 'suggillat' 'suggillatio' per duas g.

'Annuit' 'innuit' 'innocens' 'annum' 'annualis' 'anniuersarius' per duas n.

'Immo' 'impendit' †'immo' 'impietas' per m.

'Accumulatus' 'accessit' 'accepit' 'accusat' 'occidit' 'occasio' 'occurrit' 'occupat' per duas c.

'Apud' 'illud' 'aliud' 'aliquid' per d.

'Caput' 'inquit' 'atque' per t, non per d.

'Quot' 'tot' si de numero fuerit, per t scribitur.

'Igitur' 'ilia' 'ilico' 'itaque' 'imago' 'icona' 'imitatur' 'initium' 'inmaculatum' 'irritum' per i litteram scribitur.

'Error' 'arrogans' 'corripiens' 'corruptus' 'corrigit' 'corruit' 'garrit' 'narrat' 'porro' 'parricida' per duas r.

'Offerit' 'offendit' 'officium' 'efficax' per duas f.

'Imperator' 'actor' 'defensor' 'procurator' 'conpaginator' 'bellator' 'proeliator' 'accusator' 'praesumptor' 'uulnerator' 'protector' 'salutator' per tor syllabam scribendum.

'Opes' 'dapes' 'renes' 'penes' 'dies' 'acies' 'glacies' 'macies'

---

4 accei(r)sio (le) IIII. *Post* inuenitur *haec addita sunt:* Exemplum de suadeo. Ouidius metamorphoseos in libro VIIIuo (*u. 90*)*:* Suasit amor facinus, proles ego regia Nisi Scilla.

*Cod. Einsidl. 281 saec. IX p. 53 seq.* 7 grecos 10 suggessio suggellatio 14 accomolatus 18 numiro 19 illa ilia *corr. P. Gallus Morelius* igona, *corr. Morelius* 20 per i litera 23 officax 26 per tor psyllabam

---

SIMILITUDINES.

6 *Cf. orthogr. cod. Bern. 330 saec. X f. 44u b — f. 45r a ab Vsenero edit. Mus. Rhen. XXII p. 417*: Religio — diuinum 7 *Orthogr. Vsen. p. 417*: Scripsi propterea per p et s scribitur — quam uocant psi. 9 *Orthogr. Vsen. p. 417*: Assiduus assecutus per duas ss scribendum, ne praepositio nomini coniungatur. ideo et accumulatus per duas cc et aggeatus per duas gg. sic in similibus. et ammonitus per duas m et annuit per duas n. 13 *Orthogr. Vsen. p. 417*: Impedit impendit per m scribendum, ne si in ponatur, similiter et in praepositio nomini copuletur. Ideo et Irritum per duo r. 16 *Orthogr. Vsen. p. 418:* Apud istud illud: omnia haec per d; caput inquit per t. 17 *Orthogr. Vsen. p. 417*: Atque per t non per d; sic et in reliquis.

Digitized by Google

'canities' 'facies' haec omnia per e et s ad nouissimam syllabam scribendum.

'Ratio' 'conditio' 'tractatio' 'otium' 'initium' 'oratio' 'benedictio' 'communicatio' 'reuelatio' 'redemtio' 'liberatio' 'consortium' 'commutatio' 'stipulatio' 'congregatio', haec et his similia per t litteram, non per c scribi debet.

'Aetas' 'aeternum' 'aestuat' 'aestimat' 'aes' 'aereum' de aeramento, 'aerumna' 'aedificat' 'aedificium' 'aedes' 'aequitas' 'aequalitas', haec omnia per a et e scribi debet.

'Poena' 'moenia' 'coepit' 'coeptum' 'proelium' 'oboediens' 'oboedientia' 'foedus' 'foederatus' et reliqua per diphthongon scribitur.

'Gamma' 'flamma' per duas m.

'Patres' 'fratres' 'parentes' 'nepotes' 'seniores' 'senatores' 'adiutores' 'auxiliatores' 'uiatores' 'nauigatores' 'lectores' 'messores' 'aratores' 'imperatores' 'conductores' 'simulatores' per e et s, quia pluralis numerus est, nam per i singularis.

'Magistros' 'angelos' 'discipulos' 'apostulos' 'caelos' 'filios' 'liberos' 'seruos' 'oculos' 'capillos' 'digitos' 'libros' 'episcopos' 'presbyteros', si de plurali numero fuerit, per o scribendum, si uero singulari, per u litteram scribendum.

'Honos' si de honorè, per h; 'onus' si de onere, sine h; 'onustus' 'onerosus' similiter sine h.

'Aequus' 'aequitas' 'aequalitas' 'aequa pars', si de aequalitate fuerit, per a; 'equus' si de animalibus fuerit, sine a.

'Verbotenus' 'nullatenus' 'quatenus' 'aliquatenus' 'protenus' 'eatenus' per e, non per i scribendum.

'Negat' si de negando, per g; si de occidendo, per c.

'Hora' dierum per h, 'ora' uestimentorum uel 'ora' hominum uel bestiarum sine h.

'Praemium' 'praeceptum' 'praepositio' 'prae omnibus' 'prae timore' 'prae amore' 'prae amicis' in prima syllaba per diphthongon scribendum.

'Precum' 'plebi' 'precis' sine a littera scribendum.

'Abiit' 'abundantia' 'auus' 'atauus' 'aiunt' sine h littera scribendum.

---

1 psillabam 5 littera 11 per d p t gon 15 numeros est 18 presbiteros si di 21 honor 31 in primam psillabam 33 attauus

---

SIMILITUDINES.

13 *cf. Orthogr. Vsen. p. 418*: Omnes dies omnes homines, haec omnia per e, quia nomina sunt, dixistis feristis iussistis: haec omnia per i, quia uerba sunt. 17 *Orthogr. Vsen. p. 418*: Seruoş equos si de pluribus . . . . 21 *Orthogr. Vsen. p. 418*: Honus si de honore, per h; onus si de onere, sine h. 23 *Orthogr. Vsen. p. 418*: Aequus si de aequitate, per a; equus si de animali, sine a scribitur. 25 *Orthogr. Vsen. p. 417*: Hactenus per e, quia et pube tenus dicitur. 30 *Orthogr. Vsen. p. 418*: Praemium praeceptum cum a. 32 *Orthogr. Vsen. p. 418*: Pretium preces sine a.

Digitized by Google

'Hodie' 'hodiernum' 'heres' 'hereditas' 'haeresis' 'horret' 'horribilis' 'humatus' 'humus' 'humanum' 'huius' 'hunc' 'hanc' per h litteram.

'Haud longe' 'haud procul' 'haut nuper' quando per h litteram scribitur, aduerbium negantis est, idest 'non'.

'Gaudet' 'ardet' 'prohibet' per e et t.

'Tympanum' 'hymnus' 'mysterium' 'inclytum' 'hypocritum' 'byssum' 'gygantum' 'abyssum' per y scribitur.

'Interea' 'propterea' 'praeterea' per diphthongon scribendum.

'Potum' 'potens' 'potior' 'potissimum' 'potestas' per o scribendum.

'Iustitia' 'patientia' 'paenitentia' 'potentia' 'prudentia' 'eloquentia' 'temperantia' 'coniuentia' 'sapientia' 'stultitia' 'inprudentia' per t litteram scribendum.

'Altare' 'memoriale' 'salutare' 'sacerdotale' 'neutrale' 'amplare' sine m scribendum.

'Sacerdos' semper per o, non per u scribi debet.

'Opifex' 'artifex' 'genetrix' 'adiutrix' 'auxiliatrix' 'scriptrix' 'destructrix' 'uindix' 'ultrix' 'radix' per x litteram scribi debet.

'Confestim' 'affatim' per i litteram scribendum.

'Crux' 'nux' per u litteram, 'nix' 'pix' *per i litteram.*

'Vter' 'uterque' 'utriusque' 'utrumqualis' 'utraque' 'ultra' 'ululat' per u litteram scribendum.

'Dilectus' 'diligendus' 'dilectio' 'diligit' 'diligam', si de dilectione fuerit, per i litteram, si uero de peccato 'delictum' uel 'delicta', per e litteram scribendum.

'Sumptus' 'contemptus' 'temptatus' per p scribendum.

'Duplum' 'centuplum' per p, non per b scribendum.

Explicit.

## D. ORTHOGRAPHIA BERNENSIS III.

'Scripsi' propterea per p et s scribitur quia apud Graecos p et s una littera est, quam ψ ipsi uocant.

'Assiduus' et 'assecutus' per duo s.

'Annuit' per duo n.

'Impedit' et 'impendit' per m. Ideo et 'accumulatus' per duo c.

---

1 heresis 4 aduerbum 5 proibet 6 ypocritum 11 conibentia littera, *fere semper* 15 distructrix 18 per i litteram *deest.*

*Codex Bernensis 178 saec. IX f. 89*[b] *— 90*[a] 29 scripsi, *corr.* scribsi grecos 30 uocannt 31 ipsiduus 33 accomolatus

---

SIMILITUDINES.

29 Scripsi] *cf. orthogr. Einsidl. p. 297, 7, orthogr. cod. Bern. 330 ed. Vsener Mus. Rhen. XXII p. 417* 31 Assiduus] *Orthogr. Vsen. p. 417, orth. Einsidl. p. 297, 9* 32 Annuit] *Orthogr. Vsen. p. 417* 33 Impedit] *Orthogr. Vsen. p. 417*

Digitized by Google

'Aggerit' 'agger' per duo g.

'Apud' 'illud' 'istud' 'aliquid' per d.

'Caput' 'inquit' 'tot' 'quot', si de numero fuerit, per t.

'Apostolus' si necesse est syllabam diuidi, non o et s, sed s et t iunctum esse debet.

'Difficultas' 'sufficit' 'offensum' 'offert' 'offers' 'suffragium' 'suffragator' per duo f.

'Auctor' 'defensor' 'accusator' 'doctor' 'scriptor' 'saluator' 'protector' 'compaginator': omnia haec per tor syllabam scribendum est.

'Complectens' 'complexus' per m.

'Irritum' 'ilico' 'igitur' 'imitatur' 'imago' 'ima' 'immo' 'igona' 'iter' 'iterum' per i.

'Peccatores' 'patres' 'fratres' 'nepotes' 'seniores' 'senatores' 'adiutores' 'auxiliatores' 'uiatores' 'nauigatores' 'scriptores' 'lectores' 'messores' 'uindemiatores' per e litteram. Sic et de similibus, si de pluribus fuerint.

'Apostolos' 'magistros' 'discipulos' 'filios' 'liberos' 'seruos' 'oculos' 'digitos' 'capillos' 'sanctos' 'artos', si de pluribus fuerint, per o scribendum est, si de singulari numero, per u.

'Verbotenus' 'nullatenus' 'hactenus' 'quatenus' 'aliquatenus' 'protenus' 'eatenus' per e.

'Negat' de negando per g, 'necat' de occidendo per c.

'Cum legerim' 'fecerim' praeteritum est tempus, 'cum legero' 'fecero' tempus est futurum.

'Praemium' 'praeceptum' 'praepositio' 'prae timore' cum a. 'Preces' 'pretium' sine a.

'Abiit' 'abundat' 'abundantia' sine h.

'Abscondet' 'recondet' 'gaudet' 'ardet' 'dormiet' per e litteram.

'Tympanum' 'hymnum' 'mysterium' 'Moyses' 'psalteryo' per y.

'Interea' 'propterea' per e.

---

1 aggit 2 per duo c 4 necessa diuidi in o 8 accussator 10 compedens 11 igona] *leg.* icona 14 scribtores 15 littera 19 actenus 20 aeatenus per e] *Post haec sequitur in codice hoc*: Renes meos e (per *ante* e *eras.*) in i 21 necat 22 focero 23 futuri 25 precium 27 dormet littera 28 tymphanum

---

SIMILITUDINES

1 Aggerit] *cf. orthogr. Vsen. p. 417* 2 Apud] *Orthogr. Vsen. p. 418* 3 Caput] *Orthogr. Vsen. p. 418* 4 Apostolus] *Orthogr. Vsen. p. 418*: Apostolis si necesse — esse debet. Sic et inconstans et reliqua, quando s ante t litteram uenit. 6 Difficultas] *cf. orthogr. Einsidl. p. 297, 23* 8 Auctor] *cf. orthogr. Einsidl. p. 297, 24* 10 Complectens] *Orthogr. Vsen. p. 417*: Complexus complectens per m scribendum. 11 Irritum] *cf. orthogr. Einsidl. p. 297, 19* 13 Peccatores] *cf. orth. Eins. p. 298, 13* 16 Apostolos] *cf. orth. Eins. p. 298, 17, Vsen. p. 418* 19 Verbotenus] *cf. orth. Eins. p. 298, 25* 21 Negat] *cf. orth. Eins. p. 298, 27* 22 Cum legerim] *Orth. Vsen. p. 417*: Cum legerim cum fecerim, praeteriti est temporis, cum legero, cum fecero temporis est futuri; sic in similibus. 24 Praemium] *cf. orth. Eins. p. 298, 30* 26 Abiit] *cf. orth. Eins. p. 298, 33* 27 Abscondet] *cf. orth. Eins. p. 299, 5* 28 Tympanum] *cf. orth. Eins. p. 299, 6* 29 Interea] *cf. orth. Eins. p. 299, 8*

Digitized by Google

'Potum' 'poteum' 'potens' 'potius' 'potior' 'potissimum' per o.

'Iustitia' 'paenitentia' 'potentia' 'patientia' 'prudentia' 'prouidentia' 'fortia' per ti syllabam scribitur.

'Altare' 'memoriale' 'salutare' 'sacerdotale' 'dotale' sine m scribitur.

'Sacerdos' per o.

'Genetrix' 'adiutrix' 'auxiliatrix' 'scriptrix' 'destructrix' 'uindix' 'uictrix' per i et x scribitur ad nouissimam syllabam.

'Confestim' 'affatim' per i.

'Arrogans' per duo r.

'Crux' 'nux' per *u*, 'mox' uox' per o.

'Vter' 'uterque' 'utriusque' 'utrobique' 'utrumque' 'utrumqualis' 'utraque' 'ultra' 'ululat' per u.

'Dilectum' 'dilectatio' 'dilegam' 'dilectio' 'dilegit' 'dilectat' 'dilegens' si de dilectione fuerit, per i *et e* scribitur, si de peccato fuerit, ut est 'delicta', per e et i scribendum est.

---

2 penitentia 3 per t syllaba 6 distructrix 8 confert 10 per mox, *om.* u 12 utra ullula 13 diligit dilegum si de dilectio[ne] fuerit per i scribitur 14 per a et i

---

SIMILITUDINES.

1 Potum] *cf. orth. Eins. p. 299, 9* 2 Iustitia] *cf. orth. Eins. p. 299, 10* 4 Altare] *cf. orth. Eins. p. 299, 13* 6 Genetrix] *cf. orth. Eins. p. 299, 16* 8 Confestim] *cf. orth. Eins. p. 299, 18* 9 Arrogans] *cf. orth. Eins p. 297, 21* 10 Crux] *cf. orth. Eins. p. 299, 19* 11 Vter] *cf. orth. Eins. p. 299, 20* 13 Dilectum] *cf. orth. Eins. p. 299, 22*

Digitized by Google

# XIII.

# AVCTORES ANONYMI DE LITTERIS.

## A.

A uocalis est. Quibus uirgulis conparatur? Ex tribus uirgulis. Deinde dicitur triplex sono et figura. Quibus nominibus dicitur a? Ex tribus nominibus: aleph in Hebraeo dicitur, alfa in Graeco dicitur, a in Latino dicitur. Quare prima ex litteris est a? Quia dicitur primus de nominibus hominum Adam, et in anima et in angelo, qui fuit ante saecula, dum animae creatae fuerunt a Deo uiuo. Duplex eius quid significat? Significat ‖ f. 106ª ‖ duo testamenta: lex uetus et noua. Tres uirgulae sunt, de quibus congregatur a. Quid significant? Typum trinitatis ostendunt. Quando congregatur a, quid significat? Typum unius Dei ostendit. Quare? Tres personae uocantur unus Deus. Legitur a † aduerbium numeri complet, ut a † quincenties.

B muta est et consonans, quae ex duabus uirgulis scribitur, quia duo testamenta significat, aliud breue et aliud longum. Quid testamentum breuius et longius? Quia breuior labor in hoc mundo, quam praemia in futuro saeculo, quia fuit ante saeculum ex nomine et opere, quia bonus est deus et opus eius bonum est.

C muta est et consonans est: una quidem uirgula adscripta est, sed panda est ostendens typum ecclesiae, quae iuuatur a Deo. Quare ostendit typum ecclesiae? Quia habet libertatem † arbitriis uice. Aduerbium numeri plenissime fecit, ut centum centies.

D muta est et consonans, quae sub uirga posita sonum uocalis ad consonantes facit contra s, ut deus et contra m, ut deum. Binis uirgulis

*Cod. Bern. 417 saec. IX f. 105ᵇ — 108ᵇ, hoc titulo praemisso:* DE LITTERIS LATINIS QVIDAM SAPIENS INTERPRAETATVS EST. 3 hebreo alfa doctrina in greco 5 secula 8 tipum, *semper* 10 persone 13 aliū breuē et alium 14 premia 15 seculo seculum 17 unam quidem uirgulam 22 contra es contra em binas

Digitized by Google

depingitur. quam, ut alii putant, duas esse litteras c et i, conglutinatae autem et coniunctae simul alius sonum mutae facere scimus, quae duo testamenta significat.

E uocalis est, cuius figura typum trinitatis ostendit. Breuiantur syllabae, quae finiuntur in e, ut saepe et hodie et producuntur in alia hora aduerbia, quae finiuntur in e, ut docte pulchre, cuius . . . . . duobus || f. 106[b] || capitulis figuratur et una uirgula inter duas illas.

F semiuocalis est et consonans, cuius figura binis uirgulis depingitur, et una recta deducitur de medio eius, deinde dicitur triplex: tres leges figurat.

G muta est et consonans, quae hanc legem habet, ut saepe praenomen subposita significet, ut G Gaius Caesar. Quae duabus uirgulis scripta duo testamenta significat, quae adiecta uocali utraque parte numerum complet, ut ga idest c et praeposita, ut ag idest sexcenta.

H muta et consonans interdum nota adspirationis creditur: ideo non adnumerant eam alii cum litteris, eo quod dicitur 'nota' ut homo, quomodo dicitur littera, ut hi mihi, quae duabus uirgulis significatur, quae duo testamenta significant, uetus et nouum, et una recta inter duas illas, quae typum significant inter duas leges.

I uocalis est. Quibus modis utitur? I utitur ex octo partibus orationis: haec sunt nomina earum, ut nomen pronomen uerbum aduerbium participium coniunctio praepositio interiectio. Quando utitur octo partes orationis? I littera nomen, †tem pronomen, itera uerbum, ter aduerbium laeta participium, †ex coniunctio, a praepositio, attat interiectio. Corpus eius in alia hora omnes partes orationis complet, ut i nomen, i pronomen, quando dicitur i pro uno; imperatiuo uerbum est: a uerbo neutrali uenit, ut est eo is. †Duo aduerbia || f. 167[a] || dicitur, ut semel. I participium est, quia complet partem participium nominis et in alia hora partem uerbi, ut i quando dicitur † albani coniungitur duarum litterarum syllabarum in una. I praepositio quando dicitur 'in', quod ante u praeponitur. Interiectio, ut †iuuax i simi i dia i longa idest I et in alia hora consonans, ut iuxta; i duplex, ut aio. Saepe autem dicitur media, ut uir. Quae scribitur uirga recta desuper et alia deducitur super ea, quae typum unius Dei ostendit, quia rectus est deus. Da mihi nomen eius in Hebraico. Ioth. In Graeco. Iota. In Latino. I. I cuius generis? Trium generum, ut hic et haec et hoc i. Fit i pro mille sub uirga posita, ut: 'quoniam mille anni ante oculos tuos'.

---

1 conglutinate 2 coniuncte mute 4 figurae breuiuntur sillabe 6 *Post* 'cuius' forma *uel* figura *excidisse uidetur.* 10 figuratur 11 sepe pronomen 12 significat ut g gaius cesar 14 ut ga id c et preposita ut ag id sexcenta 17 quem duabus 18 in duas illas 22 prepositio 24 ex coniunctione a prepositio 25 complex 28 qui complet 29 litterarum in una sillabarum in una 30 qua anten en 31 i simi] *An:* i simplex? i longa id. ι. 32 ut iuta 35 in greco in latina in cuius genere

Digitized by Google

K muta est et consonans et superuacua cum aliis. Quare superuacua †cum aliis hominibus? Quia opus eius nesciunt, quae hanc legem habet: quotiens scribitur K, sequitur a, ut Kalendae, sed in paucis nominibus obseruatur. Quae typum hominis ostendit cum duobus sensibus, quia malum sensum et bonum sensum figurat, quae scribitur uirga recta desuper et alia de medio eius deducitur.

L consonans est et semiuocalis, quae hanc legem suam habet, ut omnis syllaba, quae in l finitur, breuietur, ut semel, nisi unum nomen, ut Danihel. Quae desuper scribitur semiobliqua, quae typum Iudaeorum ostendit, quia semiobliqua fuit.

M consonans est et semiuocalis; tribus uirgulis conparatur, quia et ipsum trinitatis . . . . . ostendit, quia typum trinitatis complet ‖ f. 107[b] ‖, dum non subglutinet, sed superglutinet, quia tria nomina habet et una trinitatis potestas omnia subregit.

N consonans est et semiuocalis, cuius figura duo testamenta significat, uetus et nouum, quia similis est duabus legibus, eo quod caritatem eius ex duabus depingit, quae superglutinet, quia duo testamenta inaequalem historiam habent et inaequalem sensum. Quare recta superior et posterior cum capite obliquo? Quia excelsior est sensus, quam historia, quae complet aduerbium esse negandi sub accentu posita, ut:

Tanton me crimine dignum
Duxisti?

Quae complet pronomen cum uirga posita.

O uocalis est, quae corona dicitur, quia non est diuisa, sed scilicet quae complet uocatiuum casum pronominis, ut o, aut interiectio dicitur:

O utinam in thalamos inuisi Caesaris issem —

quae ponitur in alia hora aduerbium optandi † dicitur idest utinam o, ut o.

P consonans est et muta, quae praeponitur liquidis, r ut primus, l ut: 'plantauerunt uineas', quae significatur duabus uirgulis et duo testamenta significat, uetus et nouum, alia recta et alia obliqua.

Q consonans est et muta, quae legem suam habet, quod nota praeponitur u uocali, sed geminatae u praeponitur, ut quum uel quur, quam spreuerunt inimici tui, Domine, ueteres, deinde dixerunt superuacuam esse, quia necessariam quaerunt operam eius, quia quoties scribitur ‖ f. 108[a] ‖ 'quum' uel 'quur', per q, non per c scribitur. Quare non separatur q et u? Quia non potest dici q sine u. Duo testamenta significat.

---

3 sequitur autem Kalende 4 obsernat 5 quia scribitur 8 sillaba breuiantur 9 ut ta danihel 11 conparatus 12 trinitatis] *Suppleas* typum. 13 superglutinet 16 et nouo 17 dipingitur inaequalem hystoriam 19 quae historiam 21 Tantum] *Verg. Aen. X 668* 26 o utinam in thalamus usichoris regis issem] *Lucan. Phars. VIII, 88* 27 dicitur id utinam ut o 28 preponitur p ut primus ut plantauerunt uineas quia 31 notam preponitur uni uocali sed geminata 33 domine uetera dixerunt uacua esse quia nec. s. quaerunt opera 36 significant

R consonans est et semiuocalis et liquida in alia hora, ut 'grauius', ut si dicas † grauius, quae significatur duabus uirgulis. Significat uetus et nouum *testamentum.*

S consonans est et semiuocalis, quas philosophi liquidas esse dicunt, ut: 'infantibus paruulis', quae duabus uirgulis scribitur. Duo testamenta significat, uetus et nouum.

T consonans est et muta, quae ex duabus uirgulis significatur, alia deducta et alia obliqua; typum corporis et animae significat: corpus deterrens animam de caelestibus.

V uocalis est et consonans in alia hora, ut 'uates' et in alia hora media dicitur, ut 'optumus', in alia hora duplex, ut † aduigo. Quae ex duabus uirgulis significatur et duo uerba significat, prima obliqua et alia recta; prior et posterior malum uerbum et bonum uerbum significant.

X consonans est et semiuocalis, quae uirga trans uirgam significatur. Quae et typum crucis Christi significat, quae consonans est et duplex uocatur. Quare consonans uocatur et duplex? Quia complet uicem duarum litterarum, quae hae sunt: c et s in sono; in scriptione complet uicem duarum litterarum, ut 'dixerunt'. Dico tibi utique 'in sono', quod complet uicem duarum litterarum, ut 'dixerunt'. Euge euge uiderunt oculi nostri! Quomodo uicem c complet? || f. 108ᵇ ||. Vt Christus (xp̄s). Quomodo uicem complet s? Vt Xersis † conduxit littera.

Y. Graecae duae litterae remanent, quas propter Graeca nomina adsumpsimus. Alia uocalis est, ut 'hymnum', et alia consonans duplex est ut

Z, quae complet duarum litterarum uicem. Quomodo complet duarum litterarum uicem et quae litterae? D et s. *Quomodo uicem d complet? Vt*

Mezenti ducis exuuias.

Vidi. Quomodo uicem s complet? Vt: 'principes Zabulon et principes Naphtali.' Explicit.

## B.

A. Simplicitas elementi huius litteralis figurae triplicitate linearum ducta sanctae trinitatis simplicitate triplum figurare potest sacramentum,

2 quia significatur duas 3 testamentum *om.* 4 quae philosophi aliqua esse 5 infantibus] *cf. comm. Einsidl. mai. p. 224, 24* 8 significant 9 anima 11 ut optamus 14 quae uirgam 15 quia et typum crucis xp̄i 17 haec sunt 18 quo complet 19 Euge] *Species magistri cum discipulis colloquentis significari uidetur.* 21 complet x ut xersis conduxit littora. 22 grece greca 25 d et s mezenti ducis exubias 27 Mezenti] *Verg. Aen. XI 7* 29 neptali. explicit.

*Cod. Bern. 36 saec. X folio ultimo. Praemissus est titulus:* LITTERVM FIGVRAS CONGRVIS ABTARE SENSIBVS NON INCONGRVVM CREDIMVS QVIA HOC FACIENTES DE REGVLA CARITATIS NON EXORBITAMVS (EXOR τά BIMVS)

quia de patris substantia ante omnia tempora genitus et spiritus sanctus ab utrisque procedens non naturae est mutabilitas, sed personarum concordantissima diuersitas.

B. Ex ueritatis rectitudine duorum testamentorum processio figuratur ac per hoc prior biculata ductior est contractior, quia littera legalis seruitutem generat, subterior autem ideo productior, quia ubi spiritus Domini, ibi libertas.

C. Sinuata huius litterae tractio gremialem ecclesiae susceptionem figurare potest ex omnibus gentibus in se congregatis, ut est similitudo sagenae missae in mare.

D. In his duabus lineis missa praedicatio Christi in omnem latitudinem orbis aduerti potest, ut dictum est: 'Ite in mundum uniuersum, praedicate euuangelium omni creaturae!' Cuius euuangelii sicut initium, sic finis est Christus.

E. In tripertitione linearum tripertitum omne uetus testamentum in lege, prophetis et hagiografis aduerti potest, quorum si causa perquiritur, Christus inuenitur.

F. De spiritu sancto gemina procedit dilectio, sed superior, quae est diuina, semper debet esse productior.

G. Omnis praedicatio de regno ad regnum procedere debet caritatis quacumque in parte mittatur.

H. Adunationem duorum populorum ex diuerso uenientium esse in Christo nemo quis dubitat.

I. Semita iusti recta est et rectus calles iusti ad ambulandum.

K. Suscipiunt a Deo montes pacem, ut uiuant ex fide colles.

L. Humiliatio figuratur uirtutis Christi, de qua dicit apostolus: 'qui cum in forma Dei esset, semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus et habitum inuentus ut homo.'

M. Praedicatio de Christo nunc caelos attingit, cum diuinitas eius, nunc terram, cum praedicatur humanitas, ac sic unde quod dictum est: 'uidebitis angelos Dei ascendentes et descendentes super filium hominis.'

N. Haec figuratio consummatio est legis et prophetarum.

O. Ouile designat Christi, quippe ecclesia per totum orbem diffusa unum est ouile, quia unus est pastor.

P. Vis euuangelica de spiritu sancto ualida . . . . . .

Q. De ecclesia namque haeretici et schismatici exeunt, quod non mirari debemus, quoniam si essent ex nobis, permansissent utique nobiscum testante apostolo, quod haec portendere uidentur figuratio.

---

5 ductior] *An* ductio? 8 traxtio 9 figurari congregantis 10 sagene 16 agiografis 21 quacumque] *m. II* quãcũque, *sed lineolae erasae sunt.* 24 callis 26 uirtus 35 sancto ualida . . . . . . .] *In codice non nisi haec legi possunt ceteris putredine deletis:* ad se p cra l u re (tan) 36 heretici et scismatici 38 teste

R. Ecclesia nunc per contemplationis uitam caelestia amplectitur nunc per actualem terrestribus occupatur.

S. Vita sanctorum undique prouida isto designari uidetur charactere.

T. Extensio brachiorum Christi totum ad se colligit orbem ipso dicente: 'cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum', hortatu, quo dicit: 'uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego uos reficiam'.

V. Quam lata et spatiosa uita est, quae ducit ad mortem et quam arta et angusta uia est, quae ducit ad uitam, quocirca prosperior ea noscitur, quae constat esse dexterior hac in figuratione.

X. Crux *Christi in om*nes mundi protenditur partes et subditu . . . . . . . . . . . . . . idus Deo.

Y. Fundamentum aliud nemo potest ponere, *quam* quod positum est, quod est Christus Iesus. Hoc namque, ut ait a p o s t o l u s, prophetarum et apostolorum est fundamentum, in quo omnis aedificatio constructio crescit in templum sanctum in Domino.

Z. Per incarnationem Christi terrestria caelestibus sociata fuisse nemini fidelium dubitare licebit.

## C.

Omnes uero litterae ad similitudinem uocis characteras acceperunt.

A aperto ore congruo solo spiritu memoratur.
B labris per spiritum impetu reclusis edicimus.
C molaribus super linguae extrema appulsis exprimitur.
D appulsu linguae circa superiores dentes innascitur.
E spiritu facit lingua ‖ f. 109ᵃ ‖ paululum pressiore.
F dentes labrum inferius deprimentes.
G spiritum cum palato.
H conrasis paululum faucibus † uentribus exhalat.
I spiritus prope dentibus pressus.
K faucibus palato formatur.
L lingua quae palato † dulcet.

3 caractere 5 ortatu 6 honorati 9 properior 11 Crux . . . . . . .nes mundi 13 quam *deest* 15 edificatio

*Cod. Bern. 417 saec. IX f. 108ᵇ—109ᵃ, praemisso titulo*: ITEM DE LITTERIS. *Inter hunc tractatum et illum, quem ex isto codice supra edidi, inserta est breuis expositio de litteris*: DE LITTERIS EXCERPTVM *incipiens ab his uerbis*: Littera est pars minima uocis articulatae. Litterarum aliae sunt uocales, aliae consonantes *etc., quae tota constat ex frustulis Donati p. 367, 9 — 368, 7.* 19 caracteras 20 spm̄ 21 reclusisse dicimus 22 apulsis 23 apulsu 24 spiritus pressiores 25 inferimus 27 exalat 28 dentibus pręsit 30 lingua q; palato dulcet

M labris inprimitur.
N linguae dentibus appulsu conliditur.
O rotundi oris spiritu conparatur.
P labris spiritu erumpit.
Q appulsu palati ore stricto.
R spiritu lingua crispatur et conraditur.
S sibilum facit dentibus uerberantibus.
T appulsu linguae dentibus, quae inpulsis extunditur.
V ore constricto labiisque prominulis exhibetur.
X quicquid c atque s formauit, exsibilat.
Y appressis . . . . . spirituque procedit.
Z uero Appius Claudius detestatur, quod dentes mortui, dum exprimitur, imitatur. EXPLICIT DE LITTERIS.

2 lingua dentibus apulsu conlidit 3 rotundioris spm̄ 4 spū rumpit 5 apulsu palatio re strictu 6 spm̄ lingua crispantur 7 uerberantis 8 apulsu 10 c atque formauit 11 apressis spūque 12 z uero apus

Digitized by Google

# I.

## INDEX SCRIPTORVM
### IN IPSO LIBRO LAVDATORVM.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

---

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

Digitized by Google

# II.

# INDEX LIBRI GRAMMATICVS.

## A.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

## D.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

## I.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

## M.



Digitized by Google

Digitized by Google

## N.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

## O.



Digitized by Google

## P.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

## Q.



Digitized by Google

## S.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

## V.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

## III.

# INDEX SCRIPTORVM IN PRAEFATIONIS EXCERPTIS LAVDATORVM.

---



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# IV.

# INDEX PRAEFATIONIS EXCERPTORVM GRAMMATICVS.

## A.



Digitized by Google

Digitized by Google

## B.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

## F.



## G.



Digitized by Google

Digitized by Google

# I.



Digitized by Google

Digitized by Google

## M.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

## Q.





Digitized by Google

Digitized by Google

## T.





Digitized by Google

## V.



Digitized by Google

Digitized by Google

## X.



## Y.



## Z.



Digitized by Google

# V.

# LIBRORVM MANVSCRIPTORVM, QVOTQVOT AD HVNC LIBRVM CONFICIENDVM ADHIBITI SVNT, HELVETICORVM CONSPECTVS.

---

## A. LIBRI BERNENSES NVMERO QVINQVAGINTA DVO:

| Nr. | |
|---|---|
| Nr. 1 | p. CLXXIX |
| 2 | p. 296, 35 adn. CLXXIX |
| 16 | p. 291—293. 8. XVI not. XXV not. XLIV — LII. CXVIII not. 1. CXXIV—CXXXII. CXXXV—CXXXVII. CXXXX et not. |
| 36 | p. 305—7. CXXXXIII. CXXXXIV. CXXXXVI |
| 56 | p. CX not. |
| 83 | p. 172—188. XCIX—CV |
| 95 | p. CXXXXIII. CXXXXIV |
| 101 | p. CXXXXIII. CXXXXIV |
| 109 | p. CLXXVIII |
| 123 | p. 44, 27 adn. 62—142. 189—201. XXXII—XXXVII. LXXXIII. XCI not. XCIV. CVII. CLI. CLII. CLV—CLXII. CLXXXV—CXCV. CCVII. CCXX—CCXXV. CCLI—CCLIX |
| 129 | p. CXXXXIII. CXXXXIV |
| 159 | p. CXXXXIII. CXXXXIV |
| 171 | p. CXXXXI—CXXXXIII |
| 178 | p. 275—290. 299—301. CXVII—CXIX. CXXIX. CXXXVIII |
| 189 | p. CLV not. CCLIX—CCLXI |
| 197 | p. CLXXII |
| 207 | p. 39—61. 52, 6 adn. 143—158. 161, 7—171. 166, 22 adn. XV—XXXI. XLIV. XLV, 24 not.—LI, 15 not. LXXX—LXXXII. LXXXIX—XCIV. XCVI. CVIII et not. CXCV, 7 not. CCIV—CCXXXIX. CCXLVI, 5 not. CCLV |
| 224 | p. CXVII not. CXX—CXXIII. CXXXXIII. CXXXXIV |
| 225 | p. CXXXXI—CXXXXIII |
| Nr. 243 | p. CXXXXIX—CL |
| 258 | p. CXVII. CXVIII not. 1. CXXXIX. CXXXX et not. |
| 266 | p. LIV |
| 276 | p. CLXXIX |
| 286 | p. 178, 32 adn. |
| 326 | p. LIV |
| 330 | p. 275—282. 297, 6 adn. CXIX |
| 331 | p. CX not. |
| 336 | p. XXXIV. XXXV et adn. CXCVII, 5 adnot. |
| 383 | p. LIV |
| 386 | p. 237, 5 marg. 16 marg. 238, 18 marg. 240, 7 marg. 22 marg. 242, 18 marg. 25 marg. 28 marg. 243, 9 marg. 15 marg. 19 marg. 25 marg. 244, 32 marg. 35 marg. 246, 12 marg. 247, 27 marg. 248, 33 marg. 250, 2 marg. 9 marg. 18 marg. 22 marg. 251, 20 marg. 253, 8 marg. 254, 5 marg. 14 marg. 255, 11 marg. 257, 24 marg. 258, 31 marg. 260, 34 marg. 261, 24 marg. 27 marg. 263, 22 marg. 264, 30 marg. 32 marg. 265, 25 marg. 266, 9 marg. 267, 1 marg. 4 marg. 268, 33 marg. 270, 20 marg. LIV. CVIII. CX—CXVI. CXCII |
| 416 | p. 164, 18 adn. LIV |
| 417 | p. 302—305. 307—308. LII. LIII. CXXXXIV—CXXXXVI |
| 432 | p. 92, 8. 28. 41 adn. 93, 12 adn. 109, 7 adn. XLIII. XLIV. CXCI. CXCV—CCIII |
| 439 | p. LIV |
| 469 | p. LIV |

Digitized by Google

## B. LIBRI EINSIDLENSES NVMERO QVINDECIM:



## C. LIBRI TVRICENSES NVMERO QVATTVOR:



## D. LIBER SANGALLENSIS VNVS:



Digitized by Google

# VI.

# INITIORVM CONSPECTVS.

---

## a.



Digitized by Google

## b.

## CODICIS BERNENSIS 16 (GLOSSARVM LIBRI) LEMMATA GRAMMATICA.

**Quae ad differentiam sermonis et ad orthographiam spectant, suis locis p. 291 seq. et praef. partis II sect. XI cap. 2 p. CXXIV—CXXXI et sect. XII cap. 1 p. CXXXV—CXXXVII et cap. 3 p. CXXXX quaere disposita.**



Digitized by Google

Digitized by Google

## VII.

# PRAEFATIONIS ARGVMENTVM.



Digitized by Google

Digitized by Google

## VIII.

# LIBRI ARGVMENTVM.



Mendas nonnullas a typothetis commissas et ob reliquam uirorum sollertissimorum diligentiam et ob paucitatem fere leuitatemque earum a uiris doctis facile condonandam atque benigne corrigendam seorsim persequi nolui.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google